8

LIBER · E · BIBLIOTHECA · REGIE · SCHOLE · ETONENSIS
HVR
ESTO PERPETVA
Nov. 1898

NOUUM TESTAMENTUM LATINE

QUATTUOR EUANGELIA

PARS I.

LONDINI ET NOUI EBORACI

APUD HENRICUM FROWDE

NOUUM TESTAMENTUM
DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI
LATINE

SECUNDUM EDITIONEM SANCTI HIERONYMI

AD CODICUM MANUSCRIPTORUM FIDEM RECENSUIT

IOHANNES WORDSWORTH, S.T.P.

EPISCOPUS SARISBURIENSIS

IN OPERIS SOCIETATEM ADSUMTO

HENRICO IULIANO WHITE, A.M.

COLLEGII MERTONENSIS SOCIO

PARS PRIOR—QUATTUOR EUANGELIA

OXONII

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

M DCCC LXXXIX—M DCCC XCVIII

PRIMUS FASCICULUS PRODIIT DIE V° MENSIS IUL. ANNO SALUTIS MDCCCLXXXIX
SECUNDUS „ „ „ XXVI° „ MART. „ „ MDCCCXCI
TERTIUS „ „ „ XXX° „ DEC. „ „ MDCCCXCII
QUARTUS „ „ „ VIII° „ MART. „ „ MDCCCXCV
EPILOGUS „ „ „ XX° „ SEPT. „ „ MDCCCXCVIII

OXONII
Excudebat Horatius Hart
Typographus academicus

VICTORIAE

REGINAE · ET · IMPERATRICI

SEXAGESIMO · REGNI · ANNO · EXACTO

ANNO · MILLESIMO · TRECENTESIMO

POST · BAPTISMVM · ETHELBERTI · REGIS

PROPTER · SOCIETATEM · REGNI · ET · ECCLESIAE

IN · FIDE · CHRISTI · PROPAGANDA

GRATIAS · DEO · AGENTES

EDITORES

HVNC · SANCTORVM · EVANGELIORVM · CODICEM

DEDICANT

Digitized by the Internet Archive
in 2025

https://archive.org/details/nouumtestamentdo0000joha

IN HOC PRIMO UOLUMINE INSUNT HAEC

PAG.

PRAEFATIO EDITORUM PROLEGOMENORUM LOCO EUANGELIIS PRAEMISSA . . . vii

CAP. I. De operis ratione et de difficultatibus eius vii

„ II. De editorum societate inter se et de illis qui nos adiuuerunt . . . viii

„ III. Codicum manuscriptorum elenchus quos in euangeliis perpetuo citamus . x

„ IV. De editione Ric. Bentleii, cum conspectu lectionis Bentleianae et elencho codicum in eius usum in Euangeliis collatorum xv

„ V. Codices alii manuscripti in notulis nostris subinde citati . . . xxviii

„ VI. Editiones praecipuae saepius a nobis uel perpetuo citatae . . . xxviii

„ VII. Editiones aliae, penes nos, in locis difficilioribus citatae . . . xxix

„ VIII. Ueteris uersionis uel ueterum uersionum latinarum codices in Euangeliis citati xxxi

„ IX. De textus nostri forma xxxiii

„ X. De notularum nostrarum forma xxxiv

„ XI. Delectus notularum lectoris notatu digniorum xxxiv

„ XII. De orthographia codicis Cauensis xxxvii

Epilogus xxxvii

Testimonia ipsius Hieronymi de opere suo xxxviii

EPISTULA AD DAMASUM. 'Nouum opus facere,' etc. 1

Monitum Anonymum. 'Sciendum etiam ne quis ignarum,' etc. 5

Eusebii Epistula ad Carpianum. 'Eusebius Carpiano fratri,' etc. . . . 6

CANONES I–X. 7

PROLOGUS EX COMMENTARIO S. HIERONYMI IN MATTHEUM. 'Plures fuisse,' etc. . 11

Praefatio uel argumentum Matthei ignoti auctoris fortasse ex Graeco uersa. 'Mattheus ex Iudaeis,' etc. 15

Capitula in Euangelium secundum Mattheum in sex columnas diuisa: (1) AUVY, (2) C *Thomas.*, (3) BHΘJT *aur. Harl.* 2797, (4) DΦPGQ, (5) J (*breues*), (6) K. 18

Initium Euangelii secundum Mattheum ex codice Sangermanensi Par. Lat. 11553 (g_1): item ex codice Sangallensi 49 40

EUANGELIUM SECUNDUM MATTHEUM 41–170

Praefatio uel argumentum Marci; 'Marcus euangelista,' etc. . . 171–173

Capitula in euangelium secundum Marcum in quinque columnas diuisa: (1) AHVY, (2) CΘT *Harl.* 2797, (3) IJ (*breues*) OX *Par. lat.* 10438, (4) DΦPGJQ (*aur.*), (5) K *Harl.* 2790 *Nanc. Bamb.* 174–187

De canonum numeris in fine euangelii secundum Marcum 188

EUANGELIUM SECUNDUM MARCUM 189–268

PAG.

Praefatio uel argumentum Lucae; 'Lucas Syrus,' etc. 269–272

Praefatio Matthei e cod. Kenanensi (Q) 273

Capitula in euangelium secundum Lucam in sex columnas diuisa: (1) AHVY *Harl.* 2797, (2) C(T), (3) BΘIJ (*breues*) OX *Par. lat.* 10438, (4) DΞPGQ *aur.*, (5) J, (6) K *Harl.* 2790 *Nanc. Bamb.* 274–306

EUANGELIUM SECUNDUM LUCAM 307–483

Delectus notularum in Marco et Luca lectoris notatu digniorum . . . 484

Praefatio uel argumentum Iohannis; 'Hic est Iohannes euangelista,' etc. 485–487

Aliae praefationes ex codicibus (1) HΘ, (2) T, (3) cod. Reginae Suetiae . 487–491

Capitula in euangelium secundum Iohannem in sex columnas diuisa: (1) AHVY *Harl.* 2797, (2) ΦCΘIJ (*breues*) OTX *Par. lat.* 10438, (3) *Uat. Alex.* 14, (4) DΞPGQ *aur. c*, (5) J, (6) K *Harl.* 2790 *Nanc. Bamb.* 492–506

EUANGELIUM SECUNDUM IOHANNEM 507–649

Delectus notularum in Iohanne lectoris notatu digniorum 650

EPILOGUS 651–779

Cap. I. De codicibus Graecis quibus S. Hieronymus usus fuerit
Summarium in lectoris commodum concinnatum . . . 653–654
Pars I. De Hieronymi ipsius proposito 655–656
Pars II. De indole codicum Graecorum ex lectionibus 657–671

„ II. De nouis additamentis quoad codices 672–673

„ III. Capitula noua: in Mattheum 674–692
in Marcum 693–697
in Lucam 698–703
in Iohannem 704–705

„ IV. De patria et indole codicum nostrorum 706–718

„ V. De textus historia 719–724

„ VI. De regulis a nobis in textu constituendo adhibitis . 725–732

„ VII. Miscellanea quaedam 733–738
1. De colis et commatibus codicis Amiatini et editionis nostrae 733–736
2. De stichorum numeris in euangeliis 736–737
3. De sectionibus Ammonianis in euangeliis 737–738

„ VIII. Emendanda, corrigenda et addenda 739–743

„ IX. Indices uerborum et nominum propriorum orthographiae maxime causa confecti 744–779
I. Index uerborum 744–772
II. Index nominum propriorum 773–779

PRAEFATIO EDITORUM PROLEGOMENORUM LOCO EUANGELIIS PRAEMISSA.

CAP. I. *De operis ratione et de difficultatibus eius.*

UNDECIM fere anni elapsi sunt ex quo editor huic labori, textum sc. Hieronymianum Noui Testamenti ex codicibus antiquis eruendi, manum primam adposuit. Opus sane ob multitudinem testium et uarietatem recensionum, ut omnes docti sciunt, difficile est. In quo multa quidem per hoc tempus clariora euenerunt, sed multa iam dubia sunt, praesertim cum pauci in hoc codicum Latinorum labyrintho fidi duces exstiterint. Quid antecessoribus suis Desiderio Erasmo, Roberto Stephano, Ioh. Hentenio, Antonio Carafae, Lucae Brugensi, Iacobo Lelong, Ricardo Simon, Ricardo Bentleio, Iohanni Walker, D. Casleio, Iohanni Martianaeo, Petro Sabatier, Carolo Vercellone, Constantino Tischendorf, F. H. A. Scrivener, Brooke Foss Westcott et F. I. A. Hort, ceterisque qui his studiis lucem attulerint haec opera nostra debuerit, partim in fasciculo primo textuum ueterum Latinorum Oxonii editorum iam monstratum est[1]. Sed nemo ex his, quantum scimus, codices in familias, quas critici uocant, distinguere ausus est, nec forsan etiam nunc quae inter uarios fontes ratio intersit diserte exponi potest[2].

Causae enim tres sunt ex quibus librarii in textu describendo huc illuc ab archetypo Hieronymiano trahi poterant, praecipue in Euangeliis. Primum est desiderium quo tenebantur unius cuiusuis Euangelii emendandi ad exemplum aliorum, ut nihil quod ad sensum necessarium uel utile uideretur omitterent; 'unde accidit' ut uerbis Hieronymianis utamur 'ut apud nos mixta sint omnia.' Secunda est recordatio ueteris interpretationis, uel illius quae Hieronymo ad manus fuisse credenda sit, uel alius cuiusdam quae scribae per se nota fuerit. Huic etiam adnumeranda est recordatio alius uersionis Hieronymianae uel in expositione perpetua Euangelii, ut in Mattheo subinde occurrit, reperiendae, uel ex aliis operibus eius collectae. Tertia est correctio ex codicibus Graecis quae scribis praesto fuerint, quae praecipue apud Anglo-Britannos et Hibernos dignosci potest sed etiam in Euangeliis Ambrosianis (M) et alias subinde apparet. Sed quibus et qualibus codicibus usi sint correctores, et quibus legibus in utendo circumscripti, iudicare uix possumus. His et similibus de causis nobismet in praesenti temperamus ne iudicium nostrum de codicum inter se ratione et de

[1] *Old Latin Biblical Texts: No.* 1. *The Gospel according to St. Matthew from the St. Germain MS.* (g_1) *now numbered Lat.* 11553 *in the National Library at Paris, with introduction descriptive of the MS., and five appendices containing some account of the Latin MSS. used by Erasmus and R. Stephens, the Latin and Greek MSS. collated by John Walker, with some notes of his life, and the chief defects of Martianay's collation.* Edited by John Wordsworth, M.A. Oxford, 1883.

[2] Aliquid in hac parte bene temtauit Petrus Corssen in praefatione ad Epistulam ad Galatas Berolini 1885, idem tamen recte scribit p. 4 '[non] ignoro quaestionem de quacumque parte Vulgatae institutam prius ad certum quendam finem perduci non posse quam universae ratio cognita et perspecta sit.'

praestantia huius uel illius nimium fidenter proferamus. Prolegomena igitur usque ad finem operis, si Deus uoluerit, distulimus; speramus enim nos illo tempore non solum pleniore consilio nostro firmatos, sed etiam aliorum uirorum doctorum ingenio et prudentia adiutos, multa perspecturos quae iam nos latent.

Quid uero in hoc opere praestitum fuerit paucis exponi uolumus. Imprimis cum permultos codices inspexissemus, paucos numero selegimus qui, uel diuersis ex patriis uel diuersa ex origine ad nos per saecula longinqua traditi, satis amplum spatium et loci et temporis comprehenderent, ut crederemus in uno saltem aut altero textum uere Hieronymianum inesse. Non enim multitudinem testium pro hac et illa lectione quaerebamus, sed potius diuersitatem lectionum ex codicibus qui uel scholae alicuius uel regionis, si ita dici possit, personam gererent.

Horum codicum uarietates omnes uel ad apices litterarum recensuimus et in apparatu nostro fere semper edidimus, etiam eos codices numerando qui lectioni in textum receptae fauent, nec minus eos qui tali lectioni aduersantur. Unde euenit ut tam philologis, qui historiam linguae Latinae perscrutentur, quam theologis utilis fieri possit editio nostra.

Porro in euangeliis ueterem uersionem ex codice Brixiano adiunximus cum hic liber proxime accedat ad interpretationem quam Hieronymus in euangeliis recensendis ad manus habuisse credendus sit. 'Italam' dicunt hodierni, haec est Itala recensio uersionis antiquioris, quae recensio teste Augustino (*de doctrina Christiana* ii. 15) ante Hieronymum exactissima credebatur.

Testes etiam Graecos plerumque ex Tischendorfii editione octaua, ubi operae pretium uidebatur, citauimus, et saepissime Latinos ueteres quorum plures ipsi separatim edidimus sc. g_1, *k n o p* a_2 *s t*, *q v*, de quibus plura uidesis infra p. xxxi.

CAP. II. *De editorum societate inter se et de illis qui nos adiuuerunt.*

RESTAT ut de ratione laborum nostrorum inter se pauca dicamus. Forma operis a Iohanne Wordsworth tunc temporis in Collegio Aenei Nasi Oxoniensi tutoris munus exercente, circa annum 1877 primis curis descripta est. Qui a Delegatis preli Clarendoniani strenue adiutus[1] et ipse et per alios in bibliothecis et domi et foris uisendis et codicibus manuscriptis inuestigandis conferendisque multum tempus insumsit, ut ex sequentibus per se clarum erit. Anno demum 1883 Professor interpretationis Sacrae Scripturae Oxoniensis et Canonicus Roffensis factus, manum primam notulis componendis et textui S. Matthei constituendo adposuit. In his primum ab amicis quibusdam iunioribus adiutus, ita

[1] Inter alia huius operis gratia suscepta Delegati a uidua C. Tischendorfii, intereueniente uiro amicissimo et eruditissimo C. R. Gregory, libros quinque redemerunt, quorum tituli sequuntur:—(1) Collatio codicis A cum uulgata Clementina a Tischendorfio facta: quo anno non constat; (2) Collatio simili modo facta cod. I, cum lectionibus aliquot cod. T ex Blanchino ut uidetur haustis; (3) Codex *k* Bobiensis nunc Taurinensis manu ipsius exscriptus; (4) Cod. *q* Frisingensis nunc Monacensis simili modo exscriptus; (5) Fragmenta Sangallensia *n* (Mt. Mc.), *o*, *p*, una cum aliis fragmentis, plerumque aliena manu scriptis. In his est collatio cod. Paris Lat. 11955 (uide infra Walkeri *a*) et fragmenta Marci i. 1–vi. 37, xiii. 29–xvi. 2 (sed *mut.*) secundum uulgatam, cum aliis fragmentis uulgatae Sangallensibus, praecipue epp. Paulinarum.

progressus est ut a S. Matthei capitulo primo ad S. Marci capitulum septimum manu sua notulas componeret et exscriberet. Denique ad regimen ecclesiae Sarisburiensis mense Octobri anni 1885 euocatus, tempus sibi deesse ad quotidianos calami labores mox intellexit et in operis societatem perpetuam Henricum Iulianum White mense Augusto anni 1886 adsciuit. Qui et ipse iam anno 1884 codicem Euangeliorum Harleianum (Z) contulerat et Professoris Willelmi Sanday auspiciis rationem ueterum Latinorum inter se sedulo inuestigauerat. Is ergo illo anno Sarisburiam migrauit et exinde maximam operae grauioris partem sustinuit, et in notulis nouis componendis et in ueteribus recensendis emendandisque, et in schedis typographorum corrigendis. Priores etiam paginas (1–39) quae praefationes et capitula continent (opus non parui laboris) ipse digessit, sed omnia collegae senioris oculis subiecit. Omnes etiam loci difficiliores, uel ubi de orthographia tantum agebatur, ab ambobus, coniunctis curis et studiis, inuestigati sunt, ut ueram in omnibus societatem lectores agnoscere oporteat.

Amici uero qui in hoc opere parando nobis operam praestiterunt tot sunt ut uix numerari possint; nec quidquam iucundius recordatione est quam doctorum hominum sine ulla inuidia in his studiis Christianis beneuola consuetudo. Ex Oxoniensibus praedicandi sunt Cancellarius noster Marchio de Sarisburia, qui, dum Secretarii Regii ad res externas munus ageret, auctoritate sua in Hispania et in Italia nobis uiam muniuit; † H. O. Coxe, Bibliothecarius semper deflendus, W. Sanday in his ut in aliis optimus amicorum, F. Madan, W. C. Bell e coll. Aen. Nas. (qui collationes Walkeri, Casleii et Bentleii, in Euangelia ex libro Tr. Coll. Cant. B. xvii. 5 huius operis gratia exscripsit), W. Marsh et J. C. Roper in priore notularum parte componenda fidi adiutores, et praesertim G. M. Youngman tot codicum acerrimus collator et libri Armachani exscriptor, et adiutrices in multis beneuolentissimae E. et J. Johnson Manuelis filiae. Ex Cantabrigiensibus B. F. Westcott[1] qui haec studia tantopere excitauit, et F. J. A. Hort qui etiam nunc strenue et magna cum doctrina fouet; † H. Bradshaw dilectus quondam bibliothecarius, Magister et Socii Collegii S. Trinitatis qui Bentleii libros humanissime commodauerunt, S. S. Lewis et A. W. Streane ex Collegio Corporis Christi, et Chr. Wordsworth, Christophori Lincolniensis filius, Coll. S. Petri quondam socius et Ecclesiae Glastoniensis Rector. Ex Dublinensibus T. K. Abbott et J. Gwynn, Professores.

In Museo Britannico, E. Maunde Thompson et G. F. Warner, rei nostrae semper beneuoli adiutores; in bibliotheca Dunelmensi Willelmus Greenwell, in bibliotheca Stonyhurstensi, W. H. Eyre, et Herbertus Lucas.

Inter Teutonicos Hermannus Roensch, librorum utilissimorum, '*Itala und Vulgata*' et Noui Testamenti Tertullianei editor, Ernestus Ranke in his studiis ex longo tempore impiger, et Petrus Corssen, qui simile nobis opus in manibus habet, cui utiles nos fore ut illum nobis ex corde speramus. Quibus adiungendi sunt Iohannes Belsheim, Norwegicus, tot codicum editor, nobis amicissimus; et bibliothecarii L. Sieber, Basileensis, et I. Idtenson, Sangallensis, humanissimi hominum. Ex Parisiensibus Leopoldus Delisle, doctissimus bibliographus et

[1] Conferendus est maxime tractatus eius *Vulgate* in Smith's *Dictionary of the Bible*, tom. iii. pp. 1688–1718. London, 1863. Multa etiam consilio et exemplo eius debemus, praesertim in forma operis describenda.

humanissimus, et bibliographi duo iam celebres Henricus Omont et Ulysses Robert, alter etiam Pentateuchi Lugdunensis editor, Paulus Meyer Oxoniensium amicus, C. Kohler, H. Trianon, ceterique in bibliotheca nationali et in aliis bibliothecis curam codicum manuscriptorum agentes, et praesertim Samuel Berger, Theologiae inter Protestantes Professor, qui tantum de studiis Biblicis in Gallia et alibi meruit. Ex Mediolanensibus Ant. M. Ceriani, doctissimus et dulcissimus, et Fortunatus Uilla euangeliorum (M) diligentissimus exscriptor. Ex Florentinis Nicolaus Anziani humanissimus. Ex Romanis Eminentissimus Cardinalis I. B. Pitra, et Ioh. Bollig qui multum in bibliotheca Uaticana nos adiuuit; Barnabitae, Uercellonii amici, et praesertim G. E. Sergio et Carolus Stellati; Iohannes Baptista de Rossi quem satis est inter doctos nominare; G. Palmieri, S. Pauli extra muros monachus; et qui operam nostri gratia in codicibus conferendis uel exscribendis contulerunt A. Mau, Ioh. Gatti, Iosephus Masteri, et G. Meyncke, qui codicem Reginensem Epistularum Paulinarum contulit; et in bibliotheca 'Vittorio Emmanuele' dicta praefecti uel uice-praefecti D. Gnoly, Ignatius Giorgi et Martini. Ex Cassinatibus Prior Krug et alii. Ex Cauensibus Abbas Morcaldi, nunc Episcopus, et de Stephano. Ex Matritensibus I. F. de Riaño, institutionis publicae Director, et praefecti bibliothecis Nationali et Societatis Historicae et praesertim Manuel de Goicoechéa, et I. Muñoz y Rivero, palaeographus. Ex Legionensibus Manuel Ureña et canonici S. Isidori et Ecclesiae Cathedralis.

Quibus omnibus gratias et habemus et habebimus et nunc iterum ex corde agimus.

CAP. III. *Codicum elenchus quos in euangeliis perpetuo citamus.*

HORUM codicum stemmata componere, ut modo diximus, uix ausi sumus. Optimam uero textus formam uidentur plerumque exhibere A, (Δ, S), Y, H*, U; Ƥ*; F; M; O, X (X^{c} fere = A); Z*. Codicis G scriba ut ipse ait de U. T. 'per omnes codices oberrans editiones' perquisiuit. In N. T. cum lectiones optimas Hieronymianas, tum correctiones ex graeco et ueteres lectiones immixtas habet.

Boni sunt B, I, J, M̈, P, sed uix quantum forsan ex antiquitate colligi possit. Ex una familia sunt D, E, L, Q, R, uel ex Hibernia, uel ex Gallia, uel etiam ex Britannia orta. In his correctiones ex graecis codicibus frequenter agnoscimus et lectiones magni pretii. Neque difficile fuerit recensionem Hibernicam uulgatae Hieronymianae ex his similibusque codicibus componere. Sed a quo uel quibus et quando facta sit uix inueniri potest, quamquam scribae Hiberni et Anglo-Britanni de se loqui non adeo tardi sint. Recensiones aliae duo, Alcuiniana (K, V) et Theodulfiana (H et H[1], Θ), melius historicis notae sunt. Quarum Alcuiniana melior uidetur, et saepe correctiones certas, sed plerumque in rebus pretii minoris, exhibet[1]. Hispani autem codices (C, T) textus formam singularem praebent, quam nos raro accipimus. Lectiones tamen magni pretii in ambobus reperiuntur. Formae Amiatinae propior accedit C qui codex mira cum diligentia, quamuis orthographia propria[2], scriptus est. Ultimus denique censendus est inter codices nostros W, sc. Willelmi de Hales, in usum scholae ecclesiae nostrae Sarisburiensis conscriptus, circa tempus ipsius eccle-

[1] De praestantia codicis Uallicellani inter Alcuinianos cf. Sam. Berger *de l'histoire de la Vulgate en France*, p. 6. Paris. 1887.

[2] Uide infra p. xxxvii.

siae nouae dedicationis, quem exempli gratia ex codicibus medii aeui delegimus. Sed textus formam non adeo deprauatam exhibet et interdum lectiones bonas et singulares ostendit.

1. A. Codex Bibliorum *Amiatinus* saec. VII exeunte uel VIII ineunte in coenobio Wiremuthensi uel Giruensi, ut uidetur, iussu Abbatis Ceolfridi scriptus et ab eodem sancto Petro Romae oblatus A.D. 715. Postea in coenobio montis Amiatae seruabatur, unde missus fuit in usum editionis Sixtinae, ut ex codice Carafiano (q.u.) apparet. Nunc Florentiae, in Bibliotheca Laurentiana. Nouum Testamentum ediderunt C. Tischendorf 1850 et 1854 et S. P. Tregelles (in N. T. Graeco) 1857 etc. Euangelia iterum contulit, et ordinem stichorum qui uocantur (quem in hac editione sequimur) descripsit, et menda nonnulla editionis Tischendorfianae correxit H. J. W. 1887. Concordant maxime A, H*, U, Y, et Δ, S in Iohanne. (Confer I. B. de Rossi *La Bibbia offerta da Ceolfrido Abbate al Sepolcro di S. Pietro* Romae 1887, Palaeographical Society II. tab. 65, 66.)
2. B. Codex Euangeliorum *Bigotianus* olim Fiscannensis, VIII uel IX saec., Paris. Lat. 281 et 298. Contulit Bentleii gratia Ioh. Walker cui erat π; iterum Matt. Marc. Luc. contulit I. S. 1883; Iohannem denuo contulit G. M. Youngman. (Cf. L. Delisle *Cabinet des MSS. de la Bibliothèque Nationale*, atlas tab. x. 1, 2 Paris. 1881.)
3. C. Codex Bibliorum *Cauensis*, s. forsan IX, in Hispania ut uidetur septentrionali uel mediterranea a Danila quodam scriptus (uide prologum ad Ezechielem) litteris Uisigothicis minutis et rotundis. Maxime cum T concordat sed formae Amiatinae propior est. Contulit I. S. 1878–9. Totus etiam exscriptus est ab Abbate quodam de Rossi uersus huius saeculi principium, qui liber nunc est Romae Uat. 8484. (Cf. Dom. Bernardum Gaetani de Aragonia in *cod. diplomat. Cauensi* tom. i. Neapoli 1873, Siluestre *Paléographie Universelle* partem iii, L. Ziegler in *Sitzungsberichte der k. bayrischen Akademie der Wissenschaften phil.-phil. klasse* p. 655 sqq. Monaci 1876, Pertz *Archiv für deutsche Geschichtskunde* v. 542.) De orthographia uide p. xxxvii.
4. D. Codex Noui Testamenti *Dublinensis* olim *Armachanus* (Book of *Armagh*) s. VIII uel IX, in coll. S. Trinitatis. Huius editionis gratia exscripsit G. M. Youngman 1883. Ex una familia originem trahunt D E L Q R. (Cf. *National MSS. of Ireland* part. i. pp. xiv–xvii, tabb. xxv–xxix.)
5. Δ. Codex Euangeliorum *Dunelmensis* A. ii. 16, s. VII uel VIII, 'de manu Bedae' dictus, qui erat Bentleio K (in libro Tr. Coll. Cant. B. 17, 14). Euangelium Iohannis contulit I. S. 1882 a Willelmo Sanday adiutus. In Iohanne cum Amiatino maxime concordat: in ceteris non adhibuimus.
6. E. Codex Euang. mus. Brit. *Egertonensis* 609, s. VIII uel IX, erat Maioris Monasterii Turonensis 87, Calmetio aliisque *mm* dictus. Denuo contulit G. M. Youngman 1884. (Cf. *Catalogue of Ancient MSS. in the British Museum, Latin* p. 30, Lond. 1884.)
7. ℑ. Codex Euangeliorum IX ut uidetur saeculi, olim *Epternacensis* Ecclesiae S. Willibrordi, nunc Parisiensis Lat. 9389; ad finem libri habetur subscriptio *Proemendaui ut potui secundum codicem de bibliotheca eugipi praespiteri quem*

ferunt fuisse sci hieronimi indictione ui p(ost) con(sulatum) bassilii ū c. anno septimo decimo = A.D. 558. Est uero saeculi VIII uel IX. Codicem contulit H. J. W. 1887. (Cf. Delisle *Cab. des MSS.* tab. xix. 8, *Pal. universelle* tab. ccxxvi, Westwood *Anglo-Saxon and Irish MSS.* p. 58 tab. xxi.)

8. F. Codex Noui Testamenti *Fuldensis* A.D. 541–546 iussu Uictoris Episcopi Capuae scriptus et ab ipso Uictore correctus. Edidit E. Ranke Marburgi 1868. Euangelia in 'unum ex quattuor' redacta sunt, quod ordinem sectionum secundum Tatiani Diatessaron plerumque exhibet, textu uero Hieronymiano. Cf. Th. Zahn *Tatian's Diatessaron* Erlang. 1881, pp. 298–313.

9. G et g_1. Codex Bibliorum noni saeculi olim *San-Germanensis* 15 et 86 nunc Parisiensis Lat. 11553, qui erat Walkero μ, Roberto Stephano, Lucae Brugensi et Bentleio *Germanum latum.* In Mattheo uersionem ueterem exhibet et inter codices ueteres sub signo g_1 adnumeratur; in reliquis Euangeliis est Uulgatae uersionis quamuis lectionibus ueteribus saepissime turbatus. Codicem contulit I. Walker; Euangelium Matthei separatim edidit I. S. et Marcum Lucamque denuo contulit, 1882–3. Iohannem denuo contulit G. M. Youngman. (De hoc codice pretioso uide *Old-Latin Biblical Texts*, no. i. Oxon. 1883; cf. p. xxxii infra.)

10. H. Codex Bibliorum *Hubertianus* noni, uel decimi saeculi. Erat olim in coenobio Sancti Huberti Ardennensis, nunc est musei Britannici Add. 24142. Codex magni pretii cuius manus prima cum Amiatino maxime concordat; contulit I. S. 1883. (Cf. Mus. Brit. *Catalogue* p. 5 tab. 45.)

11. Θ. Codex Bibliorum *Theodulfianus* saeculi noni Parisiensis Lat. 9380. Erat olim peculium Theodulfi, Aurelianiensis episcopi A.D. 788–821. Multum inter se similitudinem habent huius codicis scriptura et Hubertiani ut facile ab eadem manu exaratos credas; textus Theodulfianus fere semper cum correctione codicis Hubertiani concordat. Euangelia contulit uir reuerendus Chr. Wordsworth, Prebendarius iam Lincolniensis et Glastoniae in Rutlandia Rector. (Cf. Delisle *Cab. des MSS.* tab. xxi. 3, et *Les Bibles de Théodulfe*, in *Bibliothèque de l'École des Chartes* tom. xl, 1879.)

12. I. Codex Euangeliorum *Ingolstadiensis* in bibliotheca Uniuersitatis Monacensis seruatus; est saeculi ut uidetur septimi; in Mattheo multum mutilus. Contulit C. Tischendorf, cuius collatione ipsi usi sumus, a Delegatis Preli Clarendoniani cum aliis similibus Tischendorfii libris manuscriptis pro huius operis usu a uidua eius redempta. Uide supra, cap. ii, notam p. viii.

13. J. Codex Euangeliorum *Foro-Juliensis* saeculi sexti uel septimi. Mattheum Lucam et Iohannem edidit I. Blanchinus *Eu. Quadr.* II, p. 473 etc. Romae, 1749. Marci Euangelium e codice auulsum fuit et partim Uenetias, partim Pragas delatum; fragmentum Uenetianum uix aut ne uix quidem legi potest; fragmentum Pragense (xii. 21–xvi. 20) edidit I. Dobrowski Pragae, 1778.

14. K. Codex Bibliorum *Karolinus* saeculi noni, tempore forsan Caroli Calui A.D. 840–876, musei Britannici Add. 10546. Euangelia contulit G. M. Youngman. Alcuinianus est et cum V maxime concordat. Sed V melior est. (Cf. Westwood *Pal. Sacra. Pict.* tab. 25, Mus. Brit. *Catalogue* p. 1 tab. 42, 43.)

15. L. Codex *Lichfeldensis* olim *Landauensis*, Matthei Marci et Lucae i–iii. 9,

saec. VIII ineuntis uel VII exeuntis in ecclesia cathedrali Lichfeldensi a fine saec. x seruatus; unde uulgo Codex S. Ceaddae dictus est. Codicis amplam collationem edidit uir reuerendus F. H. A. Scrivener, Cantabr. 1887; erat Bentleio ξ in libro Tr. Coll. Cant. B. 17. 5. (Cf. Palaeographical Society I, tabb. 20, 21, 35, Scrivener l. c., Westwood *A.-S. and I. MSS.* pp. 56–58 tab. 23 et *Pal. Sac. Pict.* tab. 12.)

16. M. Codex Euangeliorum *Mediolanensis* saeculi sexti, bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis C. 39. Inf. Codicem exscripsit uir reuerendus Fortunatus Uilla Ambrosianus, huius editionis gratia.

17. M. Codex Euangeliorum *Martini-Turonensis* litteris aureis saec. VIII exaratus, bibliothecae Turonensis 22; erat Walkero ρ. Codicem contulit G. M. Youngman 1884.

18. O. Codex Euangeliorum *Oxoniensis* saec. VII, qui uulgo dicitur 'Euangelia Sancti Augustini,' sc. coenobii eiusdem nominis Cantuariensis, in bibliotheca Bodleiana sub notis 857 et Auct. D. 2. 14, seruatus; erat Casleio ψ. Contulerunt I. S. et uir doctissimus F. Madan eiusdem bibliothecae uice-Praefectus. Collationem recensuit G. M. Youngman 1883. (Cf. Westwood *Pal. Sacra Pict.* tab. 11, no. 5.)

19. P. Codex Euangelii Sancti Lucae *Perusinus*, fragmentum scilicet ex codice purpureo saeculi, ut fertur, VI ineuntis ad capitulum ecclesiae cathedralis Perusinae pertinens; habet Luc. i. 26–xii. 7, sed multis in locis mutilus. Edidit I. Blanchinus *Eu. Quadr.* uol. II. App. p. 562.

20. Q. Codex Euang. *Kenanensis* (Book of *Kells*), s. VII uel VIII, nunc Coll. S. Trin. Dublinensis. Contulit T. K. Abbott et collationem edidit in editione codicis ante-Hieronymiani Usseriani (r_1) Dublini 1884. (Pal. Soc. I, tabb. 55–58, et 88, 89: Westwood *A.-S. and I. MSS.* pp. 25–33 tabb. 8–11 et *P. S. P.* tabb. 16, 17, et *National MSS. of Ireland* part. i, pp. x–xii, tabb. vii–xvii.)

21. R. Codex Euang. *Rushworthianus* uel 'Gospels of *Mac Regol*,' a scriba Hibernico dictus, qui ob. A.D. 820, Oxonii in bibl. Bodleiana sub nota Auct. D. 2, 19 seruatus. Euangelium Matthei uersionem lingua Merciorum exhibet; cetera Euangelia lingua Anglica Northumbrica glossata sunt, ut Lindisfarnensis noster (Y). Casleio et Bentleio erat χ. Huius editionis gratia contulerunt I. S., J. Johnson et G. M. Youngman. Textum uersionis, una cum Lindisfarnensi, et collatione Latina ediderunt J. Stevenson et G. Waring (Surtees Society, *The Lindisfarne and Rushworth Gospels* 1854–1865), et W. W. Skeat, secundis curis, Cantabrigiae 1887 etc. (Cf. Westwood *A.-S. and I. MSS.* pp. 53–56 tab. 16 et *Pal. Sac. Pict.* tab. 44, Pal. Soc. I, tabb. 90, 91.)

22. S. Codex Euang. Iohannis nunc Coll. Soc. Iesu *Stonyhurstensis*, saec. VII, olim, ut fertur, peculium S. Cuthberti, quod in loculo eius uel saltem in ecclesia Dunelmensi usque ad Henrici Regis VIII tempora seruabatur. Cum Amiatino et Dunelmensi (Δ) maxime, sed non semper, concordat. Contulit I. S. 1879. (Cf. Pal. Soc. I, tab. 17, Westwood *P. S. P.* tab. 11 no. 6.)

23. T. Codex Bibliorum *Toletanus*, saec. ut uidetur X, olim Hispalensis, deinde Toletanus, nunc uero bib. Nat. Matritensis. Codicem pro reuisione Sixtina contulit Chr. Palomares A.D. 1588, cuius collatio Romae seruatur in Bibliis

Hentenianis (Lugduni a Gul. Rouille A.D. 1569 impressis) sub nota Uat. 9508. Collationem impressit Blanchinus *Uindiciae Canonic. Scripturar.* pp. xlvii–ccxvi Romae 1740, ex quo apparet (p. ccxv) in Sixtina recensione adhibitam non fuisse, dicit enim 'sero nimis ad Card. Antonii Caraphae manus peruenit.' Primo Romae hanc collationem, denique codicem ipsum Matriti contulit I. S. 1882. Huius libri 'auctor possessorque' Seruandus fuit episcopus Bastigitanae; qui concessit Iohanni sodali suo postea episcopo Cordubensi; is codicem Deo obtulit et ecclesiae Hispalensi decimo kal. Ian. era MXXVI = A.D. 988. (Cf. And. Merino *Escuela Paleographica* tab. v et pp. 53–59, Matriti 1780, J. Muñoz y Rivero *Paleografía Visigoda de los siglos v al xii*, tabb. viii, ix, Matr. 1881, Ewald et Loewe *Exempla Scripturae Visigoticae* pp. 7, 8 tab. ix.)

24. U. Fragmenta Matthei (i. 1–iii. 4) et Iohannis (i. 1–21) *Ultratraiectina,* ad calcem Psalterii Cottoniani, s. VII uel VIII, ex schola ut uidetur Northumbrica, Amiatino simillima. Exstant photographice descripta in Psalterii editione notissima, quae prodiit anno 1873. In nostrum usum contulit uir reu. C. A. Heurtley, Professor Oxoniensis Dominae Margaretae.

25. V. Codex Bibliorum *Vallicellanus* B. vi, s. IX, Romae seruatus, ubi (in bibliotheca 'Vittorio Emanuele' gratia secretarii Regii) contulit I. S. 1883. Inter Alcuinianos quos uidimus locum primum obtinere uidetur et sic etiam amico nostro Samueli Berger placet; sed neque codicem Uindobonensem a Lambecio II. p. 403 laudatum, neque Biblia Bambergensia inspeximus. (Confer de nostro codice Blanchini *Euang. Quadruplex* II tab. viii post pag. 600. Ecclesia S. Mariae Uallicellana aliquando Ecclesia Noua, alias Oratorii uel S. Philippi Neri dicitur. Blanchinus ipse sacerdos Oratorii fuit.)

26. W. Biblia mus. Brit. Reg. I. B. xii a *Willelmo* de Hales, pro Thoma de la Wile magistro scholarum Sarum, A.D. 1254 scriptus. Euangelia contulerunt H. J. W. et G. M. Youngman.

27. X. Codex Euangeliorum coll. *Corporis Christi* Cantabrigiensis no. 286, saec. ut uidetur VII, olim, una cum O, coenobii S. Augustini Cantuariensis. Bentleio erat B. Contulit nostri operis gratia uir reu. A. W. Streane, Coll. Corporis Christi socius. Cum A fere concordat X^{e}. (Cf. Westwood *A.-S. and I. MSS.* pp. 49, 50, *P. S. P.* tab. 11, 1–4 et Pal. Soc. I, tabb. 33, 34, 44.)

28. Y. Codex Euangeliorum *Insulae Lindisfarnensis* saec. VII-VIII ab Eadfrido (qui in ea sede episcopus fuit annis 698–721 A.D.) aliisque conscriptus; nunc mus. Brit. Cotton. Nero D. iv; et Bentleio, ut nobis, Y. Codicem ediderunt Stevenson et Waring 1854–1865, et W. W. Skeat, secundis curis 1887 etc. Denuo contulit G. M. Youngman. Cum Amiatino maxime concordat, sed manu Anglica non Italica scriptus est. (Cf. Westwood *A.-S. and I. MSS.* pp. 33–39 tabb. 12, 13 et *P. S. P.* tab. 45, Mus. Brit. *Catalogue* ut infra p. 15, tabb. 8–11, Pal. Soc. I, tabb. 3–6, 22.)

29. Z. Codex Euangeliorum *Harleianus*, saec. VI uel VII, qui fuit olim bib. Reg. Parisiensis 4582, nunc est mus. Brit. Harl. 1775. Fuit Bentleio, ut nobis, Z. Codicem partim contulit Griesbach, cui fuit *harl.* (*Symbolae Criticae*, uol. II, Halae 1785.) Denuo contulit H. J. W. partim adiutus a Frederico Barone de Hügel, 1884. (Cf. Mus. Brit. *Catalogue* ut infra p. 14, tab. 3, Pal. Soc. I, tab. 16.)

Cap. IV. *De editione Bentleii, cum conspectu lectionis Bentleianae et elencho codicum in eius usum in Euangeliis collatorum.*

De opere Bentleiano confer *Works of Ri. Bentley*, ed. Alex. Dyce tom. iii, pp. 475 sqq., Lond. 1836, Jacobum H. Monk *Life of Richard Bentley* tom. ii, pp. 118 sqq., 146 sqq., 239, 286–289, ed. 2 Lond. 1833, Art. Ayres Ellis *Bentleii critica sacra* Cantab. 1862, *The Correspondence of Ri. Bentley* 2 tom. Lond. 1842, ed. Chr. Wordsworth (postea Ep. Lincoln.), Westcott *Vulgate* l. c. pp. 1709, 1711, R. C. Jebb *Bentley* pp. 164–168, Lond. 1882, *Old Latin Biblical Texts*, no. I, pp. v, xxiii–xxvi et App. ii–iv, Oxon. 1883, ed. I. S.

In animo habuerat Bentleius nouam Noui Testamenti Graece et Latine editionem parare, in quo credebat ueram lectionem Graecam cum uera Hieronymiana, tam uerborum ordine quam sensu rerum, ita concordare, ut, cum ex bonis codicibus et antiquis emendatae fuissent, uix dubitationi locus relinquendus esset. Cuius editionis schema uel programma primum edidit in epistula ad Gul. Wake Archiepiscopum Cantuariensem mense Aprili 1716; et postea *Proposals for printing* anno 1720, quo anno Iohannes Walker operis socius praedicatur. Multos codices ipse pro hoc opere contulit, plures et accuratius Ioh. Walker, qui Bentleii gratia in hunc finem laborare anno 1719 inceperat et certe usque ad annum 1735 et ultra eadem studia impigre prosecutus est. Sed Walker die 9 mensis Nou. anni 1741 mortem obiit anno aetatis 49no et Bentleius anno proximo, aetatis suae 81mo, die 14 mensis Iulii anno 1742. Nihil, ut constat, ex his laboribus a Bentleio aut Walkero in lucem editum est, nisi specimen Apocalypseos cap. xxii, in programmate anni 1720. Quo modo hoc euenerit accurate omnino iudicare non possumus. Conicit certe, quod uerisimile est, R. C. Jebb Bentleium temporis progressu, et praesertim cum codicem Uaticanum (B) propius et accuratius cognosceret, de absoluta concordantia textus Graeci cum uersione Latina magis magisque dubitauisse. Sed potius in causa credimus fuisse mortem Walkeri praematuram, Bentleii lites, et paralysin quae anno 1738, uirum illum iam senem occupauit. De discordia inter Bentleium et Walkerum orta nihil omnino constat, immo nihil suspicandum est.

Quod ex hoc opere restat, quantum quidem rem nostram tangit, tribus potissimum uoluminibus comprehenditur, in Bibliotheca Collegii S. Trinitatis Cantabrigiensis seruatis, et signatis notis B. 17. 5, B. 17. 6 et B. 17. 14. Qui libri Magistri et Seniorum dicti Collegii beneuolentia in huius operis gratiam per nouem menses anni 1882, sub tutela Bibliothecarii Bodleiani, humanissime commodati sunt. Ex his ergo, ut par erat, multa excerpsimus, multa etiam exscripsimus, sed non omnia quantum uoluimus[1].

B. 17. 5 quod est *Nouum Testamentum Graecum cum uersione Uulgata*, in folio, apud Cl. Sonnium Lutet. 1628, continet Walkeri collationes codicum Parisiensium signatorum notis $\alpha\,\gamma\,\delta\,\epsilon\,\eta\,\theta\,\kappa\,\lambda\,\mu\,\nu\,o$ *osec.* $\pi\,\phi$, anno 1719 factas, et Leonis Cheualier codicum Turonensium ($\rho\,\sigma\,\tau\,\upsilon$) a Petro Sabatier Walkero traditas, item Bentleii collationes codicum Harl. 2788, 2826, et Lichfeldensis (M H ξ), et D.

[1] Nos in his collationibus Bentleianis exscribendis usi sumus editione N. T. nitida, sed non in omnibus accurata, Tornaci Neruiorum impressa per Desclée Lefebvre et soc. 1878.

Casleii sex codicum Oxoniensium collationes anno 1721 factas, quos notis signauit γ χ (3) ψ C. Ex quibus eos qui ad Euangelia spectant infra plenius recensuimus. Cf. etiam *Old Latin B. T.* no. I, Oxon. 1883. Hoc uolumen totum (quantum nostra intererat) nostri gratia exscripserunt W. C. Bell, et Elizabeth et Janetta Johnson. De collationibus codd. Graec. in hoc uolumine comprehensis, cf. A. A. Ellis *Bentleii Crit. Sacra* p. xxxix.

B. 17. 6 idem liber est, sc. N. T. Graeco-Latinum anni 1628, ad mentem Bentleii correctum. Notulas etiam continet in chartis interpaginatis scriptas, quarum delectum edidit A. A. Ellis l. c. pp. 49–117. Textus latini correctiones nostri gratia beneuole exscripsit Eliz. Johnson mense Iulio 1882. Sed neque correctiones graecas (teste idoneo Edwino Palmer, Archidiacono Oxoniensi) neque latinas ita Bentleio reuera et penitus placuisse credimus, ut ex eis, uti nunc exstant, editionem suam in lucem proferre uoluisset. Operae uero pretium aestimauimus lectiones latinas omnes ex hoc libro typis mandare—quod nunquam antea factum est—ut pateat quantum Bentleius ille profecerit in Clementina editione corrigenda. In qua correctione hoc, ut constat, imprimis sibi proposuit ut concordantiam graecae lectionis cum uera Hieronymiana ostenderet. Conicimus ergo illum, collationibus aliquot factis, ad conciliationem graecae et latinae lectionis hac ratione processisse. Si posset testes latinos, uel pauciores numero, pro hac concordantia adhibere, uulgatam sine ulla mora ad Graecae lectionis normam corrigebat. Si tali autem testimonio destitueretur, hamis rotundis in margine inclusit lectionem, cum graeco concordantem, quam ueram credebat, et pro ea testes latinos quaerebat. His denique exquisitis uel oblatis hamos subinde deleuit, ut ostenderet lectionem iam codicibus confirmatam esse. Pro exemplis sunt:— Matt. v. 8 (*mundi*) *corde* quod graecis uerbis οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ respondet sed in nullis codicibus Hieronymianis legitur. Contra in Matt. xiii. 22 ubi hami perlineati sunt (⟨ > *in spinis seminatus est*⟩) pro inuersione testes (quamuis nostro iudicio non satis fortes) postea detexit; item ib. 47 *ex omni genere* (⟨*om. piscium*⟩) pro omissione testes inuenit; et xv. 14 (⟨*cadent*⟩) pro futuro (=πεσοῦνται) similiter testes adhibuit.

Bentl. in notulis nostris ad huius codicis lectiones refert, nisi aliter notatur.

B. 17. 14 qui est *Sancti Hieronymi Diuina Bibliotheca*, Parisiis in folio, apud Io. Anisson 1693 (uolumen sc. ex Martianaei editione primum) continet collationes codicum multorum et notulas Bentleii ipsius manu scriptas. Horum codicum notitiam offert Ellisius l. c. p. xl sq., quorum plurimi sunt ex Bibliotheca Regis, cui Bentleius ipse praeerat, ceteri ex aliis Angliae bibliothecis. Nos ex hoc uolumine non adeo multa excerpsimus, cum cognouissemus Bentleium non ea quae par esset cura codices conferre solitum. Notulas tamen magni pretii et coniecturas in eo inuenimus, quarum delectum cum aliis edidit Ellisius asterisco signatas, nos pro nobis etiam delectum fecimus.

Conspectus lectionum Bentleianarum in Euangeliis ex libro Tr. Coll. Cant. B. 17. 6 exscriptarum.

Notandum est Bentleium signo ∧ pro *additione* uerborum, ∋ pro *omissione* et numeris arabicis 1, 2, 3 etc. pro *inuersione* usum esse. Nos signa nostra (+, *om.* et >), ut cum nostrarum notularum usu congruerent, in hoc conspectu adhibuimus. *Hami rotundi*, ut (mundi), (*om.* uos), (> illăm fecistis), indicant lectiones cum graeca ueritate consentientes pro quibus

testes latinos Bentleius nondum inuenerat. *Hami rotundi perlineati*, ut (< in spinis seminatus est), (*om.* piscium), (cadent), indicant, hoc testimonio postea inuento, tales lectiones a codicibus confirmatas fuisse. Lectiones *asterisco* signatae — ut, Zara*; > in somnis apparuit ei*; *om.* ut impleretur . . . miserunt sortem*; — a nobis etiam in textum receptae sunt. Aliquando etiam ubi commodum lectoribus uidebatur lectionem clementinam *litteris inclinatis* uel *italicis* praeposuimus cum semi-coli signo, e.g. Matt. viii. 20 *nidos*: tabernacula*; *imperauit*: increpauit*. (Hunc conspectum nostri gratia humanissime correxit F. I. A. Hort.)

Matt. i. 3 Zara*, Esrom* *bis*; 7 Abia* *bis*; 15 Matthan* *bis*; 17 *itaque*: ergo*; 18 Cum + (enim) *uoluit sed postea deleuit*; 20 >in somnis apparuit ei*.

ii. 1 Bethleem* *et ter infra* 5, 8, 16 (*non* 6), Ierosolyma; 6 *regat*: reget*; 7 *om.* eis; 11 *inuenerunt*: uiderunt; 21 *consurgens*: surgens*.

iii. 6 >in Iordane ab eo*; 7 *a uentura ira*: a futura ira*; 9 *potens est*: potest*; 10 *excidetur . . miltetur*: exciditur. . . mittitur.

iv. 4 > pane solo*; uiuet; 5 *assumpsit*: *primo uoluit* adsumit, *sed postea deleuit* [*nos* assumit*]; 6 mandabit*; 9 >tibi omnia*; 12 *om.* Iesus*; 14 prophetam + dicentem; 15 uiam; 16 > lucem uidit*; *umbrae*: et umbra*; 18 *om.* Iesus*; 20 *relictis retibus*: (relicta naui) *primum, deinde* relictis naui; 25 *om.* de *sec. et ter*.

v. 1 *om.* Iesus*; 8 *mundo*: (mundi) [*i.e. uoluit* mundi *sed testes latinos non inuenit, ut diximus in explicatione praeuia*]; 11 (*om.* uos) *priori loco*; 16 > uestra bona opera*; 24 reconciliare*; *offeres*: offer; 31 *ei*: illi*; 32 > causa fornicationis; 45 *qui solem*: (quia) solem; > malos et bonos; 46 diligatis*; *hoc*: (sic).

vi. 5 *oratis . . eritis*: (orabis . . eris), *uoluit primum, sed postea deleuit*; *qui*: quia; 6 *oraueris*: orabis*; ostio + tuo*; 7 *exaudiantur*: (exaudientur); 8 *quid*: quibus*; 10 *adueniat*: ueniat; 13 > inducas nos; 14 (*om.* delicta uestra); 15 *om.* uobis*; 16 pareant*; 21 *est sec.*: erit; 22 *om.* tui . . tuus*; 23 *om.* ipsae*; 25 *om.* plus *sec.**; 31 *quo*: quid; 34 *ipsi*: ipse*.

vii. 4 *dicis*: dices; 17 > fructus malos*; 18 > fructus malos* *et* fructus bonos*; 19 exciditur* . . mittitur*; 21 (*om.* ipse intrabit in regnum caelorum); 22 > tuo nomine *ter**; 24 *supra*: super.

viii. 3 *om.* Iesus*; eum + Iesus *pr. uoluit, sed postea deleuit*; 9 *om.* constitutus*; 13 > in hora illa*; 15 *eis*: (ei); 17 *om.* nostras* *sec.*; 20 *nidos*: tabernacula*; 25 *om.* ad eum discipuli eius*; 26 *om.* Iesus; *imperauit*: increpauit*; 27 quia + et*; 28 [*uenissent lapsu:* uenisset;] 29 *om.* Iesu*; 30 > porcorum multorum*; 31 *om.* hinc*; 33 *eis*: his*; habuerunt.

ix. 2 > in lecto iacentem; 5 *om.* tua*; *an*: aut*; 6 > sciatis autem*; 9 teloneo*; 12 medico*; 18 *om.* domine*; 28 > possum hoc*; (*om.* uobis); 35 circumibat*; > ciuitates omnes*; 38 *mittet*: eiciat*.

x. 5 (ciuitatem); 12 *om.* dicentes Pax huic domui*; 13 *om.* illa*; *ueniet*: ueniat*; *reuertetur ad uos*: > ad uos reuertetur*; 18 *om.* ad *sec.*; 22 *om.* usque*; 25 magister + eius*; *seruo*: seruus*: 28 (> timete eum potius *primum ut uidetur deinde* timete potius eum); 30 autem + et*; 34 > uenerim mittere pacem*.

xi. 4 *audistis*: (auditis); *et uidistis*: et uidetis; 8 *uestiuntur*: (utuntur); 19 > uini potator; (> amicus et peccatorum); 23 *hanc diem*: hunc diem*; 30 leue + est*.

xii. 1 > sabbato per sata*; 4 *quos*: quod; (> sacerdotibus solis); 8 > est enim*; 14 > eum perderent*; 25 *desolabitur*: desolatur*; 27 > erunt uestri*; 36 > de eo rationem; 45 > secum septem alios spiritus*; 50 meus + et* *pr. uol.*, *sed postea del.*

xiii. 2 > (in littore stabat); 4 *om.* caeli*; 8 *centesimum etc.*: centum . . sexaginta . . triginta; 14 *dicentis*: dicens*; 21 (> radicem in se); *tribulatione et*: trib. (aut); 22 (< in spinis seminatus est) *i.e. postea hamis deletis ex codd. confirmauit*; 23 *centesimum etc.*: centum . . sexaginta . . triginta; 27 > tuo agro; 30 utraque (+ simul); ea *om.* in*; 32 (> ueniant uolucres caeli); 37 ait *om.* illis*; 38 > sunt filii

nequam; 47 ex omni genere* ([*om.* piscium]); 54 synagogis: (synagoga).

xiv. 3 in carcere; 6 (natali); 7 (*om.* ab eo); 11 *attulit*: tulit*; 12 corpus *om.* eius*; 13 *pedestres*: pedestri; 20 (> fragmentorum duodecim cophinos); 22 *om.* Iesus*; 27 (*om.* Iesus); 28 > uenire ad te*; 29 (> de nauicula Petrus).

xv. 5 *om.* est; 9 doctrinas *om.* et; 12 uerbo *om.* hoc*; 14 sunt *om.* et; (> caeco si); *cadunt*: ([cadent]); 17 > quod (intrat in os); 31 ambulantes (+ et); 32 > iam triduo; 34 > panes habetis*; 36 pisces (*om.* et); discipuli (*om.* dederunt).

xvi. 3 non potestis *om.* scire*; 4 *om.* prophetae*; 13 quem + me; 15 illis *om.* Iesus*; > dicitis esse; 18 inferni; 19 solutum *om.* et*; 20 *esset*: est; 21 oportet; 26 *aut quam*: aut (quid); 27 opus eius*.

xvii. 1 assumit; 3 apparuit*; 4 tibi unum + et*; 7 (*om.* eis); 10 oportet; (> uenire primum); 14 eum (+ et); 20 *Dixit*: qui dicit; *om.* Iesus; 24 didragma* *bis*; *om.* ei*.

xviii. 7 *om.* illi*; 9 unioculum [unoculum* *coni.* B. 17. 14]; 16 autem *om.* te; > testium uel trium; 17 autem + et*; 18 ligata *om.* et; soluta *om.* et; 23 (> ponere rationem); 24 debebat *om.* ei*; 25 *om.* eius; venum dari; 26 *orabat*: (adorabat); 28 (> eum suffocabat); 32 debitum (+ illud).

xix. 4 *om.* hominem*; 9 (> duxerit aliam); 12 qui *sec.* + eunuchi; *castrauerunt*: eunichizauerunt (*sic*); 16 (*om.* bone); 17 bonus (*om.* Deus); 19 *om.* tuum . . tuam*; 20 *om.* a iuuentute mea*; 26 *illis*: eis; 28 (> duodecim sedes); 29 reliquit*.

xx. 1 est + enim*; 4 > illis dixit*; *om.* meam*; 7 *omitti uoluit* meam* *sed postea restituit*; 9 (*om.* uenerant); 11 *Et*: (At); 15 facere (+ in meis); 23 *meam uel*: meam et*; dare (*om.* uobis); 30, 31 *omitti uoluit* (Domine) *sed postea restituit*; 34 (*om.* eorum *pr.*).

xxi. 3 *dicite*: (dicetis); 4 *om.* totum*; 12 nummulariorum (+ euertit *et ad fin. uersus om.*); 13 (> illam fecistis); 16 *dixit*: dicit*; 21 Tolle + te; 23 (> potestatem hanc); 25 Baptisma; 26 [*omnibus* (*err. typ.*): hominibus;] *habebant*: habent*; 28 Homo *om.* quidam*; in uineam meam; 31 Dicunt *om.* ei*; praecedunt*; in regno; 33 (> ei circumdedit); 34 (acciperet) *primo uoluit, deinde deleuit*; 38 *habebimus*: (habeamus); 41 *om.* suam*; (reddent); fructus.

xxii. 4 occisa *om.* sunt*; 13 > pedibus eius et manibus*; 17 (> dare censum); 26 ad (septem); 30 n. nubunt neque nubuntur sed sunt; *om.* Dei; 37 *ex toto*: (in toto*); 46 > respondere ei*; (> interrogare eum amplius).

xxiii. *om. uers.* 14*; 15 circumitis*; 23 *qui*: quia*; mentam*; 25 parapsidis* (*ita et* 26); *estis*: sunt*; 27 (*om.* hominibus); 29 *qui*: quia; 31 (> occiderunt prophetas); 37 noluistis; 38 relinquitur*.

xxiv. 2 *illis*: eis*; (destruetur); 6 *enim pr.*: autem; 16 *ad*: in; 19 (nutricantibus); 20 uestra *om.* in*; *uel*: (nec); 23 hic *om.* est*; 28 *om.* et*; 32 > fuerit tener; 35 *autem*: uero; 36 > Pater solus*; 46 (> seruus ille).

xxv. 1 lampadas; 3 (> secum oleum); 5 (dormiebant); 6 (*om.* uenit); 8 lampadas; 9 responderunt (+ autem); 17 similiter *om.* et*; 18 in terra*; 19 *posuit*: (ponit); 20 > mihi tradidisti*; 22 > mihi tradidisti*; 24 *metis*: (metens); (congregans); 26 *semino*: (seminaui); 27 *committere*: mittere*; 37 pauimus *om.* te*; 38 collegimus (*om.* te); cooperuimus *om.* te*; 40 *ex his*: de his*; 43 *cooperuistis*: operuistis*; 44 respondebunt *om.* ei*; infirmum uel.

xxvi. 2 *fiet*: fit; *tradetur*: traditur; 6 > esset Iesus*; 10 *om.* huic*; 14 *dicebatur*: dicitur; 17 *om.* die*; 18 *Iesus*: (ille); 22 (> dicere singuli); 23 parapside*; 24 traditur*; 26 discipulis (*om.* suis); accipite (*om.* et); 21 effunditur; 33 (*om.* Et); 36 *dixit*: dicit; 45 traditur; 46 tradit; 47 *eo pr.*: ipso*; (*om.* missi); 53 possum (+ modo) *sed postea deletum*; 61 aedificare*; 62 Nihil respondes? (quid isti) adu. te test.?; 63 (> nobis dicas); 64 *om.* Dei*; 74 *nouisset*: (noui); 75 *quod*: (qui).

xxvii. 2 > eum adduxerunt; 6 > mittere

eos; 15 > dimittere populo*; 31 chlamydem; 34 (> bibere uinum); 35 *om.* ut impleretur . . miserunt sortem*; 36 eum (+ ibi); 40 Va; templum *om.* Dei*; (aedificas); 43 liberet + eum, *sed postea deletum*; > Dei filius; 46 *om.* Et; horam + uero; lema*; > me dereliquisti; 47 illic (stantium); 54 > Dei filius*; 57 (*om.* quidam).

xxviii. 6 uenite ([*om.* et*]).

In Euangeliis Marci et Lucae, nondum publici iuris factis, asteriscos adposuimus eis lectionibus quas pro ueris nunc (Apr. 1889) habemus, sed ultimo iudicio de iis nondum lato.

Mc. i. 2 *om.* ego*; *om. primo uoluit* ante te, *sed postea restituit*; 5 *eum*: illum*; Iudaea; Iordane*; 8 ego + quidem *sed postea deleuit*; uos *bis* + in *sed postea deleuit*; 9 > illis diebus; > in ([Iordanen]) a Ioanne*; 10 > apertos caelos*; ([*om.* et manentem]); *ipso*: (ipsum); 12 expellit*; 13 *om.* et quadraginta noctibus; 19 > in naui componentes retia*; 24 scio (+ te); *sis*: es; 27 *quaenam*: quae*; *etiam*: et*; 34 > loqui ea* *primo sed inuenta auctoritate restituit* ea loqui; 36 persecutus*; 39 (*om.* et *sec.*); 43 *om.* est*; *statimque*: statim*; 45 > in ciuitatem introire*.

ii. 2 et *sec.* + confestim, *sed secundis curis deleuit*; 8 *dicit*: (dixit); 9 surge + et*; 10 > potestatem habet filius hominis*; 12 > ille surrexit*; 14 Leuin*; teloneum*; 16 > peccatoribus et publicanis *pr.*; *uoluit et* > pecc. et publ. *sec. sed secundis curis restituit* publ. et pecc.; *om.* Magister uester; 17 medicum*; ([*om.* enim]); 18 *quare*: cur; 20 illa die*; 21 *maior*: (peior); 22 *nouum*: nouellum*; disrumpit; effunditur*; 23 *om.* Dominus*; praegredi*; 26 licet*; dedit + et; 27 et *sec. om. uoluit primo, postea restituit.*

iii. 1 *utrum* > aridam habens manum *an* ar. man. hab. *non liquet*; 5 *illi*: illius; 6 > statim Pharisaei*; 7 *Iesus autem*: Et Iesus*; 11 dicentes + quia; 16 Petrum; 22 Beelzebul; 24 > stare regnum illud*; 26 consurrexit*; 27 alligauerit*; 29 habet*; 31 *ueniunt*: ([uenit]); 35 *om.* mea.

iv. 4 *om.* caeli*; 6 haberet*; 8 triginta + ([et]); 10 erant + cum*; 15 corda*; 20 triginta + et*; 24 metietur; 27 nocte ac die*; 29 cum + se*; 31 in terram *pr.*; 38 *illi*: ei*.

v. 2 occurrit + ei*; 3 > eum poterat*; 4 > eum poterat *uoluit primo, sed postea restituit* pot. eum; 5 > nocte ac die*; 7 dicit*; *altissimi*: summi*; 9 > nomen mihi*; 15 mentis + qui habuerat legionem; 17 > eum coeperunt*; 21 rursus*; *eum*: illum*; 23 manus*; 24 *eum sec.*: illum*; 29 *quia*: quod*; 30 > cognoscens in semetipso*; *de illo*: de eo*; 36 > uerbo quod dicebatur audito*; 37 > sequi se*; 40 > erat puella*.

defuncti sunt enim qui quaerebant animam pueri. 21 qui surgens accepit puerum et matrem eius. et uenit in terram isdrahel. 22 audiens autem. quod archelaus regnaret in iudaea pro herode patre suo timuit illuc ire. admonitus autem in somnis. secessit in partes galileae. 23 et ueniens habitabit in ciuitatem quae uocatur nazareth. ut adimpleretur quod dictum est per prophetam. quoniam nazareus uocabitur. III. 1 In illis autem diebus uenit iohannes baptista. praedicans in deserto iudae 2 et dicens paenitentiam agite. adpropinquauit enim regnum caelorum. 3 hic est enim de quo dictum est per esaiam prophetam dicentem. uox clamantis in deserto parate uiam domini rectas facite semitas eius. 4 ipse autem iohannes habuit uestimentum de pilis camelorum et zonam pelliciam

---

21. **qui surgens** (ὁ δὲ ἐγερθείς) A (B. *def.*) CF HΘUXYZ: qui consurgens DEJKLM̄QTVW*vg.*, exsurgens autem ioseph R. accipit ELQR (*non* D).

22. audiens aū quod archilaus regnaret in iudea *scr. in* D *lapsu ante* defuncti sunt *sed expunctum et postea repetitum.* **quia** *cum* AHΘUXY: quod CDEFJKLM̄QRTVWZ *vg.* archilaus L*QR, archylaus D (*sec.*), arcelaus T. iudea DLRTW, iudaeam F, iudeam E. heronde L*, erode D. temuit L*? **illuc** ADEFHΘLQRT(illac?) UX^c Y: illo CJKM̄VWX*Z *vg.* **ire**: irae LQ, uenire T. **admonitus**: ammon. DKM̄TVXZ^2, amon. H; + est T. sompnis W. **galilaeae** *cum* AF M̄QUXYZ *vg.* (-ææ): galileae CEKRV, galilee TW, galiiaee H, galila Θ, galilae L, galī D.

23. > ueniens et R*. ciuitatem EQ (*cf.* εἰς πόλιν). ciuī D. adinpl. CDLR. *om.* **per proph.** T. profetas LR, prōF D, propheta H (*spatiolo sequente, non rasura*), prophetam Z* (*qui etiam scripsit in margine* in isaia scribtum); prophetas Z^c. **nazareus** *codd. omn.* (*exc.* J nazaraeus): nazaræus *vg.* **uocabitur**: uocauitur C, uocabit Q.

III. 1. **in diebus autem illis**: > in illis autem diebus R, In dieb. illis, *om.* **autem** DT; in illis diebus Q (*cf. Gr.*). iohannis CEL*RZ*, ioannes 𝔖ℭ. babtista CT, babtitzaṇ D, bap L* (tis *in mg.*). predicans CD. diserto D. **iudaeae** *cum* AHΘJMTUXY, iudeae DKLQRVZ, iudææ *vg.*: iudae EW (æ-), ydumeae C; + penitentiam *ut udtur* Q.

2. *om.* **et** EL^{c}T. penitentiam HLQRTW, poen. CDJ. **adpropinquauit** (ἤγγικεν) *cum* ACDEF H*JL*QRTUXYZ*, *et* appropinquauit Z^2 *cod. caraf.* ℭ: adpropinquabit H^{c}ΘL^c, appropinquabit KM̄VWϚ𝔐𝔖. recnum H*. celorum W.

3. **qui dictus** (quid E*): de quo dictum DTV Ϛ𝔖, quo dictum M̄. **esaiam** *cum* AEFHΘJR UXYϚ: esayam CT, eseiam Z, essaeiam L, esseaiam Q, isaiam KM̄V𝔐𝔖ℭ, issaiam D, ysaiam W. prof. DLR. diserto D. **domini**: dn̄o E*.

4. **autem**: enim E. iohannis DEQR, iohanis L* (iohannes L^2), ioannes 𝔖ℭ. habebant L*. pillis L*QR, pylis E, pelis X*, pelle J. camellorum DJLQ, camillorum R. [*Post hoc def.* U]. **zonam**: sonam Y, tzonam D zona EZ*. **pelliciam**: pelliceam *vg.*, pellicam L, pellicia Z*.

5 tunc exiebat ad eum hierosolyma et
omnis iudaea et omnis regio circum
iordanen
6 et baptizabantur in iordane ab eo
confitentes peccata sua.
7 (10. 5) Uidens autem multos pharisae-
orum et sadducaeorum uenientes
ad baptismum suum dixit eis
progenies uiperarum quis demonstra-
uit uobis fugere a futura ira?
8 facite ergo fructum dignum paeni-
tentiae
9 et ne uelitis dicere intra uos patrem
habemus abraham
dico enim uobis quoniam potest deus
de lapidibus istis suscitare filios
abrahae
10 iam enim securis ad radicem arborum
posita est
omnis ergo arbor quae non facit fruc-
tum bonum excidetur et in ignem
mittetur.
11 (11. 1) Ego quidem uos baptizo in aqua
in paenitentiam
qui autem post me uenturus est fortior
me est
cuius non sum dignus calciamenta por-
tare
ipse uos baptizabit in spiritu sancto et
igni.

---

circa lumbos eius. esca autem eius erat lucusta et mel siluestrae. 5 tunc exiebant ad eum hierosolyma et omnis iudaea. et omnis regio iordanis. 6 et baptizabantur ab illo in iordane confitentes peccata sua. 7 uidens autem multos pharisaeorum et sadducaeorum uenientes ad baptismum suum dixit eis. progenies uiperarum quis demonstrauit uobis fugere ab ira uentura. 8 facite ergo fructum dignum paenitentiae 9 et nolite praeferre uos dicentes quia patrem habemus abraham. dico enim uobis quia potens est deus ex lapidibus istis suscitare filios abrahae. 10 iam enim securis ad radices arborum posita est. omnis ergo arbor. quae non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. 11 ego quidem baptizo uos in aqua in paenitentiam. qui autem post me uenit fortior me est. cuius non sum dignus

---

pellitia E. **suos**: eius ADTYX^{c}. aesca DEK. *Post* **autem** *om.* **eius** C. **lucustae** *cum* ACEFΘJ QTXY, locustae KMᵀRVZ^{3} *vg.*, locuste W: lucusta HZ*, locusta DL. siluistre D, siluestrae CEFLQR, syluestre 𝔓. *Cf.* 'locuste et mel siluestre *grecus, antiqui, glossa, Ieronymus*' *cor. uat.*

5. **exiebat**: exibat DQ*W *vg.*, exiuit Z* (-iebat Z^{3}), exiebant EHT. **eum** + omnis E. hierosolyima Y, hierusolyma KZ^{c}, hierusolima ELR, hyerosolima H, hyerusolima DQ, ierosolyma *vg.*, ierosolima W. iudea DELQRTW. circa JKMᵀ RTVX*WZ *vg.*; trans D; *om.* L. ihordanen C, iordannen HX, iordanem F *vg.* > circa iordanen et omnis regio E.

6. *om.* **et bapt. in i. ab eo** R (*sed traductor sax. habet*); baptisz. L, babtitz. D. **in iord.** (ihord C) **ab eo**: in ordine ab eo J; > ab eo in i. DEK *vg.*; *om.* **in io.** XZ* (+ in io. Z^{3}*mg*).

7. uidiens L*. **autem** + iohannis D. multas R. phariseo. CW, pharisseo. D, fariseo. LR. sadduceo. C, sadducceo. E, saddoceo. L, saduceo. RW, sadū D (*sic*). baptis//mū H, babtismun DJ. **qui** J. demonstrabit ϛ. > uobis dem. E. **a futura ira**: > ab ira futura ER, a uentura ira W *vg.*

8. **fructum dignum**: > dig. fr. ER. **paen.**: pen. LRW(-tie), poen. CDJ *vg.*

9. uellitis K*LMᵀQRY, uelletis E. inter HR. abemus L. abracham L, abraam D, habraham BCE. dico autem E. **quoniam**: quia DELR. **potest** *cum* ACDFH*LQRTV^{c}X^{c}YZ: potens est BEH^{c}ΘJKMᵀWX* *vg.*, potens (*sine* est) V*. *om.* **deus** J. **de lap.**: ex lap. DEFLQZ*. **abrahae** *cum* HJKMᵀQRVXYZ *vg.*, *et* abrahe TW, abrachae L, habrahae E, abrae CD: abraham ABFΘ.

10. **radicem** *cum gr. et corr. uat. etc.*: radices DLRTW. harborum C. possita DELQR. **omnis** (*om.* **ergo**) LR. qui E. **excidetur . . mittetur** *fere omnes et vg.* (excedetur J): exciditur HV*Z* . . mittitur FHV*Z*. in igne EY. *Cf. gr.* ἐκκόπτεται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται.

11. Hgo D. **uos baptizo** *cum gr.*: > b. uos D ERTY *vg.* babtizo CDJYZ, babtiszo R; *om.* **uos** L. in aquam H. **in paenitentiam** *plerique* (pen. L RW, poen. CDJ *vg.*): in paenitentia ΘZ, et paenitentia E, paenitentiae B, paenitentiam H (BH *om.* **in**). *om.* **post me** R. **uenturus est**: uenit H, *cf.* ὁ . . ἐρχόμενος. **calciamenta** (*omnes cum* i, caltiamenta Mᵀ): calceamenta *vg.* **baptizabit** *cum gr. et* BEH^{c}ΘKMᵀQ(?)RVWYZ *vg.*, *etiam* babtizabit CT, babtitzabit D, baptizat J: baptizauit AFH*LX. in spiritu s. (*sic*) J.

12 (12. 5) Cuius uentilabrum in manu sua
et permundabit aream suam
et congregabit triticum suum in horreum
paleas autem comburet igni inextinguibili.
13 (13. 10) Tunc uenit iesus a galilaea in iordanen ad iohannem ut baptizaretur ab eo
14 iohannes autem prohibebat eum dicens
ego a te debeo baptizari
et tu uenis ad me?
15 respondens autem iesus dixit ei
sine modo
sic enim decet nos implere omnem iustitiam
tunc dimisit eum.
16 (14. 1) Baptizatus autem iesus confestim ascendit de aqua
et ecce aperti sunt ei caeli
et uidit spiritum dei descendentem sicut columbam
uenientem super se
17 et ecce uox de caelis dicens
hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.
IV. 1 (15. 2) Tunc iesus ductus est in desertum ab spiritu ut temtaretur a diabolo
2 (16. 5) et cum ieiunasset quadraginta

---

calciamenta portare. ipse uos baptizabit in spiritu sancto et igni: 12 habens uentilabrum in manu sua. et purgabit aream suam. et congregauit tritticum suum in horreum paleas autem comburet igni inextinguibili. 13 tunc uenit iesus a galilea ad iordanem ad iohannem. ut baptizaretur ab eo. 14 iohannes autem prohibebat eum dicens ego opus habeo a te baptizari et tu uenis ad me. 15 respondens autem iesus dixit ei sine modo. sic enim oportet nos inplere omnem iustitiam. tunc dimisit eum. 16 et baptizatus iesus. confestim ascendit de aqua. et ecce aperti sunt ei caeli. et uidit spiritum dei descendentem sicut columbam et uenientem super eum. 17 et ecce uox de caelis dicens hic est filius meus dilectus, in quo bene conplacui ipsum audite. IV. 1 Tunc iesus ductus est in deserto ab spiritu ut temtaretur a diabolo.

2 et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus. postea esuriit.

---

12. **permundabit** *cum gr. et* BCDHΘJKM̈ Q(?)RTVWZ² *vg.*, mundabit L: permundauit AE FM (*inc.* et perm.) XYZ*. haream C. congregauit EFTX. **triticum** (tritt. CΘJZ) **suum in horreum** (orreum LR) = *τὸν σῖτον αὐτοῦ εἰς τὴν ἀποθήκην, codd. fere omnes et corr. uat. et mg. et* 𝔓𝔖𝔠: > tr. in horreum (orreum T) suum BT X*Z*ϛ *cod. caraf.*; *solus* W triticum suum in orreum suum. **comburet** *cum* ADFHKRVXY: conburet BCEΘJLMM̈QTZ. in extinguibili D.

13. galilea CELRTVW, galī (*ut antea* ii. 22) D. ihordanen C, iordanē T, iordanem LMX* *vg.*, iohannen FKM̈Z, iohanem Q, ioh- D; **iohannem** *etiam* ϛ𝔓, ioannem 𝔖𝔠. babtizaretur J; baptisz. E*, babtitz. D.

14. >proh. autem eum iohannis R. prohebebat L*. iohannis DE*L*R, ioannes 𝔖𝔠. **autem**: enim D. Hgo D; +autem W. ad te H; ate Θ, āte E. baptiszari E*, babtitz. D. **uenis** (ἔρχῃ): uenies E*, uenisti J.

15. ihesus *plene* C *uide ad* i. 1. **decet** (dicet L*) **nos**: >nos decet C. **implere** (inpl. CDLQ) **omnem** (πληρῶσαι πᾶσαν); >omnem implere R. **tunc dimisit** (dimissit DQR) **eum**: *om.* L.

16. **baptizatus** (babtiz. EJ, babtitz. D): +est R. **iesus confestim** *cum gr. omn.* (*exc.* 435) *βαπτισθεὶς δὲ ὁ Ἰησ. εὐθύς* BDEHΘKLM^{c}QRTWZ *vg.*: confestim (*om.* ihs) ACJM*M̈VXY *et l, S. ioh. oxon. 'quidam antiqui' in cor. uat., Syr. cu.* hascendit C, ascendens J. *Post* **sunt** *om.* **ei** KT. celi W. *om.* **dei** C. discendentem DLQR; +de caelo DEQ; +et J. **sicut columbam** (columba J): ut columbam F; +et BHKMM̈VWZ² *vg.* **super se**: in ipsum *a b g h.*

17. **et** *om.* L*. **ecce** *om.* T; Hcce D (*ut saepe*). **uox** +facta est D. celis W, cęlo T. **mihi**: mici T; +bene DEJQW. **complacui** *cum* ADF WY *vg.*, conplacui BCEHΘKLM̈RTVXZ: complacuit M, conplacuit J. *Cf. ad* xvii. 5.

IV. 1. disertum D; deserto EFHJ. **ab** *cum* ABJLTXYZ: a CDEFHΘKMM̈QRVW *vg.* **temtaretur** *cum* ACFLRTXYZ^{c}: temptaretur BDEHΘJKMM̈QRVWZ*, tentaretur *vg.* ha C. diabulo BDJLQRY.

2. geiunasset C, ieunasset D. **quadraginta** *bis cum* ABCHΘJKMQYZ *vg.*: XLta *bis* R, XLa

diebus et quadraginta noctibus
postea esuriit
[3] et accedens temtator dixit ei
si filius dei es dic ut lapides isti panes
fiant
[4] qui respondens dixit
scriptum est non in pane solo uiuit
homo sed in omni uerbo quod pro-
cedit de ore dei
[5] tunc assumit eum diabolus in sanctam
ciuitatem
et statuit eum supra pinnaculum tem-
pli [6] et dixit ei
si filius dei es mitte te deorsum
scriptum est enim quia angelis suis
mandabit de te
et in manibus tollent te
ne forte offendas ad lapidem pedem
tuum
[7] ait illi iesus
rursum scriptum est non temtabis
dominum deum tuum
[8] iterum assumit eum diabolus in
montem excelsum ualde
et ostendit ei omnia regna mundi et
gloriam eorum
[9] et dixit illi haec tibi omnia dabo si
cadens adoraueris me
[10] tunc dicit ei iesus uade satanas
scriptum est enim dominum deum

---

[3] et accedens ad eum temtator dixit. si filius dei es. dic ut lapides isti panes fiant. [4] cui respondens iesus dixit. scribtum est. non in pane solo uiuet homo sed in omni uerbo quod procedit de ore dei. [5] tunc adsumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem. et statuit eum supra pinnam templi. [6] et dixit ei. si filius dei es. mitte te ipsum deorsum. scribtum est enim quia angelis suis mandauit de te. ut in manibus tollant te. ne quando offendas ad lapidem pedem tuum. [7] ait illi iterum iesus scribtum est. non temptabis dominum deum tuum. [8] iterum adsumpsit eum diabolus in montem excelsum ualde. et ostendit ei omnia regna mundi. et gloriam eorum. [9] et dixit illi. haec omnia tibi dabo si procidens adoraueris me. [10] tunc dixit ei iesus. uade satana scribtum est enim

---

bis T, XL *bis* DEFKLMVWZ. hesuriit CE, esuriit D, esurit L.

3. **accedens** + ad eum DELQR. **temtator** *cum* AFΘQTXYZ^{c}: tempt. BCDEHJKLMMRV WZ*, tent. *vg.*

4. *inc.* 𝔓 *a* ii. 8 *mutilus.* **dixit** + ei DJT. scribtum EJYZ. **est**: + enim D𝔓^{mg}L; + quia E. > solo pane WX^{c} *vg.* uiuet BLZ*. **omni** C *contra morem.* **uerbo** + dei DJ. proceditur D. hore C.

5. **assumit** (παραλαμβάνει, *gr. fere omn.*) FM, *et* adsumit 𝔓*, *Bentl*., cf. uersum* 8 *ubi ut solet testes alii uerae lectioni suffragantur, saepe enim scribae quod primo loco pro mendo habebant secundo pro uero agnoscunt*: assumsit AHX^{c}Y*Z^{3}, assumpsit DKMVWY^{c} *vg.*, adsumsit RX*, adsumpsit BCE𝔓^{1}ΘJLQTZ*; *perfectum habent uett. omn. et Hieron. comm. hic et u.* 8. diabulus CD𝔓KL, zabulus QR. super D𝔓WZ* (*corr.* Z^{3}) *vg.* pinnam 𝔓^{mg}.

6. > es dei Z* (*cf. gr.* εἰ τοῦ Θεοῦ). d^{e}orsum T. scribtum EJYZ. *om.* **est** R. qui^{a} T. hangelis C, aggelis M, anguelis D. **mandabit** (ἐντελεῖται) *cum* CHΘJKMMTVZ^{3}ℌ *Bentl. etiam Turonenses Walkeri* σ τ *et* φ (*Par. Lat.* 13, 171) *et ff*$_{1}$ (*ed. Belsheim*) *et gigas ut uidetur*: mandauit ABDE𝔓 FLQRWXYZ*ϛ𝔖𝔊; *perfectum habent patres et ueteres latini plurimi et Hieron. in comm.* **de te**: + ut custodiant te E; ut custodiant te in omnibus uiis (uis R) tuis 𝔓R. **et in manibus**: ut in omnibus L*, ut in manibus DL^{2}𝔖. tollant D𝔖. lapide Z*.

7. **ait**: att H. **illi** + iterum B. ihesus *plene* C *uide ad* i. 1. **rursum** *codd. plur. et* Z^{3}X^{c} *et vg.*: rursus FX*Z*. **rursum**(-s) **scriptum est** *sic coniungunt* AB (*uide supra*) 𝔓HJYZ *et* ϛ *cod. caraf., et corr. uat.* 'rursus scriptum est *Ieronymus, graecus, antiqui*:' rursum (-s F) · scriptum est *sic distinguunt* C(E)FMW; rursum n̄ *sic* D. scribtum JYZ*. **scriptum est**: *om.* E; + enim DLR. **temtabis** AFQTXYZ^{c}: tempt. BCDE𝔓 HΘJKLMMRVWZ*, tent. *vg.*

8. **assumit** AFMY* *et* adsumit BC (παραλαμβόνει *cf. uersum* 5): assumsit XZ^{3}, assumpsit DKM VWY^{c} *vg.*, asumsit T, adsumpsit E𝔓HΘJLQRZ*. diabulus CD𝔓KL, zabulus QR. monte Y. hostendit CT. gloria^{m} T, gloriaeorum E.

9. **illi**: ei *vg.* **tibi omnia** *codd. pl.* (σοι πάντα ℵ BC*, *etc.*): > omnia tibi EQRTWZ^{3} *vg.* **cadens**: procidens J, procedens X*. adoraberis T.

10. dixit ei CTW, dicit illi E, ait illi R. ihesus *plene* W. **uade** + retro DE𝔓LQRX^{c} (*sup. ras.*) Z*. satana MT *vg.*, sathana W. scribtum EJL YZ*. **est enim** (γέγραπται γάρ) BCDE𝔓^{mg}JKL MTQRTVWZ^{1} *o*^{2} φ* *Walkeri, vg., a b c d f*: *om.*

tuum adorabis et illi soli seruies.
11 (17. 6) Tunc reliquit eum diabolus
et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei.
12 (18. 4) Cum autem audisset quod iohannes traditus esset secessit in galilaeam.
13 (19. 7) Et relicta ciuitate nazareth
uenit et habitauit in capharnaum maritimam
14 in finibus zabulon et nepthalim
ut impleretur quod dictum est per esaiam prophetam
15 terra zabulon et terra nepthalim
uia maris trans iordanen galilaeae gentium
16 populus qui sedebat in tenebris lucem uidit magnam
et sedentibus in regione et umbra mortis lux orta est eis.
17 (20. 6) Exinde coepit iesus praedicare et dicere
paenitentiam agite
adpropinquauit enim regnum caelorum.

---

dominum deum tuum adorabis. et illi soli seruies. [11] tunc reliquit eum diabolus. et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei. [12] audiens autem iesus quod iohannes traditus est secessit in galileam. [13] et relicta ciuitatem nazareth. uenit et habitabit in capharnaum maritimam in finibus zabulon. et neptalim.

[14] ut adimpleretur quod dictum est per esaiam profetam dicentem. [15] terra zabulon et terra nepthalim. uia maris trans iordanen galilea gentium. [16] populus qui sedebat in tenebris. lucem uidit magnam. et qui sedebant. in regione et umbra mortis. lux orta est illis. [17] exinde coepit iesus praedicare et dicere paenitentiam agite adpropinquauit

---

enim AΦ*FHΘMXYZ*, *o** ϕ^{c} *Walkeri, h aur.*: **dominum deum**: dn̄ dn̄ V (dn̄m dn̄ *sed* dn̄ *in ras.* T). *om.* **tuum** D.

11. reliquid CTW. diabulus CDΦKL, zabulus QR; + in sc̄am ciūi D *sed expunctum.* angueli D, hang. C. haccesserunt C, acceserunt M; + ad eum E.

12. *Uersum totum om.* H*, *sed additur in marg. inf. a m. fortasse pr. uel paulo rec.* quum (H^{c})Θ. **autem audisset** + iħs D (audiisset) EKLMTQR (> aud. autem) VWZ *vg. uett. pl. et gr.* C^{a}EL *etc.* quia E. iohannis DEΦ^{1}R, iohanis L, ioannes 𝔍𝔖ℭ. **esset**: est E. seccessit Q. galileam EΦ (H^{c})ΘLQRW, galī (*ut solet*) D.

13. nazaret T, naszareth E; + et E. habitabit ET. **in**: *om.* Θ*JX*; + ciuitate 𝔗. cafarnaum BDLMQT, cafarnauum Φ(u *pr. expuncta ut semper*) R. **maritimam** *cum* ABDEΦFHΘK LMTQRXYZ (*εἰς* K. *τὴν παραθαλασσίαν*): maritima CJTW *vg. cf.* 'in chapharnaum ciuitatem maritimam *iuxta grecum an. et glossa' corr. uat.*, '*quod in textu ponebatur* ciuitatem *cancellatum est in . .' corr. uat. mg.* zabilon L* (-ulon L^{c}).

13 (*et* 15). **nepthalim** *cum* ABCEFΘ^{c}KMXV (nept. *u.* 15) $Z^{2}f$: nepthalin Z*, nephtalim Jff_{1}, neptalim DΦHΘ*(nepthalim *u.* 15) LMTQRTV (nepth. *u.* 15) W *et* O *qui inc. u.* 14 *sec. cum* (*b*) $c\,d\,g_{1}$, nephthalim 𝔖(nephta- *u.* 15) ℭ *Tisch. cum gr.* **Νεφθαλείμ** *et k δ*, nephthali 𝔗𝔍.

14. **impleretur** *cum* ABFHOTX^{c}Y, *et* inpl. CΦ*Q: adimpleretur DEΘJKMMTVWX*Z *vg.*, adinpl. Φ^{mg}LR. esayam CT, essaiam QR, isaiam KMMTVWZ𝔍𝔖ℭ, issaiam DΦ, ysaiam O^{gl}. prof. DΦLOQR; + dicentem EΦLQR *aur. Bentl.* (**λέγοντος**); dicentem *etiam habent c d f, sed plurimi uett. om.*

15. zabilon L* (-ulon L^{c}). **et terra** *codd. et vg.*: *om.* **terra** AFY *et gr.* D (*et d*). **nepthalim** *uide u.* 13. uiam X *Bentl. d g*$_{1}$*h et gr.* **ὅδον**. **maris**: matris Q. **iordanen** *cum* ADΦFΘKLMTORTV WYZ, *et* ihord. C, iordannen X, iordanan M: iordanem BEJ *vg.*, iordannem H, iodanem Q. **galilaeae** (**Γαλιλαίας**) *cum* AHJMMTT𝔍𝔖, *et* galileae BCDEΘKLOQRXY, galilee W: galilaea F *cod. caraf.* ℭ, galilea ΦPVZ^{1}, galilae Z*; *nominatiuum habent graeci* D*L, *et uet. ff*$_{1}$.

15, 16. **gentium populus** *coniungunt* ΘL^{2}, *et* > populus gentium H.

16. **sedebat**: ambulabat 𝔗𝔖 *ex uet. Test. cum comm. Hieron. cf.* 'populus qui sedebat *grecus antiqui' corr. uat.* **lucem uidit magnam** *codd. pl.*; > uidit lucem m. D *vg.*: lumen uidit magnum A *Tisch.*, *et* l. u. magnam Y. **in regione et umbra** (**ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ**) *cum* AC(humbra) JKMMTQT*WXYZ *Bentl.*; in reg. et in umbr. DΦFLO: in reg. umbrae BHΘV *vg. cum comm. Hieron.*; in regione umbra *quasi in ras.* ET^{c}; in reg. et umbre R. horta C.

17. + et *ad init.* T. ex inde D. cepit TW. predicare D. poenitentiam CDΦ *vg.*, penit. LW, penet. R. **adpropinquauit** (**ἤγγικεν**) *cum* ABC DE^{2}ΦFJL*OQRTYZ* *et* appr. MVWXZ^{3}ℭ *cod. caraf., cor. uat. mg.*: adpropinquabit E*HΘL^{2} *et* appr. KM𝔍𝔖.

18 Ambulans autem iuxta mare galilaeae
uidit duos fratres
simonem qui uocatur petrus et andream fratrem eius
mittentes rete in mare erant enim piscatores.
19 (21. 2) Et ait illis uenite post me et faciam uos fieri piscatores hominum
20 at illi continuo relictis retibus secuti sunt eum.
21 (22. 6) Et procedens inde uidit alios duos fratres
iacobum zebedaei et iohannem fratrem eius
in naui cum zebedaeo patre eorum reficientes retia sua
et uocauit eos
22 illi autem statim relictis retibus et patre secuti sunt eum.
23 (23. 1) Et circumibat iesus totam galilaeam docens in synagogis eorum
et praedicans euangelium regni
et sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo
24 et abiit opinio eius in totam syriam
et obtulerunt ei omnes male habentes
uariis languoribus et tormentis comprehensos
et qui daemonia habebant et lunaticos et paralyticos
et curauit eos
25 et secutae sunt eum turbae multae de galilaea et decapoli et hierosolymis et iudaea et de trans iordanen.

---

enim regnum caelorum. 18 cum autem transiret iuxta mare galileae uidit duos fratres. simonem qui uocatur petrus. et andream fratrem eius mittentes retia in mare. erant enim piscatores. 19 et ait illis. uenite post me. et faciam uos fieri piscatores hominum. 20 at illi continuo relictis retibus secuti sunt eum.

21 et procedens inde uidit alios duos fratres iacobum zebedei et iohannem fratrem eius in naui. cum zebedeo patre eorum componentes retia sua et uocauit eos. 22 illi autem statim relicta nauicula et patre suo: secuti sunt eum. 23 et circuibat iesus totam galileam. docens in synagogis eorum. et praedicans euangelium regni. et sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo.

24 et abiit opinio eius in totam syriam. et optulerunt ei omnes male habentes uariis languoribus et tormentis conpraehensos et qui daemonia habebant. et lunaticos. et paralyticos. et curauit eos. 25 et secutae sunt eum turbae multae. a galilea et decapoli. et ab

---

18. hambulans C, ambulanc D *graecizans.* **autem** + ihs BDE℘R *vg.* iusta H. galileae CE ℘ΘKQRVYZ^{c}, -lae LZ*, -lee W, galī D. **duos**: ·II· D. symonem CDW *hic et alibi.* uocabatur ℘^{mg}QRX* *et corp. ox.* handream C *et fere semper*, and *sic* D. retia DE℘^{mg}LMQRX*. **in mare**: *om.* A* (+*mg.*); in mari CE.

19. **illis** + ihs DLQRT. **et**: ut T. > piscatores fieri Q.

20. **at**: ad C *et alibi.* relectis J. **retibus** + suis R. > retibus relictis D*. sequuti ℘HΘX*.

21. duo Z* (*corr.* Z^{1}), ·II· D; *om.* J. zebedei C℘LOQRW, zebaedei BM, zeb— D. ioannem ℌSC. zebedeo DE℘HLOQRW, zebadeo X. refitientes V, refecientes L. uocabit T.

22. **statim** *om.* Z* (+Z^{2}). relectis J. **retibus** + suis DELQR. sequuti ΘX*. *om.* **eum V**; *post* **eum** *rep.* D et procedens . . . cum zebē *sed expungit.*

23. circuibat HΘMTW *vg.* galileam CE℘ΘL RW, galī D. sinagogis CE℘LRT (sinagogiis E*). pred. CD. heuang. E, aeuanguelium D. **sanans**: curans E. langorem ℘HLQTX*.

24. habiit hop. C, abit opinnio R; *post* **abiit** *ras. trium litt.* A. *om.* **eius** L*. siriam ℘LQRT (*post ras.*). **obtulerunt** (hob. C) *codd. et vg., cf. ad* ii. 11: opt. JMTORVZ. abentes C. uaris L*QR. langoribus D℘HLRTX*. **comprehensos** *cum* ABFJMWX^{c}Y *vg., et* comprae. Θ: conprehensos DKOTVX*Z*, conprae. CE℘HΘ^{c} LMTQRZ^{3}. demonia D℘HLQRWZ*. abebant C. paralit. DE℘LMTQRT; *om.* **et paralyt.** W.

25. sequutae HΘX*, secute TW, saecutae Q, secuti R. turbe multe W. **de**: a· E℘^{mg}QR.

V. 1 (24. 10) Uidens autem turbas ascendit in montem
et cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius
2(25. 5) et aperiens os suum docebat eos dicens.
3Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum caelorum.
4(26. 10) Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram.
5(27. 5) Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur.
6(28. 5) Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur.
7(29. 10) Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur.
8 Beati mundo corde quoniam ipsi deum uidebunt.
9 Beati pacifici quoniam ipsi filii dei uocabuntur.
10 Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam quoniam ipsorum est regnum caelorum.
11 (30. 5) Beati estis cum maledixerint uobis et persecuti uos fuerint
et dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me
12 gaudete et exultate quoniam merces uestra copiosa est in caelis
sic enim persecuti sunt prophetas qui

---

hierosolymis. et a iudaea. et de trans iordanen. V. 1 Uidens autem turbas ascendit in montem. et cum sedisset. accesserunt ad eum discipuli eius. 2 et aperiens os suum docebat eos dicens. 3 beati pauperes spiritu. quoniam ipsorum est regnum caelorum. 5 beati qui lugunt quoniam ipsi consolabuntur. 4 beati mansueti quoniam ipsi hereditabunt terram. 6 beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur. 7 beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. 8 beati mundi corde quoniam ipsi deum uidebunt. 9 beati pacifici quoniam ipsi filii dei uocabuntur. 10 beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam quoniam ipsorum est regnum caelorum.

11 beati eritis. cum exprobrauerint uos. et persequentur. et dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me. 12 gaudete et exultate. quoniam merces uestra

---

galilea CƎΡΘLOQRW, galī D. **et** + a E. **decapoli** *codd. fere omnes et vg.*: decapolim AXY, decapuli Ǝ*LQR. **et** *tert.*: ex F; + de BDJKLQW *vg.* **hierosolymis** *cum* ABCFΘJMMΊOVXZ*: hierosoli. HY, hierusoli. EƎPLR, hierusoly. KZ³, hyerusoli. DQ, iherosoli. T, ierosoli. W, ierosoly. *vg.*; + et idumea (*ex Mc.* iii. 8) E. **et iudaea** *cum* BCEFHΘLMMΊOTX*Z (-ea ELMOT): et de iudaea ADƎPJKQRVWY *vg.* (-ea DƎPRW). **et de** (*ante* trans ior.) *om.* DLR; et (*om.* de) M*. **iordanen** AC(ihor)DEF *etc.*: iordane MΊZᶜ, iordannen X, iordanem BJQ *vg.*; iord. *cum seqq. iungit* E.

V. 1. et cum uidisset F. **autem** + iħs DƎ^mg^L QRϚ𝔖ℭ. hasc. C; ascendet O. quum HΘ (*non* C).

2. et aperuit E(app.)LR. hos C. **suum** + et EƎ^mg^L.

3. celorum W.

4, 5. *De horum uersuum ordine uide Tisch. N. T. Gr. et Ezra Abbot de uersibus ap. Gregory, Prol. in N. T. Lips.* 1884. *p.* 174.

4. mittes E, mitis O*. possed. LO*, posid. Y.

5. quiqui O. lugunt A(*cod., Tisch. perperam* -gent)YZ*(*corr.* Z¹); lucent L; + nunc DEƎPLRY^gl^. consulabuntur DƎPLR.

6. hesur. C, essur. DQ. siciunt iusticiam W. **saturabuntur**: consulabuntur L.

7. misseric. DR. **quoniam**: quia BKMOZ*. missericordiam D. consequent Q.

9. **ipsi** (αὐτοί BEΔ *al. pl.*) AKMΊVYZ³ *f k* δ: *om.* BCDEƎPFHΘJLMOQRTWXZ* *vg. uett. pl.* fili O*.

10. persequtionem D. paciuntur . . . iusticiam W. **quoniam** + ipsi saturabuntur D *inepte, sed expunctum.* *om.* **est** O*. celorum W.

11. beti L. **maled. uobis**: maledixerunt uobis D, maledixerint uos EQ, > uobis maledixerint ƎO; + homines DLᶜ(hominis L*)MRWϚ𝔖. **et** + cum Y. persequuti Θ. fuerit L*; + homines KT². omnem malum MWZ*. mencientes W. *om.* **propter me** F.

12. gaudite L*Q*. exsultate ƎPLQR. mercis BL*QR. copiossa D, coipsa E. *om.* **in caelis** E; in celis W. persequuti Θ. prof. ƎPLOQ; + et *ante* pro. D(προφηταc)EHΘLQ. **qui f. ante** (hante C) **uos**: > qui ante uos f. D.

fuerunt ante uos.
13 (31. 2) Uos estis sal terrae
quod si sal euanuerit in quo
sallietur?
ad nihilum ualet ultra nisi ut mittatur
foras et conculcetur ab hominibus.
14 (32. 2) Uos estis lux mundi
non potest ciuitas abscondi supra mon-
tem posita
15 neque accendunt lucernam et ponunt
eam sub modio
sed super candelabrum ut luceat omni-
bus qui in domo sunt
16 sic luceat lux uestra coram hominibus
ut uideant uestra bona opera et glorifi-
cent patrem uestrum qui in caelis est.
17 (33. 10) Nolite putare quoniam ueni
soluere legem aut prophetas
non ueni soluere sed adimplere.
18 (34. 5) Amen quippe dico uobis
donec transeat caelum et terra
iota unum aut unus apex non prae-
teribit a lege donec omnia fiant.
19 (35. 10) Qui ergo soluerit unum de
mandatis istis minimis et docuerit
sic homines
minimus uocabitur in regno caelorum
qui autem fecerit et docuerit
hic magnus uocabitur in regno cae-
lorum
20 dico enim uobis quia nisi abunda-
uerit iustitia uestra plus quam scri-
barum et pharisaeorum
non intrabitis in regnum caelorum

---

copiosa est in caelis. sic enim persecuti sunt prophetas. qui fuerunt ante uos. 13 uos estis sal terrae si autem sal fatuum fuerit in quo salietur. ad nihilum ualebit ultra nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus.

14 uos estis lux mundi non potest ciuitas abscondi supra montem constituta. 15 neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio. sed super candelabrum. ut luceat omnibus qui in domo sunt.

16 sic luceat lux uestra coram hominibus. ut uideant opera uestra bona. et glorificent patrem uestrum qui in caelis est. 17 nolite putare. quoniam ueni soluere legem aut prophetas. non ueni soluere sed adimplere. 18 amen dico uobis. donec transeat caelum et terra. iota unum uel unus apex. non praeteribit a lege. donec omnia fiant. 19 qui enim soluerit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines minimus uocabitur in regno caelorum. qui autem fecerit. et ita docuerit. hic magnus uocabitur. in regno caelorum. 20 dico enim uobis. quia nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum et pharisaeo-

---

13. estes O. terre E. sal heuan. C, saluauerit L*. **sallietur** ADFMRXYZ *cf. Mc.* ix. 49 : salietur BCE℈PHΘJKLMTOQTVW *vg.* nihelum R, nichilum O^{pl}W. ualebit D℈^{mg}LQ. *om.* **ultra** DEL. hultra C. **mittatur** : proiciatur F. hab C. ^{h}ominibus T. *Hic uersus in duo partes diuiditur in editione Henteniana ut sit* 13 uos . . . salietur. 14 ad nihilum . . . hominibus : *itaque discrepant uersuum numeri usque ad uers.* 35 neque per terram : *uide ad uers.* 34.

14. **lux** + huius D. habscondi C. monte Y. possita DE℈PLQR.

15. ponont Z*. ea CZ*. supra DE℈^{mg}LQR. candellabrum D℈PLQ, candillabrum R. ut luceant K*R, ut et luceat F, et lucet O^{mg}, et lucent Y. domu DK*MTQRV, do L*(+ mo L^{2}).

16. **uestra bona opera** (hop. C) *cum gr. codd. pl., Bentl.* : > bona op. uestra D, op. uestra bona E℈PLOQTW *vg.* **glorificent** : magnificent ER. uestrem L. **in caelis** (cel. EW) **est** : > est in c. BFHΘY.

17. **quoniam** : quia CEQT. **aut** : et DLT. prof. D℈PLOR. **non ueni soluere** + legem D *corr. uat.* (*non mg.*) *cum patribus aliquot latt. et uett. c h q.* adinpl. CD℈PLR.

18. *om.* **quippe** R. celum W. terrā MT, terram E*(m *eras.*). **iota** : ito L*. **aut** : uel R. apix C. praeteriuit (pre- D) OZ*, **a lege** : ex l. FH. **donec** : usquequo L ; +ista T. **fiant** *codd. pl. et vg.* : fiunt A.

19. qui uero C, qui enim BDL *corp. oxon.* ; si quis ergo R. *om.* **istis** X*. > sic docuerit R. uocauitur COX *bis.* celorum W *bis.* fecerit sic et doc. Q, f. et sic doc. R, fec. et doc. sic $\mathfrak{P}^{mg}$. **magnus** : maximus R. *Ceterum* D *om.* **qui autem fecerit** *usque ad finem uers., et sic Wulkeri τ et S. ioh. oxon.*

20. *Uersum totum om.* C. **enim** : autem EMTV$\mathfrak{T}$.

[21] audistis quia dictum est antiquis
non occides
qui autem occiderit reus erit iudicio
[22] ego autem dico uobis
quia omnis qui irascitur fratri suo reus
erit iudicio
qui autem dixerit fratri suo racha
reus erit concilio
qui autem dixerit fatue reus erit
gehennae ignis
[23] si ergo offeres munus tuum ad altare
et ibi recordatus fueris quia frater tuus
habet aliquid aduersum te
[24] relinque ibi munus tuum ante altare
et uade prius reconciliare fratri tuo
et tunc ueniens offers munus tuum.
[25 (36. 5)] Esto consentiens aduersario tuo
cito dum es in uia cum eo
ne forte tradat te aduersarius iudici
et iudex tradat te ministro
et in carcerem mittaris
[26] amen dico tibi non exies inde donec
reddas nouissimum quadrantem.
[27 (37. 10)] Audistis quia dictum est anti-
quis non moechaberis
[28] ego autem dico uobis
quoniam omnis qui uiderit mulierem
ad concupiscendum eam

---

rum non intrabitis in regno caelorum. [21] audistis quia dictum est antiquis. non occides qui autem occiderit. reus erit iudicio. [22] ego autem dico uobis quia omnis qui irascitur fratri suo sine causa reus erit iudicio. qui autem dixerit fratri suo racha. reus erit concilio. qui autem dixerit fatue. reus erit gehennae ignis. [23] si ergo offers munus tuum ad altare. et ibi recordatus fueris. quia frater tuus habet aliquid aduersum te. [24] relinque ibi munus tuum ante altarem et uade prius reconciliare fratri tuo. et tunc ueniens offers munus tuum. [25] esto consentiens aduersario tuo cito. dum es in uia cum illo. ne forte tradat te aduersarius iudicii et iudex tradat te ministro. et in carcerem mittaris. [26] amen dico tibi non exies inde donec reddas nobissimum quadrantem.

[27] audistis quia dictum est non moecaueris. [28] ego autem dico uobis quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam iam moecatus est eam in corde suo.

---

habund. DEℙMTRY. iusticia W. pluus L. plusquam *uno uerbo* D. phariseorum W, farisaeorum T, fariseorum ℙLR, farisseorum Q, farīs D. intrauitis O. in regno BFJM *et S. ioh. oxon.* cel. W.

21. hautem . . . hocc. *bis* C. occidis O*.

21, 22. +in *ante* iudicio ℙ *bis* (*secunda uice improbauit corr.*). iuditio W.

22. irascetur YZ* (-ci- Z²). suo + sine causa BEO (*improbauit glossator*) *cum uett.* dix̄ D, dicerit L*. fratri: patri R *sed corr. gl.* raca Z^c *vg.* + in *ante* concilio ℙ *sed erasum; om.* concilio F. fatuae CELQRTZ. gehenne ELOR iehennae W.

23. offeres *codd. pl.* (hoff. C): offeris DℙR, offeres L, offers H^cVW *vg. om.* ad *ante* altare O. abet T. aliquit Q. aduersus R.

24. ante (ἔμπροσθεν) *cum* BDEHΘJKLMMT O^gRT^cVWX*Z *vg. et multis aliis*: ad ACℙFO* T*X^cY. adan Q. reconciliare (διαλλάγηθι) *codd. pl. Bentl. corr. uat.** *et cod. caraf.*: reconciliari ℙ*FH^cΘORW *vg., et corr. uat. mg.* ('. . reconciliari'). tunc: tu E. uenies ELQ*; +et E (*non* LQ). offers = πρόσφερε (*cf. Rönsch It. und Uulg. p.* 294) AJO*XZ* *a b f** *q*; offer BC (hoffer) ℙFMZ^c *f^c ff₁ k δ*: offeres DEHΘKMT O^gl Q^cTVWY *vg. Tisch., c d h aur.* (Iren.), (*Aug.*) *Hieron. comm., Auct. op. imperf.*, offeris Q*R, offerres L. auferes g_1; *Imperatiuum sic formatum habes* ostende . . . et offers *Mt.* viii. 4, *et* pannulam . . . ueniens adfers 2 *Tim.* iv. 13 *ambo in Fuldensi; et alibi.* Προσφέρεις *in cod.* D^gr *ex latino perperam traductum uidetur.*

25. consentiens: beniuolus aut fidelis M; *cf.* beniuolus = εὐνοῶν *d*, 'εὐνοῶν *autem graecus dixit hoc est* beneuolens,' *Ambros. in Luc.* xii. '*pro eo quod nos habemus in latinis codicibus* consentiens, *in graecis scriptum est* εὐνοῶν *quod interpretatur* beneuolus *aut* benignus,' *Hieron. Comm. hic;* 'esto aduersario tuo beneuolus' (*sed alibi* consentiens), *Aug. de sermone Dom.*; 'benignus' *Arnob.* aduersari E. cyto Q. hes C, eis X². in uia cum eo: > cum eo in uia EW. iudicio D. in carcere EFMT.

26. exies: exibis X*? > quadrantem nouissimum ℙ.

27. haut. C. moechaberis (μοιχεύσεις) *cum* EℙFH^cΘJKMVWYZ *vg. Tisch. et* moechabiris M, *et* mechaberis DLQRW, *et* moecaberis O^gl: moechaueris ABH*X, moecaueris CO*, mecaueris T.

28. quoniam: quia DELR. muliem Y*.

iam moechatus est eam in corde suo
29 quod si oculus tuus dexter scandalizat te
erue eum et proice abs te
expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum
quam totum corpus tuum mittatur in gehennam.
30 Et si dextera manus tua scandalizat te
abscide eam et proice abs te
expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum
quam totum corpus tuum eat in gehennam.
31 Dictum est autem quicumque dimiserit uxorem suam det illi libellum repudii
32 ego autem dico uobis
quia omnis qui dimiserit uxorem suam excepta fornicationis causa
facit eam moechari
et qui dimissam duxerit adulterat.
33 Iterum audistis quia dictum est antiquis non peierabis
reddes autem domino iuramenta tua
34 ego autem dico uobis non iurare omnino
neque per caelum quia thronus dei est
35 neque per terram quia scabellum est pedum eius
neque per hierosolymam quia ciuitas est magni regis
36 neque per caput tuum iuraueris
quia non potes unum capillum album facere aut nigrum

---

29 quod si oculus tuus dexter scandalizat te erue eum et proice abs te. expedit enim tibi. ut pereat unum membrorum tuorum quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. 30 et si dextera manus tua. scandalizat te. abscide eam et proice abs te. expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. 31 dictum est autem. quicumque dimiserit. uxorem suam. det ei libellum repudii. 32 ego autem dico uobis quia omnis qui dimiserit uxorem suam. excepta fornicationis causa. facit eam moechari. et qui dimissam duxerit moechatur. 33 iterum audistis quia dictum est antiquis non periurabis. reddes autem domino iuramenta tua. 34 ego autem dico uobis non iurare omnino. neque per caelum quia tronus est dei. 35 neque per terram. quia scabellum est pedum eius. neque per hierosolymam quia ciuitas est magni regis. 36 neque per caput tuum iuraberis. quia non potes unum capillum album facere aut nigrum.

---

concupiscendum *codd. pl. et vg.*: concupiscendam DEPMᵀQRVXᶜYZ¹, concupescendam E. **moechatus**: moecatus COX*, mech. DLRW. *om.* **eam** DL.

29. **si** *sup. lin.* X. hoculus C. tus R.

(29 *et* 30.) scandaliszat *bis* E, -itzat *bis* D. herue C. **proice** *codd. pl.*: proce B, proiece DEPQRW, proiice J (*non* Y) *vg. Tisch.* periat P. **unum**: una pars DL; > unum membr. tuor. ut per. R. **mittatur**: eat BP^{mg}W *cum* g_1. gihenn. R, gyhenn. Q, gehenna Y; + ignis ϛ.

30. dextra CJOTX*Z* *vg.* **abscide** *codd. pl. et* C: abscinde TWϛℌS, excide PO*. proiece DEPR, proiice J *vg. Tisch. om.* **enim** CJTX*Z. *om.* **tibi** DMᵀ. periat P. **eat in gehennam** (geghennam R, geñ D, gehenna Y): mittatur in gyehennam Q. *uersum totum om.* W *cum* D *gr.*

31. **autem**: enim Q. quicunque ℌ. demiserit O* (*semel*), dimisserit DEQR *et infra.* huxorem C, uxorerem L*. det ei R *vg.* libellam D, illi bellum L, librum E. repudi EᶜR, repuadi L*.

32. hux. C. excepto CHΘK. caussa D. faciet P, fecitᵗ V. moecari CX*, mechari DLRW, mecari O. demisam EL, demissam O*. duxerat E*. hadulterat C; adulterium committit R.

33. *om.* **iterum** F. dictum sit BZ. hantiq. C. **peierabis** *cum* AFΘJMVZ* *et Aug. de Serm. Dom.* 57, *cf.* perierabis BO*, peiurabis H *et uet.* δ: periurabis CDEPKLMᵀO^{gl}QRTWYZ² *vg. et uett. plur.* redens Y*, reddens Y¹. **domino**: deo T. + uota *ante* **iuramenta** Y.

34. homnino C. celum EW. tronus ER*T, thronum L. *Uers.* 33, 34 *coniungit* ℌ.

35. scabillum EPJMMᵀRV, scabyllum F. *om.* **est** DR. peduum QRY. > pedum eius est E. **hierosolymam** *codd. pl.* (hierosoli. H, hierusoli. EPL, hierusoly. KZ³, ierosoli. W, ierosoly. *vg.*): hierusalem R, hyerusalem D; *graeci* Ἱεροσόλυμα *sed* Ἱερο. *W.H.* > magni regis est E.

36. capud LQR. iuraberis PF, iurabis KMᵀZᵒ.

37 sit autem sermo uester est est non non
quod autem his abundantius est a
malo est.
38 Audistis quia dictum est oculum pro
oculo
et dentem pro dente
39 ego autem dico uobis non resistere malo.
(39. 5) Sed si quis te percusserit in dex-
tera maxilla tua praebe illi et
alteram
40 et ei qui uult tecum iudicio con-
tendere et tunicam tuam tollere
remitte ei et pallium.
41 (39. 10) Et quicumque te angariauerit
mille passus uade cum illo alia duo
42 qui petit a te da ei
et uolenti mutuari a te ne auertaris.
43 (40. 5) Audistis quia dictum est diliges
proximum tuum
et odio habebis inimicum tuum
44 ego autem dico uobis
diligite inimicos uestros
benefacite his qui oderunt uos
et orate pro persequentibus et ca-
lumniantibus uos
45 ut sitis filii patris uestri qui in caelis est
qui solem suum oriri facit super bonos
et malos
et pluit super iustos et iniustos.
46 (41. 5) Si enim diligatis eos qui uos

---

37 sit autem sermo uester est. est. non. non. quod autem abundantius est horum. a malo est. 38 audistis quia dictum est. oculum pro oculo. et dentem pro dente. 39 ego autem dico uobis. non resistere malo. sed si quis te percusserit in dexteram maxillam praebe illi et alteram. 40 et ei qui uoluerit tecum iudicio contendere. et tunicam tuam tollere remitte ei et palleum. 41 et quicumque te angariauerit mille passus uade cum illo duo. 42 omni petenti te da. et uolenti mutuari a te ne auertaris. 43 audistis quia dictum est. diliges proximum tuum et odies inimicum tuum. 44 ego autem dico uobis diligite inimicos uestros. benedicite maledicentibus uos. benefacite his qui uos odiunt. et orate pro calumniantibus uobis et persequentibus uos 45 ut sitis filii patris uestri qui in caelis est. qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluet super iustos et iniustos.

46 si enim diligatis eos qui uos diligunt. quam mercedem habebitis. nonne et publicani

---

poteris D. **unum**: ullum C. **capillum** + tuum LQ. > capillum unum D. **aut**: uel R.

37. > sermo autem 𝔐. uestro R. + et *ante* **quod** E. hiis E*W. **abundantius** (hab. CDEMTVY): amplius R *a c d h*. *post* abund. *om.* **est** DƎP*L*.

38. **est** + antiquis Q. hocul. *bis* C. *om.* **et** DƎPLQR. pro dentem M*.

39. a malo EQ. si qui O*. té Y. percuserit Ƥ, percusseris W. **dextera** (dextra COX*R) **maxilla tua** (tua *in mg.* B): dexteram maxillam tuam DEKLMTORVW *vg. Tisch.* prebe CD, praebae L. > et illi KMTVZ²; illi (*om.* **et**) TZ*. altera YZ* (-ā Z^c).

40. **ei qui** *codd. pl. et vg.* (> qui ei R): illi qui AFHΘX^cY *Tisch.* **tecum** + in ƎPMTO^gl WϚ𝔐𝔖. contennere X*. tonicam DELR. **remitte ei** (ἄφες αὐτῷ) *codd. pl.* (et *eras. ante* ei L), *et* remittes (= ἀφήσεις *gr.* D) ei M: dimitte ei EƎP* QR(dem.)W *vg.*; remitte *sine* **ei** A(re *sup. lin.*)Ƥ* FJO*XY.

41. quicunque Ϛ𝔐, qui EQ. **angariauerit** (hang. C) *codd. pl. et vg.*, angariaberit ATY: angarizauerit Ƥ¹LQR, angari//z. E, angaritz. D. mile Ƥ, millae L. passos H*, pasus Ƥ*. cum eo J. + et *ante* **alia** DHKL(> alia et)OX*ZϚ𝔖𝔈 (*non* W𝔐). alio Ƥ. **duo**: ·II· D.

42. **qui** + autem Ϛ. perit L*. ha te C. **qui petit a te da ei**: omni petenti te tribue ei R *h* (*om.* te *et* ei). **mutuari** *codd. pl.* 𝔖𝔈 *cod. caraf.*: mutuare FϚ𝔐, motuari DƎPLQ, mutari R.

43. **est** + antiquis E*Ƥ^mg Q. dileges DQ, dilegis Ƥ, diligis CFO*RTX*. pioximum 𝔐 *lapsu.* **odio . . . tuum** *in mg. additur* O. **odio habebis** AC(hod.)Ƥ*FHΘKMTV(hod.)XYZ *vg.*: odies B DEƎP^mg JLMQRW.

44. dilegite DƎPL*Q. inimicos V. **uestros** + et DELQRT. hiis BE*, is W. hoderunt C. > uos oderunt F. horate C. **perseq. et calumniantibus uos** *codd. pl.* (calumpniantibus EQW, -pnientibus D, -nientibus L; uobis DƎPO*Q): > perseq. uos et calumn. M, > calumpnientibus uobis et perseq. uos R; *graeci et uett. uariant.*

45. celis W. quia Ƥ*Y. horiri C, orri R. **facit** *sup. lin.* T. bonus L*Y*, > malos et bonos BH. pluet BO*Z*.

46. **diligatis** (dile- D) *codd. pl. et vg.*: diligitis

diligunt quam mercedem habebitis?
nonne et publicani hoc faciunt?
47 et si salutaueritis fratres uestros tantum quid amplius facitis?
nonne et ethnici hoc faciunt?
48 estote ergo uos perfecti
sicut et pater uester caelestis perfectus est.
VI. 1 (42. 10) Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus ut uideamini ab eis
alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum qui in caelis est
2 cum ergo facies elemosynam noli tuba canere ante te
sicut hypocritae faciunt in synagogis et in uicis ut honorificentur ab hominibus
amen dico uobis receperunt mercedem suam
3 te autem faciente elemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua
4 ut sit elemosyna tua in abscondito
et pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi.
5 Et cum oratis non eritis sicut hypocritae
qui amant in synagogis et in angulis platearum stantes orare
ut uideantur ab hominibus

---

hoc faciunt. 47 et si salutatis amicos uestros tantum. quid amplius facitis. nonne et gentiles hoc faciunt. 48 estote ergo uos perfecti sicut pater uester caelestis perfectus est.

VI. 1 Adtendite ne aelemosynam uestram faciatis coram hominibus. ut uideamini ab eis. alioquin. mercedem non habebitis. aput patrem uestrum qui in caelis est.

2 cum ergo facis elemosynam noli tuba canere ante te. sicut hypocritae faciunt in synagogis et in plateis ut honorificentur ab hominibus. amen dico uobis. perceperunt mercedem suam. 3 te autem faciente elemosynam. nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, 4 ut sit aelemosyna tua in absconso, et pater tuus qui uidet in absconso. reddet tibi in manifesto. 5 et cum oratis. non eritis sicut hipocritae qui amant in synagogis et in

---

EH^{c}ΘL^{c}Z^{1}. **eos** *om.* J. dilegunt DQ. mercidem ELQR (*non* D). abebitis C. puplicani ℜPQR; aethnici (*sed expunct.*) et pupl. D.

47. *om.* **si** L. salutaueretis J. **quid amplius** (hamp. C) **facitis**: *om.* F; q. a. facietis HΘKM̄T O^{gl}RVWX*Z. **et ethnici** *cum gr. et* BCDE(aeth.) ℜ^{mg}FKL(aetin.)MM̄(ethin.)O^{gl}QT^{c}W *vg.*: *om.* **et** AHΘJRVXY.

48. hestote C. *om.* **uos** H. *om.* **et** FJLR. caelistis X. **perfectus**: misericors W.

VI. 1. **attendite** *codd. pl.*: adt. CDEℜPJLM̄OQRV. iustitam Y*. **ut**: et F. uidiamini L*QR. hab C. mercidem EL*QR. abebitis L. aput CJO*X*Z*. celis W.

2. *Hic inc. cap. in* W. quum HΘ. **facies** (*gr. pl.* ποιῇs) *cum* ADEFJLOQRVX^{c}YZ*: facis (ποιεῖs LU *al.*) BCHΘKMM̄TWX*Z^{c} *vg.* **elemosynam** ABC(ae-)FΘJKMM̄TVXZ, elemosi. HOTW, aelimosi. L, aelymosi. E, aelymoysi. D, elimoysi. ℜPQR, eleemosynam *vg.*: elemosyna Y. tuba *bis* H*. hante C. **te** *sup. lin.* T. sicuti C. **hypocritae** *codd. pl. et vg.*: hipocritae Y, hypochr. DQ, ypocr. OZ^{c}, hipochritae ℜW(-e), hyppochritae E(-e)R, hyprochitae C, hipochite L. sinagogis ℜPLQ. *om.* **in** *sec.* C. uici//s E. **ab**: ex W. **receperunt** *codd. pl.* (-cip. R): perciperunt DE(-cep.)LQ. mercidem suam LQR, mercē sū D.

3. facientem O*Z*. **elemosynam** *cum* ABC (hel-)FΘJKMM̄OVXZ, elemosi. HTW, aelimosi. E, elimoisi. L, elimosy. Q, aelymoysi. D, elimoysi. ℜPR, eleemosynam *vg.*: aelemosyna Y. **nesciat** *codd. pl.* (*et* A, *quamquam perperam Tisch.* ne sciat) *et* 𝔓𝔖𝔗: ne sciat (*cum gr.* μὴ γνώτω) CFQ(?)TXϚ; Z *dubium est.* sinixtra C. qui faciat Q. dextra Z*Ϛ.

4. **ut**: et W. > elim. tua sit Q. **elemosyna** *cum* AC(ae-)FΘJKMM̄OVXYZ: elemosi. BH TW, elimosi. R, elimosy. Q, elimoysi. ℜ, aelymoysi. D, aelimoisi. L, aelymosi. E, eleemosyna *vg.* **in abscondito** *primo loco om.* R.

4, 6 *et* 18. **abscondito** *semper cum* AB^{c}C(hab-)FHKM̄OTVWXYZ (*uid.* 18) 𝔓𝔖𝔗: absconso *semper* B*DJLMQR; *ceterum uariant* Θ (abscondito 4 *et* 18, absconso 6), E (absconso . . . abscondito *sic alt. ter*), ℜ (absconso 4, *sed* 6, 18, abscondito *mp.*, absconso *mg.*), Ϛ (abscondito 4 *et* 6, absconso 18); *om.* **et pater tuus qui uid. in absc.** L* *hic et u.* 18 (*suppl.* L^{2}). uidit R.

5. quum HΘ. horatis C, orantis Q* **hypocritae** *codd. pl.* (*et* Y) *et vg.*: ypocritae OZ^{c},

amen dico uobis receperunt mercedem suam.
6 Tu autem cum orabis intra in cubiculum tuum
et clauso ostio tuo ora patrem tuum in abscondito
et pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi.
7 (43. 5) Orantes autem nolite multum loqui sicut ethnici
putant enim quia in multiloquio suo exaudiantur
8 nolite ergo assimilari eis
scit enim pater uester quibus opus sit uobis ante quam petatis eum
9 sic ergo uos orabitis.
Pater noster qui es in caelis sanctificetur nomen tuum
10 adueniat regnum tuum
fiat uoluntas tua sicut in caelo et in terra
11 panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie
12 et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris
13 et ne inducas nos in temtationem
sed libera nos a malo.

---

angulis platearum stantes orare. ut uideantur ab hominibus. amen dico uobis quia perceperunt mercedem suam.

6 tu autem cum oras intra in cubiculum tuum et claudens ostium tuum ora patrem tuum in absconso. et pater tuus qui uidet in absconso reddet tibi in manifesto. 7 orantes autem. nolite multum loqui sicut ethnici. putant enim quod in multiloquio suo exaudiuntur. 8 nolite ergo similare eis. scit enim pater uester quid opus sit uobis antequam petatis eum.

9 sic ergo uos orabitis. pater noster qui es in caelis. sanctificetur nomen tuum. 10 adueniat regnum tuum. fiat uoluntas tua sicut in caelo et in terram 11 panem nostrum cotidianum da nobis hodie. 12 et demitte nobis debita nostra. sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. 13 et ne nos inducas in temptationem. sed libera nos a malo. quoniam

---

hipocritae Q, hipochrite W, hypochritae Ƥ, hyppochritae DE, hippochritae LR (-e), hypocrytae C. hamant C; + stare R *a b c d h q.* sinagogis EƤLR, synagō D; + stare E. *om.* **in** *sec.* BD. hang. C. horare C. reciperunt DEL*Q, recipierunt R. mercidem ELR, mercē D.

6. **orabis** *codd. pl.* (hor- C) = *προσεύχῃ*: oraberis T, oraueris EH^{c}W *vg.* **intra** *om.* **in** C. clausso D; cluso ƤFΘJL*MO*QRZ*. hostio CDƤRW. *om.* **tuo** O^{gl}TZ* *vg.* (*non cod. caraf.*). hora C. **absconditо**: absconso *uide u.* 4. *Praeterea* R* *om.* **et p. t. qui u. in absc.** (*sed* + *in mg. m. p.* et p. t. qui uidet). **uidet** + te X*, abscondit// X*.

7. horantes C. **nolite** *om.* L. sicuti C. aethnici E; + faciunt RY^{gl}Ϛ *h.* **quia** *codd. pl.* (qui LY): quod DERWZ^{t} *vg.* mult. . . . loquio X.

8. **ergo**: enim E. **assimilari** *cum* AFHK^{c} O^{gl}TWXYZ^{2} *vg.*, *et* ads. BCE^{c}ƤΘJMMTQVZ* (adsimulari O); *cf.* *μὴ οὖν ὁμοιωθῆτε*: assimilare K*, adsimilare E*LR, adsimulare D. **eis**: eris Q*. **enim**: namque KMTO^{gl}VZ. **quibus** (*ὧν*) *cum* ABE*FHΘL*MX^{c}Y: quid CDE^{c}JKL^{c}MTOQ RTVWX*Z *vg.* **opus** (hopus C) **sit uobis**: > uobis opus sit DJQR. antequam BDEHΘJKMMTVW *vg.* **pet. eum** (ab eo DEQ): os aperiatis *h cum* D *gr.* *ανοιξε το στομα.*

9. **sic**: si X *ut uidetur.* *om.* **uos** BƤ. horabitis C; + patrem H^{c}Θ*?. *Orationem dominicam totam litteris graecizantibus habet* D; *et* ✠ *ad init.* Y. **es in caelis** *cum* ADEJLO^{gl}QTW(cel.) XY(ēs)Z^{3} *vg.*: > in c. es BCƤFHΘKMMTO*RVZ.

10. **aduenіat** *cum* ADEƤ^{mg}KMTQRVWX^{c}YZ^{t} *vg. Hieron.*: ueniat BCƤ*FHΘJMOTX*Z*; et ueniet L. uolumtas CT. celo W.

11. **supersubstantialem** ABƤ*HΘJKMMTOQ. VXZ *vg. Hier.*, super substantiale Y: cotidianum CDEƤ^{mg}LTW; substantialem R; superstantialem cotidianum F. *Cf. cor. uat.* 'panē nr̄m sr'stālē *sic habent g'c' anti. glo. et Iero.*; *Lu.* xi° cotidianum.' *De hac lectione testatur ipse Hieronymus Comm. ad loc.* '*Quod nos* supersubstantialem *expressimus, in Graeco habetur ἐπιούσιον' e. q. s.* odie L; die F.

12. demitte BFHKMTO*VY; remitte Ƥ^{mg}R. sicuti C. *om.* **et** Y. demittimus B^{c}KMTLO*VX Z^{2}; dimisimus B*Ƥ*JZ*, dimissimus D; remittimus R. deuitoribus OT.

13. **inducas nos** (> nos inducas EƤHL): patiaris nos induci DR. **temtationem** *cum* AFQ TXYZ, *cf.* temptemtationem L: tempt. CDEƤH ΘJKMMTORW, temptionem V, tent. B *vg.* liuera O. ha C. *Post* **malo** *add.* amen *cor. uat.* (*et mg.*)

14 (44. 6) Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum
16 et praecepit eis ne manifestum eum facerent
17 ut adimpleretur quod dictum est per esaiam prophetam dicentem
18 ecce puer meus quem elegi
dilectus meus in quo bene placuit animae meae
ponam spiritum meum super eum
et iudicium gentibus nuntiabit
19 non contendet neque clamabit neque audiet aliquis in plateis uocem eius
20 harundinem quassatam non confringet
et linum fumigans non extinguet
donec eiciat ad uictoriam iudicium
21 et in nomine eius gentes sperabunt.
22 (119. 5) Tunc oblatus est ei daemonium habens caecus et mutus et curauit eum
ita ut loqueretur et uideret.
23 (120. 7) Et stupebant omnes turbae et dicebant
numquid hic est filius dauid?
24 (121. 2) Pharisaei autem audientes dixerunt
hic non eicit daemones nisi in beelzebub principe daemonum.

---

et secutae sunt eum turbae multae. 16 et comminatus est eis ne manifestarent eum. 17 ut adimpleretur. quod dictum est per esaiam prophetam dicentem. 18 ecce puer meus quem elegi. dilectus meus in quo bene complacuit animae meae. ponam spiritum meum super eum. et iudicium gentibus adnuntiabit. 19 non contendet neque clamabit. neque audiet quisquam in plateis uocem eius. 20 harundinem quassatam non confringet. et linum fumigantem non extinguet. donec eiciat in uictoriam iudicium. 21 et in nomine eius gentes sperabunt.

22 tunc oblatus est ei homo daemonium habens caecus et mutus et curauit eum. ita ut loqueretur et uideret.

23 et stupebant omnes turbae et dicebant. numquid hic est filius dauid.

24 pharisaei autem audientes. dixerunt. hic non eicit daemonia. nisi in beelzebul. prin-

---

secedere *Luc.* v. 16, ix. 10. sequuti Θ, sequti R. **curauit** (ἐθεράπευσεν): curabat R. **eos** *om.* Z* (+ Z²).

16. **et praecepit**: et praecipit D(pre.)ƎHQR, praedpiens (*i.e.* praecipiens) L (*om.* et); *graeci* καὶ ἐπετίμησεν *uel* ἐπέπληξεν. **ne manifestum eum**: nemini manifestum D.

17. adinpleretur CƎL: inpleretur Q. **esaiam** *codd. pl.* (esayam CT) *et* ϛ: isaiam KMMTVZ𝔐𝔖ℭ, ysaiam W, issaiam DƎ, essaiam L. profetam ƎLR.

18. **puer meus** + electus *corr. uat.*; *sed marg.* 'electus *cancellatum* est in . .'. helegi C. delectus LOR. **bene placuit** (ηὐδόκησεν) *cum* AFHΘJMOY: bene conplacuit BCDEƎKLMTQRTVWXZ *vg.* (compl. KW *vg.*). **animae meae** *codd. pl. et vg.* (anime mee W): anima mea (ἡ ψυχή μου) DELQR, *corrigentes, ut saepius, ex graeco, cum a b* g_2 *h q.* iuditium W. **nuntiabit** *codd. pl. et vg.* (nunc. W𝔖) = ἀπαγγελεῖ: nuntiauit O, adnuntiauit L; adnuntiabit EQ, annuntiabit D.

19. clamauit BHOX. **aliquis in plateis uocem eius** (τις ἐν ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ): > in plateis aliquis u. e. DJ, > aliquis uocem eius in plateis R.

20. arundinem ΘJLRTW *vg.* confringuet D, confrincet Y, confriget E. **linum**: lignum C, limum L* (*corr.* L²). fumicans H, fumigantem EJM. extinquet O, extinget L, extinguet' *ut uidetur* D. eieciat MT, ieciat DL, eiiciat *vg. Tisch.* + in *ante* **iudicium** R. iuditium W.

21. > sperabunt gentes L.

22. hoblatus C. *om.* **est** DE. **est ei** + homo D(*sine* est)Ǝ^{mg}LQ(> ei est)RW. demonium DƎLRW. cecus KW. **mutus**: + surdus R; + et surdus Q; *duplici uersione uerbi* κωφός *cf.* mutus *a c d f* ff_2 g_1 *q*, mutus et surdus *b*, surdus et mutus ff_1 *h*, surdus *k*. curabit T. **ut** *sup. lin.* E. loquetur V. **uideret** + et audiret R *cf.* et aud. et uid. *h*.

23. stubebant D, **stupebant** O *sed* -tupe- *in ras.* et *sec. sup. lin.* E. nunquid ϛ𝔐.

24. pharisei CƎW, farisei R, pharissei DL. *Post* **autem** *rasura in* E. eiecit EMT, iecit DL, eiicit *vg. Tisch.* demones DƎRW, demonia LQ. **beelzebub** ABCFΘJKMMTQVWXZ *vg.*, belzebub DƎHLOTY: beelzebul E, belzebul R* *sed corr. m. sax. Cf. ad* x. 25. **principe** (ἄρχοντι) BDEƎJKLMOQRVWZ^c *vg.*: principem ACHΘMTXYZ* (m *semierasa*). **daemonum** *cum* AHJMOYZ^c *cum graeci duobus locis idem uerbum habeant* (δαιμόνια . . δαιμονίων): daemoniorum BCEΘKMTVXZ* *et corr.* *vg.*, demoniorum DƎLQRW.

25 (122. 2) Iesus autem sciens cogitationes eorum dixit eis
omne regnum diuisum contra se desolatur
et omnis ciuitas uel domus diuisa contra se non stabit
26 et si satanas satanan eicit aduersus se diuisus est
quomodo ergo stabit regnum eius ?
27 et si ego in beelzebub eicio daemones
filii uestri in quo eiciunt ?
ideo ipsi iudices erunt uestri
28 si autem ego in spiritu dei eicio daemones
igitur peruenit in uos regnum dei
29 aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis
et uasa eius diripere
nisi prius alligauerit fortem ?
et tunc domum illius diripiat.
30 Qui non est mecum contra me est
et qui non congregat mecum spargit.
31 (123. 2) Ideo dico uobis
omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus

---

cipem daemoniorum. 25 iesus autem sciens cogitationes eorum. dixit eis omne regnum diuisum aduersum seipsum. desolabitur. et omnis ciuitas uel domus diuisa aduersus se. non stabit. 26 et si satanas satanan eicit. aduersus semetipsum diuisus est quomodo ergo stabit regnum eius. 27 quod si ego in beelzebul eicio daemonia. filii uestri in quo eiciunt ideo. ipsi iudices erunt uestri. 28 si autem ego in spiritu dei eicio daemonia. utique praeuenit in uos regnum dei. 29 aut quomodo potest. quis intrare in domum fortis et uasa eius diripere. nisi prius alligauerit fortem et tunc domum eius diripiet 30 qui non est mecum. contra me est. et qui non congregat mecum spargit. 31 ideo

---

25. ieeus *lapsu* ℨ. **dixit** (εἶπεν) : dicit E (*sed* -it *in ras.*). *om.* **eis** E. r$^{e}_{ii}$gnum E. diuissum DR. **contra** : aduersus F. **desolatur** (ἐρημοῦται) *cum* ℙMMΓO*Z* *et sic Durmachensis et Hieron.* (*MSS. ap. Uallars.*) *Bentl. d* : desolabitur ABCDE FHΘJKO^{sic}QRTVWXYZ^{t} *vg. Tisch. uett.*, desolauitur LO^{c}. > domus uel ciuitas D (*sed improbatum*) ; *om.* **uel** R*(+R^{c}). diuissa D. > contra se diuisa L. stauit O.

26. **et si** (καὶ εἰ) *codd., vg. et f* : si enim DLQR *cum b ff*$_2$ *g*$_1$ *q* : *cf.* si *a*, si autem *d* (εἰ δὲ καί D), si ergo *c ff*$_1$ *h*, si et *k*. sathanas W. satanam J *vg.* **eicit** (ἐκβάλλει) *codd. vg.* (iecit DL, eiecit EMR, eiicit W *vg. Tisch.*) : eiciat J. diuissus DR, deuisus L. **quomodo** : q̄m D. **ergo** *sup. lin.* M ; *om.* ℙ* (+*mg.*)W. **stabit** : statuit ? O*, stauit O^{c}.

27. *om.* **et** Q. **ego** : ergo LT. **beelzebub** *codd. et vg.*, belzebub DℙHLTY : belzebul QR, beelzebu E. iecio DL, eiecio R, eiicio *vg. Tisch.* demones DℙPLRW. fili E. *om.* **in quo** *ad fin. uers. per homoeoteleuton* L. ieciunt D, eieciunt MΓ, eiiciunt *vg. Tisch.* **iudices erunt uestri** *codd. pl.* = κριταὶ ἔσονται ὑμῶν (ℵBD) *cum a b d f ff*$_1$. $_2$ *g*$_1$ *h k l q* : > iudices uestri erunt DEΘMΓ *vg. cum c g*$_2$ *et gr.* 1. 124 ; > erunt iudices uestri RT ; *aliis modis graeci etiam uariant, et plurimi* ὑμῶν ἔσονται κριταί.

28. **ego in spiritu dei** *codd. fere omnes et vg.* (di *sine lineola* V) *cum minusculis quibusdam graecis et f m syr*^{cu} : > in spiritu dei ego LR *cum maiusculis graecis et a d ff*$_1$. $_2$ *h q* ; in spiritu dei (*om.* **ego**) *b c g*$_1$. iecio DL, eitio W, eiicio *vg. Tisch.* demones DℙPLRW ; daemonia Q. **peruenit** *codd. omnes et vg.* = ἔφθασε *sed* adpropiauit *a b* (adprip.?) *c ff*$_1$. $_2$ *g*$_1$ *h*, adpropinquauit *m q*, adceleraut *k*, *et* praeuenit *d f quod ceteris melius uidetur.* ἔφθασε *hoc sensu gemino loco ab Hieronymo redditur* praeuenit *Luc.* xi. 20 (*sed u. l.* peruenit) *et* 1 *Thess.* ii. 16 *et* iv. 15. *Alio sensu* φθάνειν *est* peruenire *Rom.* ix. 31, 2 *Cor.* x. 14, *Philip.* iii. 16.

29. **potest quisquam** (quisqua K) = δύναταί τις : quis potest R *ex graeco male intellecto* τις δύναται Δ quisquam potest δ ; *cf.* quisque potest *g*$_2$ (*solum* aut quis potest *sine* quomodo *h*). > in domo (*sic*) fortis intrare E, *cf.* εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ εἰσελθεῖν Δ *et* δ. uassa DE^{c} ? ℙLR, ua^{sa} O. diri//pere A (*ras. unius lit.*), deripere L. adligauerit D. **fortem** : forte H. domus E. **illius** *codd. plur. et vg.* : eius DEK*W. **diripiat** (διαρπάσῃ *Tisch. cum* ℵDGKΠ* *etc.*, διαρπάσαι Δ) *cum* ABFHJKOXYZ : diripiet (διαρπάσει *gr.* BCELMSUVXΓΠ^{2}ℨ *et W. H.*) CDEℙΘLMΓ QTVW *vg. Tisch.* ; eripiet R.

30. **qui** + enim DℙPmgLR. **mecum est** W. **congregat** : colligit W, *cf.* golligit *d*. *om.* **mecum** *sec.* L. dispargit ELQ. *Hanc lectionem etiam praeferre uidetur corr. uat. sed non marg.*

31. blasfemia DℙPLR, blasphemie V* (*sed corr.* V^{1}), blasphaemiae E, blasfemię T. remittentur EL, remittitur H. **spiritus s. bl. n. remittetur** *om.* JR(+sp̄s blafemia non dimittetur *corr. sax. in mg.*) *cum graecis* X *al*^{6} *et a g*$_1$ *l. Etiam* hominibus

spiritus autem blasphemia non remittetur
32 et quicumque dixerit uerbum contra filium hominis remittetur ei
qui autem dixerit contra spiritum sanctum non remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro.
33 (124. 10) Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum
aut facite arborem malam et fructum eius malum
siquidem ex fructu arbor agnoscitur
34 progenies uiperarum quomodo potestis bona loqui cum sitis mali?
ex abundantia enim cordis os loquitur.
35 (125. 5) Bonus homo de bono thesauro profert bona
et malus homo de malo thesauro profert mala.
36 (126. 10) Dico autem uobis quoniam omne uerbum otiosum quod locuti fuerint homines
reddent rationem de eo in die iudicii
37 ex uerbis enim tuis iustificaberis
et ex uerbis tuis condemnaberis.
38 (127. 5) Tunc responderunt ei quidam de scribis et pharisaeis dicentes
magister uolumus a te signum uidere.

---

dico uobis omne peccatum et blasphemia. remittetur hominibus. spiritus autem blasphemia non remittetur hominibus. 32 et quicumque dixerit uerbum aduersus filium hominis. remittetur ei. qui autem dixerit aduersus spiritum sanctum. non remittetur ei. neque in hoc saeculo neque in futuro. 33 aut facite arborem bonam. et fructum eius bonum. aut facite arborem malam. et fructum eius malum. ex fructu enim arbor dinoscitur. 34 progenies uiperarum quomodo potestis bona loqui cum sitis mali ex abundantia enim cordis. os loquitur. 35 bonus homo de bono thensauro cordis profert bona. et malus homo. de malo thensauro. profert mala. 36 dico autem uobis. quoniam omne uerbum otiosum quod locuti fuerint homines reddent de eo rationem in die iudicii. 37 ex uerbis enim tuis iustificaueris. et ex uerbis tuis condemnaueris.

38 tunc responderunt ei quidam. de scribis et pharisaeis. dicentes. magister. uolumus

---

sps. autem bl. non remittetur *om. τ Walkeri.* **spiritus autem blasphemia** (ἡ δὲ τοῦ πνεύματος βλασφημία) BFHQVWϒϒC, *et* sp. a. blasfemia DLR^{sx}, *cum d f ff*$_2$ (*cf.* qui autem in spiritum dei [sp̄m sc̄m *b*, sp̄u sc̄o *h*] blasphemauerit, *uel simile b ff*$_1$ *g*$_1$ *h m*): spiritus autem blasphemiae ACE(-phaemie)Ꝑ (-femiae)ΘKMMOT(-femiae)XYZϚS *cum c g*$_2$ *k* (-femiae) *q. Cf. corr. uat.* 'sp̄s autem blasphemia non remittetur *grec' anti.* spiritus *est genetiui et* blasphemia *nominatiui casus sicut patet in graeco*;' *et marg.* '*in . . erat primo* blasfemie *sed correctum est* blasfemia.' remittitur F; dimittetur R^{sax}; + ei E.

32. quicunque Ϛϒ. dixit L. **contra**: aduersus QR. **ei** + et Q. **dixerit** *sec.*: dix̄ D. **remittetur** *sec.*: remittet W. seculo WϚϒ. **futuro**: furo L.

33. **bonam et** *om.* L* *sed notat s. m.* **bonum**: malum D* (bonum *corr.*). **agnoscitur** (γινώσκεται) *codd. pl. et vg.*: cognoscitur BCEQWX; agnoscetur R; *cf.* cognoscetur *a ff*$_2$ *g*$_1$ (-nus-), cognoscitur *b g*$_2$ *h m q*, agnoscitur *c d* (adg.) *ff*$_1$, dinoscitur *f k*.

34. progentes L. quum CΘ. habundantia CD EꝐ, habundancia W. hos C, ós V; + eius T.

35. **bonus** + enim DLR. thensauro X, tesauro T, tessauro D *et sic omnes infra*; + cordis Ϛ; + cordis sui DER; + suo T. *Cf.* τῆς καρδίας αὐτοῦ *gr.* L 1. 22. 33 *et T. R.*, *et* cordis *f* ff*$_2$ *et* cordis sui *gat.* **thesauro** *sec.* + cordis sui QR.

36. **quoniam**: quia E. hotiosum C, osciosum R, otiossum D. **quod**: quodcumque Ꝑ^{mg}. loquuti Ꝑ. > in die iudicii reddent de eo rationem R, > reddent pro eo rationem in die iudicii E. **de eo**: pro eo EJLQ; dō = deo BT. *Cf. Hil. in Matt.* xii. *col.* 673 *b*, '*Omnis otiosi, id est inepti et inutilis, dicti rationem* deo *esse reddendam.*' *Uett.* eius, pro eo, de eo = περὶ αὐτοῦ. in diem C.

37. **enim**: autem D. **iustificaberis** (-ueris BCE*FHLOTX, -biris MV) . . **condemnaberis** (-demnaueris BCHLO^{c}TX, -dempnaueris E*, -dempnaberis E^{c}ΘRW, -demnabiris MV, -temnaberis Ꝑ*, -tempnaberis D): > condemnaberis . . iustificaberis J; **et ex u. t. cond.** *om.* O*, *add. in mg. inf. corr.*; **ex** *sec. int. lin.* T; **uerbis** *sec.*: sermonibus E. *cf.* de sermonibus autem tuis iustificaueris et de sermonibus tuis condemnaueris *k. et similiter Cypr. Test.* iii.

38. tun^c T. scribiis E*. phariseis W, pharisseis L, farisseis D, fariseis ꝐRT: pharisaei O. **uidere**: quaere L.

39 (128. 5) Qui respondens ait illis
generatio mala et adultera signum quaerit
et signum non dabitur ei
nisi signum ionae prophetae
40 sicut enim fuit ionas in uentre ceti
tribus diebus et tribus noctibus
sic erit filius hominis in corde terrae
tribus diebus et tribus noctibus.
41 Uiri nineuitae surgent in iudicio cum generatione ista
et condemnabunt eam
quia paenitentiam egerunt in praedicatione ionae
et ecce plus quam iona hic
42 regina austri surget in iudicio cum generatione ista
et condemnabit eam
quia uenit a finibus terrae audire sapientiam salomonis
et ecce plus quam salomon hic.
43 (129. 5) Cum autem inmundus spiritus exierit ab homine
ambulat per loca arida
quaerens requiem et non inuenit
44 tunc dicit reuertar in domum meam unde exiui
et ueniens inuenit uacantem
scopis mundatam et ornatam
45 tunc uadit et assumit septem alios spiritus secum nequiores se
et intrantes habitant ibi
et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus

---

a te signum uidere. 39 iesus autem respondens ait illis. generatio mala. et adultera. signum quaerit. et signum non dabitur ei. nisi signum ionae prophetae. 40 sicut enim fuit ionas. in uentre coeti. tribus diebus et tribus noctibus. sic erit filius hominis in corde terrae. tribus diebus et tribus noctibus. 41 uiri nineuitae surgent in iudicio. cum generatione ista. et condemnabunt eam. quia paenitentiam egerunt. in praedicatione ionae. et ecce plusquam iona hic. 42 regina austri. surget in iudicio. cum generatione ista et condemnauit eam. quia uenit a finibus terrae. audire sapientiam salomonis. et ecce plus salomone hic.

43 cum autem inmundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca arida. quaerens requiem et non inuenit. 44 tunc dicit. reuertar in domum meam. unde exiui. et ueniens inuenit uacantem scopis mundatam. et ornatam. 45 tunc uadit et adsumit alios septem

---

39. **qui respondens ait**: respondens autem dixit J. *Graeci* ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν. **ait illis**: > eis ait R. adultra L, adulteria R. querit DLRW. > querit signum D. ione W. profetae DΦPORZ, prophete W, profete L.

40. **fuit** *bis lapsu* H *sed exp.* **ceti** BCFJM TWZ^{c} *vg.*: coeti A (*in Test. Uet. uariat inter* coe. cae. *et* ce.) DEΦHΘKOQV*XYZ*f* g_1 *h q, et* caeti LMR. **tribus**: ·III· *bis* D. nontibus H (*cf.* panem *pro* pacem x. 34). **sic erit** *etc. ad fin. uers. om.* DΦ*(+ *in mg.*). **erit**: enim R*. > tr. dieb. et tr. noct. in corde terrae R. **corde**: uentre L. terre EW.

41. niniuitae HΘJ *vg.*, ninuitae DLR, niniuite E*(niniuete *corr.*)W. iuditio W. **et condemnabunt** *usque ad* **generatione ista** *u.* 42 *om.* F *per homoeoteleuton, sed aliquid minus haberi notatur in mg.* condempnabunt D^{c}EΦΘRW, condempnabit D*, contempnabunt L. ea H. quia paenetentiam (*sic*) egerunt in prędicatione *etc. usque ad* condennabunt (*sic*) eam *uersu* 42 *om.* Y* *sed* + *in marg. sup.* Y^{1}. poenitentiam CDΦPJLW *vg.*, penitentiam R. aegerunt L. predicatione DW. ione W, ionee O. > hic quam iona R *c, et* h. q. ionas *a b h*; *porro* ionas *vg. et corr. uat. mg.*

42. **regina austri**: regna iusti L. iuditio W. **generatione ista**: uiriis generationis huius EW. condempnabit EΘRW, contempnabit D; condemnauit O; condemnabunt L*Y^{1}. **eam**: eos E, ha finibus C. salamonis *etc.* DL, solomonis *etc.* R. **et ecce p. q. sa. hic** *om.* Z* *sed* + *in mg.* Z^{2}. > hic quam solomon R *a b c ff*$_2$ *h q.*

43. **cum** H*, qum H^{c}. **inmundus** (imm. BM *vg. Tisch.*) **spiritus** (*sup. lin.* E^{1}) **exierit**: > iħs (*sic*) inmundus exieret L; > exierit spiritus inmundus R. **exierit**: transierit Q. ambulant O*, ambulans L, ambulabat Q. harida C. querens R; querere D. requiam LR. inueniet CT.

44. ad domum J. hunde C. ex iui D, exibi O, exi Q, exii Φ. **inuenit** (*sine addit. cum graeco*) ACDΦ*FH*JMOQY, *uett. plur. a b c d f ff*$_1$ g_1 *k q* δ *aur.*: + eam BEΦ^{mg}H^{1}ΘKLMRTVWXZ *vg.*, *cum c ff*$_2$ *h.* uocantem L. scopiis E. hornatam C.

45. **assumit** *cum* ADHΘKMMQVWX^{2}YZ^{2}

sic erit et generationi huic pessimae.
46 (130. 2) Adhuc eo loquente ad turbas
ecce mater eius et fratres stabant foris
quaerentes loqui ei
47 dixit autem ei quidam
ecce mater tua et fratres tui foris stant
quaerentes te
48 at ille respondens dicenti sibi ait
quae est mater mea
et qui sunt fratres mei ?
49 et extendens manum in discipulos
dixit
ecce mater mea et fratres mei
50 quicumque enim fecerit uoluntatem
patris mei qui in caelis est
ipse meus et frater et soror et mater est.
XIII. (131. 2) In illo die exiens iesus de
domo sedebat secus mare
2 et congregatae sunt ad eum turbae
multae
ita ut in nauiculam ascendens sederet
et omnis turba stabat in litore
3 et locutus est eis multa in parabolis
dicens
ecce exiit qui seminat seminare
4 et dum seminat

---

spiritus. nequitiores se. et intrantes habitant ibi. et fiunt nouissima hominis illius. peiora prioribus. sic erit et generationi huic pessimae. 46 adhuc eo loquente ad turbas. ecce mater eius et fratres. stabant foris quaerentes loqui ei. 47 dixit autem ei quidam ecce mater tua. et fratres tui. foris stant quaerentes loqui tecum. 48 ad ille respondens. ait dicenti sibi. que est mater mea et qui sunt fratres mei. 49 et extendens manum suam super discipulos suos dixit. ecce mater mea et fratres mei. 50 quicumque enim fecerit uoluntatem patris mei qui in caelis est ipse meus frater et soror et mater est. XIII. 1 In illo autem die exiens iesus de domo. sedebat secus mare. 2 et conuenerunt ad eum turbae multae. ita ut nauiculam ascenderet sedere et omnis turba stabat in litore. 3 et locutus est eis multa in parabolis dicens. ecce exiit qui seminat seminare. 4 et dum seminat. quaedam caeciderunt secus

---

vg., assumet F: adsumit BC𝔓^{mg}JLORTX*Z, adsummit E, sumit 𝔓*. > secum septem (·VII· D) alios spiritus DLQRX* (? *ras. c.* 4 *litt. post* assumit *sed* secum *habetur post* spiritus). **septem**: ·VII· DEW. spiritos E*. *om.* **secum** E g_1. nequitiores D𝔓; + quam E g_1 *h*. abitant Θ*. fiant R. > illius hominis R. **sic erit et gen. h. pess.** *om.* X*Z* *sed addunt* X^{c}Z^2. *om.* **et** DELQ. pessimi B, pessime WX^c, paessime E.

46. athuc MXY, aduc T. **eo loquente** + ihu E. fratris O; + eius D𝔓L. **stabant foris** (foriis E*) = εἱστήκεισαν ἔξω: > foris stabant DLR, foris stant Q. quarentes OR, querentes DW, quaerens V, quaeren (*sic*) L. **ei**: eum T; cum eo DLQ.

47. eccce L. *om.* **tua** Z* *sed* + Z^1. fratris Y*. stabant W. querentes DR. **te**: loqui tecum DLQ.

48. ad CO. **ille** (ὁ δὲ ἀποκριθείς) *cum* ADF X^{2}Y*f*, *cf.* illi H: ipse BCE𝔓ΘJKLMMTOQRTVW X*Z *vg. et b c ff*$_2$ g_1 *h* (ipse autem) *q*. **respondens dicenti** (dicente H*Z*, *corr.* H^{2}Z^1) **sibi** *om.* E (*et* X *graecus om.* τῷ λέγοντι). que est DW. **et qui**: aut qui T *cum* D *graeco et a d ff*$_1$ *h k q*, an qui *ff*$_2$ (*ita Calmet sed* aut qui *Belsheim*). fratris V. > fratres mei qui sunt R.

49. **et** *om.* E*L. extend^{ens} X. manus 𝔓JKM X^{2}Z. **discipulos** *sine additamento cum* ACH*M OQX^{c}Y *Hieron. comm.* (sed disc. suos *in textu*) *et graeco* Δ: + suos BDE𝔓FH^{1}ΘJKLMTR(suo)TV WX*Z *vg., graeci fere omnes et a b c d f ff*$_{1.2}$ g_1 (discipulis suis) *h k q*. **et fratres mei** *om.* E.

50. et extendens manum *ad init.* D *sed exp.* quicunque 𝔖𝔚. *om.* **enim** R. fecerit L. uolumtatem C. **et frater** *cum* ABC𝔓FHΘJMMTORV X*Y *et minusculis graecis* (*e. g.* 13) *quibusdam et b e ff*$_1$ *h* (*sed ordine inuerso e*): *om.* **et** *cum graecis plurimis* DEKLQWX^{c}Z *vg. Tisch.*; *om.* **et frater** *ut udtur* T*(+*corr.*). *om.* **et** *ante* **soror** 𝔖. **mater** + mea Q.

XIII. 1. diae C; tempore E. ex iens D. *om.* ihs W. et exiens de domo sedebat *etc.* F. dede *lapsu* W*. domu DLQ. scus L.

2. congregati D, -te W. **ad**: et R*. turbe multe W; *om.* **multae** R. **in nauiculam** (εἰς πλοῖον): *om.* **in** TV*; in nauicula DEHΘLQR. hascendens C. **omnis turba** (πᾶς ὁ ὄχλος) **stabat**: omnes turbae stabant DEJQ *corp. oxon.* (*et* omnes stabant L), *cum a b ff*$_2$ *h*. **litore** *codd. et* 𝔖: littore 𝔚𝔖𝔠. > in litore stabat *uoluit Bentleius cum graeco, sed sine auctoritate codicum meorum.*

3. loquutus Θ. *om.* **est** M. *om.* **eis** L. *om.* **multa** Q. in parabulis 𝔓, in paruulis R*; *om.* L. *om.* **dicens** J. exit 𝔓QR. **seminare** + semen suum Q𝔖 *ex Luca* viii. 5 *ut obseruat corr. uat.*

4. saeminat C. quedam D, quadam L. caeci-

quaedam ceciderunt secus uiam
et uenerunt uolucres et comederunt ea
5 alia autem ceciderunt in petrosa
ubi non habebant terram multam
et continuo exorta sunt quia non habebant altitudinem terrae
6 sole autem orto aestuauerunt
et quia non habebant radicem aruerunt
7 alia autem ceciderunt in spinas
et creuerunt spinae et suffocauerunt ea
8 alia uero ceciderunt in terram bonam
et dabant fructum
aliud centesimum
aliud sexagesimum
aliud tricesimum
9 qui habet aures audiendi audiat.
10 Et accedentes discipuli dixerunt ei
quare in parabolis loqueris eis?
11 qui respondens ait illis
quia uobis datum est nosse mysteria regni caelorum
illis autem non est datum.
12 (132. 5) Qui enim habet dabitur ei et abundabit
qui autem non habet et quod habet auferetur ab eo.
13 (133. 1) Ideo in parabolis loquor eis quia uidentes non uident
et audientes non audiunt neque intellegunt

---

uiam. et uenerunt uolucres et comederunt ea. 5 alia autem caeciderunt in petrosa. ubi non habebat terram multam et continuo exorta sunt quia non habebant altitudinem terrae. 6 sole autem orto. estuauerunt. et quia non habebant radicem aruerunt. 7 alia autem ceciderunt in spinis. et ascenderunt spinae. et suffocauerunt ea. 8 alia uero caeciderunt in terram bonam. et dabant fructum. aliud centesimum. aliud sexagesimum. aliud tricesimum. 9 qui habet aures audiendi audiat 10 et accedentes discipuli eius dixerunt ei. quare in parabolis loqueris eis. 11 ad ille respondens ait illis. quia uobis datum est nosse mysterium regni caelorum. illis autem non est datum. 12 qui enim habet dabitur ei. et abundabit. qui autem non habet. et quod habet auferetur ab eo. 13 propterea in parabolis loquor eis. quia uidentes non uident

---

derunt EZ*, cic. DLR. uenierunt D, uenenerunt Y. uolocris O; + caeli (*ex Luca* viii. 5) QR *vg. cum graecis sat multis et b ff₁ h et corr. uat.* (*sed non marg.*); *improbat* caeli *cod. caraf.* commederunt E. eam H.

5. alia uero X*. ciciderunt DLR. petrossa D. hubi C. *om.* **non** L. **habebant** *cum* EPJKL MRT^cW *vg. cor. uat. mg. et b c g₁, cf.* habent *k*: habebat ABCDFHΘMOQT*(abebat)VXYZ *cor. uat.** *et d f ff₂ h q, cf.* erat *e ff₁*: *Graeci* εἶχεν *sed post* αὐτά. **exorta**: orta J. **quia non habebant** (διὰ τὸ μὴ ἔχειν) *codd. pl. et vg.*: q. n. habebat T* (ab.)Z*. terre X.

6. horto C; ortu R, exorto W; mortuo Z* (orto Z^c). estuauerunt RW. **quia** *int. lin.* O; qui DH*R. **non habebant** (abebat T*) **radicem**: > radicem non hn̄t D. radcem L. haruerunt C.

7. *om.* **autem** L. caeciderunt C, cic. DLR. spine W. soffocauerunt L.

8. **alia**: alii D. **uero**: autem L *vg.* caeciderunt C, cic. DLR. dabunt EQ. aliut CP*Z* *ter*, Y *semel.* centensimum EZ*, centisimum Y, centissimum PL; ·c· DR. sexagensimum CEPZ*, sexagissimum L; ·lx· DR. tricensimum CPFZ* tricentissimum E, trigesimum S, trigissimum L; ·xxx· DR.

9. **audiat**: audiet L.

10. adcedentes O, accidentes L. **discipuli** + eius HΘR *cum graecis aliquot et a b c d f g₁ h* (*non ff₁.₂ q*). *om.* **ei** R. parabulis CPLR, parapolis Z. **loqueris eis** (*cum graeco*) BDEP^mgFH^cΘJKLM MO^cQRTVWXZ *vg.*: *om.* **eis** ACP*H*O*Y.

11. **illis** *pr.*: eis D. nose D. **mysteria** (mist. PLRTW *cor. uat.*): misterium DEQ, mysterium S *cum a c d f ff₂ g₁ l q corp. et S. ioh. oxon., cf.* sacramentum *k* (*sed* mysteria *e*, mis. *b*, arcana *ff₁ h*). celorum W. > datum est Q.

12. dauitur O. **ei**: illi D. habundabit CLW, abundauit E*O*. **qui autem**: ei autem qui BX*; et qui E. abet *bis* C. **et quod**: aetiam quod E. *Pro* et quod habet *cor. uat. marg.* 'et quod uidetur habere' *si rem recte perspicio, ex* xxv. 29 (*ut monet cor. uat.*). **auferetur** (ἀρθήσεται): aufertur Θ*, auferatur R. hab eo C; ab eos W.

13. + et *ad init. uers.* P. parabulis P¹LR. **loquor eis**: loqueris eis DE, loquor uobis *corp. oxon.* **quia** + non W* (*sed expunctum*). **uident** + & audiē W* (*sed exp.*). **non audiunt** (οὐκ

14 et adimpletur eis prophetia esaiae dicens
auditu audietis et non intellegetis
et uidentes uidebitis et non uidebitis
15 incrassatum est enim cor populi huius
et auribus grauiter audierunt
et oculos suos cluserunt
ne quando oculis uideant
et auribus audiant
et corde intellegant
et conuertantur et sanem eos.
16 (134. 5) Uestri autem beati oculi quia uident
et aures uestrae quia audiunt
17 amen quippe dico uobis
quia multi prophetae et iusti cupierunt uidere quae uidetis et non uiderunt
et audire quae auditis et non audierunt
18 (135. 2) uos ergo audite parabolam seminantis
19 omnis qui audit uerbum regni et non intellegit

---

et audientes non audiunt neque intellegunt. 14 et adimpleretur in eis prophetia esaiae dicentis auditu audietis. et non intellegetis. et uidentes uidebitis. et non uidebitis. 15 incrassatum est enim cor populi huius. et auribus grauiter audierunt. et oculos suos cluserunt. nequando oculis uideant et auribus audiant. et corde intellegant. et conuertantur. et sanem eos. 16 uestri autem beati oculi quia uident. et aures uestrae quia audiunt. 17 amen dico uobis. quia multi prophetae et iusti. cupierunt uidere quae uos uidetis. et non uiderunt et audire quae uos auditis. et non audierunt. 18 uos ergo. audite parabolam seminantis. 19 omnis qui audit uerbum regni. et non intellegit. uenit malus. et rapit quod seminatum

---

ἀκούουσι) : non audient ABFH*QX*YZ* ; *ueteres plerumque* ut uidentes non uideant et audientes non audiant *uel similia ut a b c d* (*et* D *gr.*) *e ff*$_{1.2}$ *h k* ; *sed Hieronymus in comm. et f q cum nobis. Lectio* audient *unde fluxerit nescio.* **neque** : nec Q. intelligunt ΘJW *vg.* ; intellegant E ; intellegent H* (-gunt H^{c}).

14. **et** (καὶ *graeci fere omnes*, καὶ τότε D) *cum* CP*FHJMWQC : ut (*sine auct. graec.*) ABDE P^{mg}ΘKLMQQRTVXYZSS *gat., S. ioh. oxon.* ; *uett. uel* et *uel* tunc, *sed* et ut *g*$_2$. **adimpletur** (ἀναπληροῦται) *cum* C(adin.)JMO*T*WQC, *et* inpletur P*, *cf.* adimpletum H (*sine* est) : adimpleatur AFKMTc VXcYZSS ; adimpleretur BDE ΘQX*, adinpl. P^{mg}LR ; adimpleritur Oc *sine auct. graec.* ; πληρωθήσεται (D^{gr}) *exprimitur ab* implebitur *uel* compl. *c d ff*$_{1.2}$ *g*$_1$ *h k*, impletur *a*, completur *q*, adimpleretur *f** ; *om. b.* **eis** *codd. pl. et a c g*$_2$: in eis CP^{mg}FTWZ^{1} *vg. cum f ff*$_2$ *g*$_1$; in illis *b ff*$_1$ *h*, super eos *k* ; *om. a c g*$_2$. profetia DPLOR, prophetiae E* (*corr. m. p.*). isaiae DKMMTOVWZQSC, hesayae C, esayae T, iessaiae L, issaie P. **dicens** (ἡ λέγουσα) ACP* FHΘKMMTO*TWXYZ *cum k* : dicentis BDEJ Lc(-tus L*)Oc(-tes)QRV(-tes)S (*sine auct. graec.*) *cum a b c f ff*$_{1.2}$ *g*$_1$ *h q*, dicentes *d* (λέγουσα). **et non** + audietis neque B ; *in* X *etiam est rasura fere unius lineae.* **non intellegetis** (οὐ μὴ συνῆτε) *codd. pl. et* Θ^{1}Z^{1}, non intelligetis W *vg.* : non intellegitis B(neque)DJLORXZ^{1}, -igitis HΘ*. uidentis H. uedebitis *pr.* D. uideuitis *sec.* O.

15. **incrasatum** DER. *om.* **enim** T. > enim est BX. **auribus** + suis (+ αὐτῶν ℵC) DPLQR *cum b c g*$_2$ *h* (*k* ?). **audierunt** (ἤκουσαν) : audiebant J. **hoculos** C, occ. D. *om.* **suos** Z* (+ Z^{2}). **cluserunt** *cum* ACFHΘJMO*YZc, clusserunt R, clauserunt BKMTO$^{rec.}$TVWXZ* *vg. Tisch. d f ff*$_{1.2}$: concluserunt DEPL *g*$_2$ *h*, conclusserunt Q. **hoculis** C. > uideant oculis R *vg.* intelligant HΘJKW *vg.* conuertātur Z*, *lineolam deleuit corr.* sane R. *Post hunc uersum* + et iterum incrasatum est cor populi huius et aures eorum obstruerunt et oculos suos conpraeserunt ne quando conuertatur et sanem eos Q *ex aliqua uersione nobis ignota.*

16. **hoculi** C. **quia** (ὅτι) : qui LQRTW. **uestre** R. **quia** *sec.*: quae HLR, que Tc (e *in ras.*) ; qui D.

17. **amen quippe** (ἀμὴν γάρ *gr. plurimi*) : *om.* **quippe** (*cum* ℵX *gr.*) CO*RT *a b c f ff*$_{1.2}$ *g*$_{1.2}$ *h.* > dico uobis quippe quia L. profetae PLOR, profaetae D, prophete W. **cupierunt** : uoluerunt E. **quae** (*pr.*) : que H$^{\backprime}$ + uos L. uidistis EJ ; audetis Q. **uiderunt** : audierunt Q. **audire quae** + uos DL. audistis BCEPJOX*. *om.* **et aud. q. aud. et non aud.** R.

18. **ergo** : autem DLQ. parabulam CPLR. saeminantis C, seminantes O*.

19. **omnis** + enim HcΘR. **audit** : audierit F. intelligit HΘJKTW *vg.* **malus** (ὁ πονηρός) : malignus DLQR *d h.* rapuit R ; + illud Q. saeminatum *et* saeminatus C. **hic est q. s. u. seminatus** (-tum T) **est** : *om.* J. > sem. est secus uiam R.

uenit malus et rapit quod seminatum est in corde eius
hic est qui secus uiam seminatus est
[20] qui autem supra petrosa seminatus est
hic est qui uerbum audit
et continuo cum gaudio accipit illud
[21] non habet autem in se radicem
sed est temporalis
facta autem tribulatione et persecutione propter uerbum
continuo scandalizatur
[22] qui autem est seminatus in spinis
hic est qui uerbum audit
et sollicitudo saeculi istius et fallacia diuitiarum suffocat uerbum
et sine fructu efficitur
[23] qui uero in terram bonam seminatus est
hic est qui audit uerbum et intellegit
et fructum affert
et facit aliud quidem centum
aliud autem sexaginta
porro aliud triginta.
[24 (137. 10)] Aliam parabolam proposuit illis dicens
simile factum est regnum caelorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo
[25] cum autem dormirent homines uenit inimicus eius
et superseminauit zizania in medio tritici et abiit

---

est in corde eius. hic est qui secus uiam seminatus est. [20] qui autem supra petrosa seminatus est. hic est qui uerbum meum audit et continuo cum gaudio accipit illud. [21] non habet autem in se radicem sed est temporalis. cum autem facta fuerit tribulatio uel persecutio propter uerbum continuo scandalizatur. [22] qui autem in spinis est seminatus hic est qui uerbum audit et sollicitudo saeculi huius et fallacia diuitiarum suffocat uerbum. et sine fructum efficitur. [23] qui uero in terram bonam seminatus est. hic est qui audit uerbum et intellegit. et fructum affert. et facit. aliud centesimum. aliud autem sexagesimum. aliud tricensimum. [24] aliam parabolam proposuit eis dicens simile est regnum caelorum. homini qui seminabit bonum semen in agro suo. [25] cum autem dormirent homines uenit inimicus

---

20. super ƎPLORW *vg.* petrosam X^{c}. semina///tus T, saeminatus C. **uerbum** + dei ϛ. > audit uerbum QR. cumtinuo C. accepit JO, recepit E. illut Z* (*corr.* Z^{2}).

21. abet C; habens E. **autem**: *om.* R; + h^{r} L*. > temporalis est Q. tribulatio E*, +ne *in mg.* E^{1}?. **et**: hac E, ac Q. persequutione Θ; persecutio E*, ne *sup. lin.* E^{c}; perse *sic* R. scandaliszantur E, scandalizantur W.

22. **est sem. in spinis** (*contra ordinem graec.*) *cum* AC(saem.)FHΘKMMTVWX^{c}YZ: > seminatus est in spinis DEƎPJLQ *vg.*, seminatũ est in spinis T; in spinis seminatus est (*εἰς τὰς ἀκάνθας σπαρείς*) BRX*; est in spinis seminatus O. **uerbum** + dei ϛ. solicitudo R *vg.*; sollicitudines C. seculi C *vg.* **istius**: huius J. fallatia EHK. diuitarum D. suffocant DELQ (*cum pluralis in quibusdam praecedat e. g.* uoluntates *a*, uoluptates *b forsan ex* ἀγαπαί *pro* ἀπάτη *uel* ἀπάται); suffocauit R. efficiuntur E.

23. **in terram bonam** (*ἐπὶ τὴν καλὴν γῆν*) *cum* DƎPFKLMMTOQRTVW *vg.*; > in bonam terram E: in terra bona ABCHΘJXYZ. saem. C. **audit**: autem *lapsu* Z*, *corr.* Z^{1}. *om.* **uerbum** TW. > uerbum audit L. intelligit ΘKJTW *vg.* adfert DEƎP^{mg}JLMMTRZ; afferet F; *om.* V. *om.* **et facit** E. aliut *ter* CƎP*(-dƎP^{1})Z*(-dZ^{1}). **centum** ABFH*KMMTOVXYZ* (·c· D): centesimum CH^{c} ΘJTWZ^{1} *vg.*, centissimum LQR, ·c·mum E. alium E. *om.* **autem** EJ. **sexaginta** A *etc.* (·lx· D): sexagesimum H^{c}ΘJTWZ^{4} *vg.*, sexagensimum C, sexagissimum LQR, lxmum E. **porro aliud** (*contra graecum* ὃ δέ) ABDFHΘJK LMMTORVXYZ(aliut*): aliud(·t) uero CTW *vg. Tisch.*; alium E, aliud Q *sine aduerbio.* **triginta** A *etc.* (·xxx· D): tricesimum H^{c}ΘJTWϛ, trigesimum Z^{4}, tricensimum CQ, tricissimum R, triginsimum L, trigentissimum E.

24. parabulam CƎPLR. **proposuit** (*παρέθηκεν*): propossuit DEƎPL; possuit R. **illis**: eis EƎPLQ. **simile** (*sequitur ras. unius lit.* X; + enim W) **factum est** (*ὡμοιώθη*): simile est ER *corp. oxon. Hier. om.* **caelorum** C. > homini regnum caelorum Q. **qui seminauit** (saem. C, seminabit T) = *σπείραντι*: qui seminat (*σπείροντι*) E *cum graecis multis, cf.* seminanti *d h k δ Aug.* saemen C.

25. quum Θ (*non* C). dormierent R*, dormierunt R^{c}, dorrent O. hominis O*. in imicus D. **superseminauit** (super sem. AD, supersaem. C, superseminabit T) *codd. et vg.* = *ἐπέσπειρεν*: semi-

[26] cum autem creuisset herba et fructum fecisset
tunc apparuerunt et zizania
[27] accedentes autem serui patris familias dixerunt ei
domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo?
unde ergo habet zizania?
[28] et ait illis inimicus homo hoc fecit
serui autem dixerunt ei
uis imus et colligimus ea?
[29] et ait non
ne forte colligentes zizania eradicetis simul cum eis et triticum
[30] sinite utraque crescere usque ad messem
et in tempore messis dicam messoribus
colligite primum zizania
et alligate ea fasciculos ad comburendum
triticum autem congregate in horreum meum.
[31 (137. 2)] Aliam parabolam proposuit eis dicens

---

eius et superseminauit zizania in medio trittici. et abiit. [26] cum autem creuisset herba. et fructum fecisset. tunc apparuerunt et zizania. [27] accedentes autem serui patris familias. dixerunt ei. domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo. unde ergo habet zizania. [28] ad ille dixit eis. inimicus homo hoc fecit. serui autem dixerunt ei uis ergo euntes colligimus ea. [29] at ille ait eis non. ne forte colligentes zizania eradicetis simul et tritticum. [30] sinite utraque crescere. usque ad messem. et in tempore messis dicam messoribus colligite primum zizania et alligate fasciculos. ad comburendum ea. tritticum autem. congregate in horreum meum. [31] aliam parabolam. locutus est eis dicens. simile est regnum caelorum.

---

nauit (ἔσπειρεν *graec. mult.*) *uett. e q.* **zizania** *codd. pl., et vg.* (zyz. CE, zez. DL): zizaniã Θ, *cf.* zizaniam *c et notata u.* 26. trittici BCΘOX*Z. habiit CT, abit R.

26. quum Θ (*non* C). creuesset L. erba CT, haerba R. **tunc**: + et T; *om.* L. **apparuerunt** (adp. J): apparuit ER, apparunt L. *om.* **et** DEƤPLQR (*sed* + et *post* zizania ER) *corp. oxon.* **zizania** (zyz. CE, zez. DL): zizaniae $H^{c}Θ$.

27. **patris familias** (*uno uerbo* JϚℭ): patri f. DEQ, ad patrem f. LR *cum h sed sine auctoritate graeca.* saemen C. seminas^{ti} O; *graeci uariant inter* ἔσπειρας *et* ἔσπειρες. **unde ergo** *bis, lapsu, in* D. hunde C. e^{r}go V. **zizania** (zyz. CE, zez. D): zizaniam $BH^{c}Θ$, zezaniam L.

28. *om.* **et** *ad init.* J. facit R. **serui autem dixerunt ei** *codd. pl. et vg.* (*et* εἶπον *gr. plur. cum f ff*$_1$ *h q*; *sed* λέγουσιν ℵBCD *et* dicunt *a b c e ff*$_2$ *g*$_1$ *k*): > dix. autem ei serui R, *cf. ordinem* D *graeci et a b c e ff*$_2$ *g*$_1$ (*h*) *k.* **uis imus** *codd. et vg.*: uisimus R, uissimus? L* (uis//imus L^{c}); uis ibimus J; *graeci contra paene omnes* θέλεις οὖν ἀπελθόντες *κ.τ.λ. cum f q* (ergo), *sed om.* οὖν D *gr.* 252* *et* uis imus *a b c e ff*$_1$, uis euntes *d*, euntes *h*, uis eamus *k.* **colligimus** *cum* ABFΘKMMϚORTVWXYZ *vg.*, collegimus CƤH, cullegimus L: colligemus EJQ, colleg. D. *Graeci uariant inter* συλλέξωμεν *et* συλλέξομεν.

29. **ait** + eis QR; + illis E; *cum* D *graeco, et similiter uett. a b f h k.* collegentes DƤ*L. **zizania** (zyz. CE, zez. DL): zizaniam $H^{c}Θ$ *et fortasse* Z* *qui habet ras.* **eradicetis** (her.) **simul cum eis et** (*om.* **et** L) **triticum** (tritt. BCΘTXZ) *hoc ordine* BCEƤΘJKLMMϚRTVWX*ZƤ𝔖ℭ *Hier. cum graecis plurimis* ἐκριζώσητε ἅμα αὐτοῖς [καὶ] τὸν σῖτον, *sed non habent graeci* καί; *similiter* eradicetis cum eis simul et triticum D, *et* eradicetis simul (*om.* **cum eis**) et triticum Ϛ *cum a b c f ff*$_2$ *g*$_1$ *h q*: > eradicetis simul et triticum (tritt. O) cum eis AFHOX^{c}Y *cum* D *graeco et d* (εκριζωσητε αμα και τον σειτον συν αυτοις); > simul et triticum cum eis eradicetis Q.

30. + sed *ad init.* DELQR *corp. ox. cum a b c g*$_{1, 2}$ *h.* senite R*, sinete Ƥ. hutraque C. **crescere usque** *in mg. addita* H. crescire simul (συναυξάνεσθαι *quod nullus alius, quod scio, Latinorum exprimit*) L. husque C. mensem L, mesem Ƥ, missem R. mesis ƤL, missis MϚ. **messoribus** (mæssoribus E) + meis DLQR *cum h gat. corp. ox.* collegite DƤ, collite L. **zizania** (zyz. CE, zez. DL): zizaniam $H^{c}Θ$. **alligate** (adl. J): collegite L. **ea**: eam HΘ (*forsan pro* ea in); *om.* T. **fasciculos** *sine* in (*cum graecis* LXΔ 1 *al.*) *codd. pl., uett. etiam* fasciculis E *a*, fasciculo R: + in *ante* **fasciculos** (εἰς δεσμάς) *vg. cum ff*$_1$ *et cf.* eam HΘ. **comburendum** *cum* ABFMMϚOQRWX YZ^{1} *vg.*; cumb. J: conb. CEƤHΘKLTVZ*, concub. D. tritticum BCΘOTXZ. *om.* **autem** L. congregat//e Ƥ (*ras. unius lit.*); congrega L. orreum LRT.

31. + et *ad init.* B. parabulam DƤLR. pro-

simile est regnum caelorum grano sinapis
quod accipiens homo seminauit in agro suo
32 quod minimum quidem est omnibus seminibus
cum autem creuerit maius est omnibus holeribus
et fit arbor
ita ut uolucres caeli ueniant et habitent in ramis eius.
33 (138. 5) Aliam parabolam locutus est eis
simile est regnum caelorum fermento
quod acceptum mulier abscondit in farinae satis tribus
donec fermentatum est totum.
34 (139. 6) Haec omnia locutus est iesus in parabolis ad turbas
et sine parabolis non loquebatur eis
35 ut adimpleretur quod dictum erat per prophetam dicentem
aperiam in parabolis os meum
eructabo abscondita a constitutione mundi.
36 (140. 10) Tunc dimissis turbis uenit in domum
et accesserunt ad eum discipuli eius dicentes
dissere nobis parabolam zizaniorum agri

---

grano sinapis quod accipiens homo seminauit in agro suo 32 quod minimum quidem est omnium seminum. cum autem creuerit. maius est omnibus oleribus. et fit arbor. ita ut uolucres caeli ueniant. et habitent in ramis eius. 33 aliam parabolam. locutus est eis. simile est regnum caelorum fermento. quod acceptum mulier abscondit. in farinae mensuris tribus donec fermentatum est totum. 34 haec omnia locutus est iesus in parabolis ad turbas. et sine parabolis nihil loquebatur eis. 35 ut adimpleretur quod dictum est. per prophetam dicentem aperiam in parabolis os meum. eructuabo absconsa. a constitutione mundi. 36 tunc dimissis turbis uenit in domum iesus. et accesserunt ad eum discipuli eius. dicentes.

---

possuit EP̄R, praepossuit L (*παρέθηκεν graeci plurimi, sed* ἐλάλησεν DL* 1. 13. 124. 346 *quod sequuntur a b c d e f ff₂ h k*; *sed* proposuit *ff₁ g₁ q*. synapis DE, sinapit C, spinapis Y. saeminauit C, seminabit T.

32. *om.* **quidem** Q. saeminibus C, seminb. L. **maius**: maior KZ* (*corr.* Z¹) *cum* D *graeco etc.* **est**: fit EQ. **seminibus c. a. cr. m. est omnibus** *om.* F *per homoeotel.* **holeribus** *cum* ABCDEP̄¹ FHΘKMM̄QWYZ, holoribus J, horelibus V: oleribus P̄*L (*sed puncto praemisso*) ORTX *vg. Tisch.* **et fit**: effit Y. celi W. uenient L. inhabitent LQ, habitant P̄*RY.

33. parabulam DP̄LOR. loquutus ΘX*, loqutus L. **eis** *sine addit. cum* CFHΘJKMM̄OTVWX YZ *vg.*: + dicens ABDEP̄LQR *Tisch. h q cum gr.* ℵCLMUX 13. 124. 126. 243 *Tisch.* celorum W. quod accepto DE*O (quo accepto g_1), *cf.* quod accepto a_2 (*non a*) *q ad Lc.* xiii. 19; quod accipit E². **abscondit in farinae** *om.* E. farine W; -na DQR. **tribus**: ·III· D. fermentum est L.

34. hec W. loquutus Θ, loqutus L. *om.* ihs̄ R *et* > ad turbas in parabulis R. **in parabolis** DP̄L, **in parabobis** Y. **et sine parabolis** (-bulis P̄L O*R) **non loquebatur** (-quaebatur E, -quaeuatur L) **eis** *codd. pl. vg.*, *a* (*b*) *c f* (nihil) *ff₁ g₁ h* (illis) *q aur. ff₂*: et sine parabola (-bula D) n. l. eis DT* *cum graecis ut udtur omnibus, cf.* sine parabolis uel -a δ, sine parabola *d*, sine similitudine *k*, sine parabolas *e*, *om.* Z* (+*in mg.* Z² *ut* A *etc.*).

35. **adimpleretur** *cum* AJWX²Y *corp. oxon. Harl.* 2826, *et* adinpl. DP̄LR: impleretur BFH ΘKMM̄VX*Z *vg. Hier.*, *et* inpl. CELOQT. **dictum erat** ACP̄¹FHLMTY *vg. Tisch.*: d. est BDEP̄*(*ut udtur*)ΘJKM̄OQRVWXZ *Hier.* **per** + esaiam R *cum gr.* ℵ* 1. 13. 33. 124. 253 *Tisch. Cf. Hieron. ad loc.*: '*Legi in nonnullis codicibus et studiosus lector forte reperiet idipsum, in eo loco ubi nos posuimus et uulgata habet editio* ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem, *ibi scriptum* per isaiam prophetam dicentem;' *Ipse credebat uerum esse* per asaph prophetam. profetam DP̄LOR. parabulis P̄LR. ós Y, hos C. heructabo C, eructibo E, eructuabo BFHJMM̄V, *cf. Rönsch. It. und Ug. pp.* 363, 467. absconsa P̄^mg LQR.

36. dimisis EL, demissis OR. *om.* **in** E. **dicentes** + domine Q. **dissere** (*φράσον*) ABCD E*P̄ (disere) FHJKLMM̄OQRVXYZ: edissere E²ΘTW *f vg.*, *sed* enarra (*διασάφησον* ℵ*B *W. H.*)

37 qui respondens ait
qui seminat bonum semen est filius hominis
38 ager autem est mundus
bonum uero semen hi sunt filii regni
zizania autem filii sunt nequam
39 inimicus autem qui seminauit ea est diabolus
messis uero consummatio saeculi est
messores autem angeli sunt
40 sicut ergo colliguntur zizania et igni comburuntur
sic erit in consummatione saeculi
41 mittet filius hominis angelos suos
et colligent de regno eius omnia scandala
et eos qui faciunt iniquitatem
42 et mittent eos in caminum ignis
ibi erit fletus et stridor dentium
43 tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui
qui habet aures audiat.
44 Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro
quem qui inuenit homo abscondit
et prae gaudio illius uadit et uendit uniuersa quae habet et emit agrum illum.
45 Iterum simile est regnum caelorum homini negotiatori
quaerenti bonas margaritas
46 inuenta autem una pretiosa margarita

---

edissere nobis. parabolam zizaniorum agri. 37 ipse autem respondens dixit eis. qui seminat bonum semen est filius hominis. 38 ager autem est hic mundus. bonum autem semen. hi sunt filii regni. zizania autem sunt. filii maligni. 39 inimicus autem qui seminauit ea est diabolus messis uero consummatio est saeculi. messores autem angeli sunt. 40 sicut ergo colliguntur zizania. et igne comburuntur. sic erit in consummatione saeculi huius. 41 mittet filius hominis angelos suos. et colligent de regno eius. omnia scandala. et eos qui faciunt iniquitatem 42 et mittent eos in caminum ignis. ibi erit fletus et stridor dentium. 43 tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. qui habet aures audiendi audiat. 44 iterum simile est regnum caelorum. thensauro absconso in agro. quem inueniens homo. abscondit. et prae gaudio eius uadit omnia quae habet uendet. et emet agrum illum. 45 iterum simile est regnum caelorum. homini negotianti. quaerenti bonas margaritas. 46 qui inueniens. unam

---

a b ff₂ g₁ h q, narra *d k*. **parabolam** (-ulam CƎP LR): + tritici et DƎP^mg QRT(tritt.)W *gat.*, *corp. oxon.*, *sine auct. graeca*. **zizaniorum** *codd. et* L *hic et infra*: zyz. CE, zez. DR.

37. **ait** *codd. omnes sine add.*: + illis *vg. cum c ff₁* (*Belsh.*) *g₂ gat.*; + eis *f h q*. saeminat *et* saemen C. **bonum** *in mg.* Y. > filius hominis est ER.

38. **est mundus**: hic mundus R, hic m. est E, est hic m. DƎP^mg Q. **uero**: autem CD. saemen C. hii BCDEƎPHLORTWXZ*. **sunt** *om.* Z* (+ Z²). > filii sunt regni T. zyzania C, zez. DR, zezani E*. **autem** + hii ƎP. > sunt filii ƎP. **filii** (-li E) **sunt nequam**: f. s. diabuli nequam Q.

39. saeminauit C; seminat E. eam Θ. diabulus DƎP*KR, zabulus ƎP¹L; > diabolus est E. maesis E, messes L. seculi CWϚ𝔐. messeres D* (e *sec. expunct.*). **autem**: uero EQ. hangeli C, aggeli M, angueli D.

40. **sicut**: si R. colleguntur D. **ziz.** C *hic*, zyz. E, zez. D. igne 𝔖. **comburuntur** *cf. u.* 30, coburuntur O, conburuntur CƎPHJKLMTVZ: conburentur DFR *corp. oxon.* (comb.). **erit** + et EL *cum* K *gr. et e g₂*. seculi CϚ𝔐.

41. **mittet** (ἀποστελεῖ): mittit H *cum graecis paucis et e h*. hangelos C, agg. M. **colligent** (συλλέξουσιν), collegent ƎP: colliget Θ*.

42. **mittent** (βαλοῦσιν) *codd. pl. et* Z³ *vg.*: mittunt (βάλλουσιν ℵ*DX) FHMOX^c Y *cum e et codd. ap. Lachm.*, mittet BRX*. ignum W; + ardentis ER *ut Aug. de ciu. dei* xxi. 1. **ibi**: illic R.

43. **fulgebunt** (ἐκλάμψουσιν): fulgebant R. > sicut sol fulgebunt E. **patris sui** *cum* AƎP*F MOY *et c d f g₁ h k Hieron. comm. Tisch.*: eorum BCDEƎP^mg HΘJKLMQRTVW *vg. cum a b ff₁. ₂ q* (*alii* ipsorum; mei *e*); *om.* X *sed rasura est* ½ *lineae*. abet CT. **aures** *sine addit.* ACFJKM MO^sx T*VXYZ *cum graecis* ℵ*B *et a b e k*: + audiendi BDEƎPHΘLQRT^c W *vg. etc. cum graecis plurimis*: *om.* **qui h. a. audiat** O*.

44. celorum W *et* 45. thensauro JZ*. absconso D, habscondito C. **qui inuenit** (εὑρών): inueniens E (q. inuenit K *sed* in- *in ras.*). habsc. C. pre D. *om.* **et** *ante* **uendit** Z* (+ Z⁴). uadet et uendet CT. huniuersa quae abet C; omnia quae habuit R. emet CT.

45. *om.* **negotiatori** F. querenti LRW. bonas margaretas RY, bonam margaritam D *corp. ox.**.

46. in uenta D. **una pretiosa** (praet. CEƎPH

abiit et uendidit omnia quae habuit
et emit eam.
47 Iterum simile est regnum caelorum
sagenae missae in mare
et ex omni genere congreganti
48 quam cum impleta esset educentes et
secus litus sedentes
elegerunt bonos in uasa
malos autem foras miserunt
49 sic erit in consummatione saeculi
exibunt angeli et separabunt malos de
medio iustorum
50 et mittent eos in caminum ignis ibi
erit fletus et stridor dentium
51 intellexistis haec omnia?
dicunt ei etiam
52 ait illis ideo omnis scriba doctus in
regno caelorum
similis est homini patri familias
qui profert de thesauro suo noua et
uetera
53 et factum est cum consummasset iesus
parabolas istas transiit inde.
54 (141. 1) Et ueniens in patriam suam
docebat eos in synagogis eo-
rum
ita ut mirarentur et dicerent unde huic
sapientia haec et virtutes?

---

praetiosam margaritam. abiit. et uendidit omnia quae habuit et emit illam. 47 iterum simile est regnum caelorum. retiae missae in mari. quae ex omni genere piscium collegit. 48 cum autem inpleta esset eduxerunt eam ad litus et sedentes elegerunt bonos in uasis suis malos autem foris proiecerunt. 49 sic erit in consummationem saeculi. exibunt angeli. et separabunt malos de medio iustorum 50 et mittent eos in caminum ignis. ibi erit fletus et stridor dentium. 51 ait illis iesus intellexistis haec omnia dicunt ei utique domine. 52 at ille ait eis propterea omnis scribae doctus. in regno caelorum. similis est homini patrifamilias. qui profert de thensauro suo. noua et uetera. 53 et factum est. cum consummasset iesus parabolas istas. transiit inde. 54 et ueniens in patriam suam docebat eos in synagogis eorum. ita ut mirarentur. et dicerent unde huic sapientia haec et

---

LMTOZ) **margarita** (-eta L) = *ἕνα πολύτιμον μαργαρίτην, codd. et vg.*; *litteris minoribus* X: > una marg. pretiosa (pract. QR) DQR *corp. ox.* habiit HT. uendit DΦV. **omnia**: uniuersa ER. que D. abuit C.

47. sagene W, saginae DΦH*LMTR¹(-ne)Y, sanguine? R*. misse W, misae ELRY. in mari CDR. **et** *cum* BCDΘJKLMMTVWZ *vg. et graecis omnibus*: quae Q, que E.; *om.* AFHOR XY; *uett. per relatiuum reddunt* quod *etc.* **ex omni genere** *sine add. cum* CFHJLMO* $dg_2 k$ *durmach. et Walkeri* ε σ φ *Harl.* 2826: + piscium (*sine auct. graeca*) ABDEΦΘKMOᶜQR TVWXYZ *vg. Tisch. ex uett. a b c e f* ff_1 ff_2 g_1 *h q* r_2. congregati QX*; congregat D.

48. **quam cum** (ἣν ὅτε): et cum (ὅτε δέ D^{gr}) D, cumque R, *et similiter* cum autem *a b* (*e*) *f* g_1 *h* ff_2 (*k*) *q* δ. **impleta** (inpl. CDΦLO) **esset** (ἐπληρώθη): inplete essent R, conplessent B; *om.* X*. ducentes DR; *porro* eduxerunt ad litus et sedentes Q *cum graecis* ℵ* ᵉᵗ ᶜBDP *etc. et uett. q*, ed. eam ad *etc. a b f h*, ed. id ad *etc.* ff_2, educent eam ad *etc. d*, posuerunt (impos. *k*) illud ad *etc. e k*, duxerunt eam *etc.* g_1. littus BℌSℭ. uassa DEΦLQR; + sua Q. misserunt DΦLQ. > miserunt foras R.

49. **sic** + enim J. **erit** + et E. seculi CSℌ. aggeli M. seperabunt L. demidio D*.

50. et emittent Y*; et mittunt T (*cum* ℵ* D^{gr}*X *βάλλουσιν*), et mittet Z*. **eos**: ignis A *inepte*. camminum Xᶜ, caminunum L. **ibi**: ubi E.

51. + dicit eis *ad initium* D, + ait illis E, + dixit eis Q *corp. ox., sic* λέγει αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς *praemittitur in graecis plurimis et* et dixit *a*, ait illis ihs *f*, dixit autem eis g_2, et ait illis ihs *h*, dicit eis ihs *q*. intellegitis R. hec W. dicuᵘt H. *om.* **ei** RZ* (*corr.* Z²). eciam W; + dñe DΦ^{mg}QR *corp. ox. cum graecis plurimis et uett.*

27. **filius enim**: nam filius LR, filius autem EO, fil. quidem C, filius *tantum* M. hangelis C. *om.* **et** R. tu^{nc} E. redet L, reddit H. hunicuique C, unicu^{i}que E. **secundum**: iuxta R. **opus** (τὴν πρᾶξιν *gr. plurimi*) ABC(hopus)Ƥ(F *def.*)H KMMᴛOVXYZ *Hieron. cor. uat.*: opera (τὰ ἔργα ℵ*F 1. 22. 28 *etc.*) EΘJLQRTW *vg. cum uett. aliquot.* **eius**: suum Ƥ, sua R.

28. de his L, de hiis Q. adstantibus LQT. **qui**: quia L. gustabant L.

qui non gustabunt mortem
donec uideant filium hominis uenientem in regno suo.
XVII. Et post dies sex assumsit iesus petrum et iacobum et iohannem fratrem eius
et ducit illos in montem excelsum seorsum
[2] et transfiguratus est ante eos
et resplenduit facies eius sicut sol
uestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix
[3] et ecce apparuit illis moses et helias cum eo loquentes
[4] respondens autem petrus dixit ad iesum
domine bonum est nos hic esse
si uis faciamus hic tria tabernacula
tibi unum et mosi unum et heliae unum
[5] adhuc eo loquente ecce nubis lucida obumbrauit eos
et ecce uox de nube dicens
hic est filius meus dilectus
in quo mihi bene complacui
ipsum audite
[6] et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam
et timuerunt ualde
[7] et accessit iesus et tetigit eos
dixitque eis surgite et nolite timere
[8] leuantes autem oculos suos neminem uiderunt nisi solum iesum

---

donec uideant filium hominis uenientem in regno syo. XVII. [1] Et post dies sex adsumsit iesus petrum. et iacobum et iohannem fratrem eius. et duxit illos in montem excelsum seorsum [2] et transfigurauit se in conspectu eorum. et resplenduit facies eius sicut sol. uestimenta autem eius. facta sunt alba sicut nix. [3] et ecce apparuerunt eis moyses et helias. cum eo loquentes. [4] respondens autem petrus dixit ad iesum domine. bonum est nos hic esse. si uis faciamus hic tria tabernacula tibi unum et moysi unum et heliae unum. [5] adhuc eo loquente ecce nubes lucida obumbrauit eos. et ecce uox de nube dicens hic est filius meus dilectus in quo mihi bene conplacuit. ipsum audite. [6] et audientes discipuli caeciderunt in faciem suam et timuerunt ualde. [7] et accessit iesus et tetigit eos dicens surgite et nolite timere. [8] leuantes autem

---

XVII. 1. **et** + factum est ELQR *cum* D^{gr} ἐγένετο *et uett. pl.* (*non f q*). **sex** : ·VI· W. **assumsit** BFHMX, adsumsit ALOQRTYZ^{2}, adsumpsit ℙ ΘJOZ*, assumpsit EKMTWϚS (*omnes contra auct. graecam* παραλαμβάνει): adsumit C *Tisch.*, assumit V𝔓𝔖 *et cor. uat.* (*sed marg.* assumpsit) ; assumens *Hieron. Perfectum uidetur ex Luc.* ix. 28 *fluxisse, legitur enim in ueteribus a b c e f ff*$_{1.2}$ *g*$_{1}$ *q etc., etiam* suscepit *d.* ioannem S𝔖. **ducit** : duxit QR^{c}(dixit R*)ϚS *cf. cor. uat.* '*in ecclesia* assumpsit . . . duxit.' **illos** : eos E ; illis M. sehorsum C.

2. *Deficit* B *usque ad finem uersus* 13. **transfiguratus** : praefiguratus W. hante C. resplendeuit R, resplendidit Q. **sunt** : sun M. **alba** : *om.* R* (+ R^{suae}) ; candida ℙ^{mg}. **sicut nix** : uelut nix E.

3. *om.* **ecce** R. aparuit L ; apparuerunt JKMT W *vg.* **illis** : eis KMORVX*Z. **moses** ACFM XYZ : moyses EHΘJKLMTORVW *vg.*, moises ℙ, molses T. helyas W, heleas L, elias T *vg.* cum illo R.

4. ihesum C. *om.* dñe M *cum* s *scriv. et syr. cu.* **nos** : nobis EℙHΘLO^{c}QR. hiic E. **faciamus** : faciam ℙ*MO*Y *cum graecis* ℵBC* *et b ff*$_{1}$. *om.* **hic** *sec.* JRZ*(+ Z^{1}) *cum* 252* *gr. et ff*$_{1}$ *g*$_{1}$. trea K LMTR*V. tauernacula O. > unum tibi Q. *om.* **et** *prim.* HΘTWX*. **mosi** AFMXYZ : moysi CEHΘJKLMTORVW *vg.*, moisi ℙ, molsi T. helie CW, elie T, eliae *vg.*

5. + et *ad init.* J. athuc X^{c}Y, aduc T. **loquente** + et Θ. **nubis** AℙP*FHMOQTXY nubes ΘJKMTVWZ *vg.*, nubs CEℙ^{mg}LR. hobumbrauit C, obumbrabit T ; inumbrauit L *a b e ff*$_{2}$ *n.* *om.* **ecce** *sec.* R* (+ R^{suae}). uos Z* (uox Z^{1}). *om.* **est** Z* (*corr.* Z^{2}). *om.* **bene** L. **complacui** (*cf.* ἐν ᾧ εὐδόκησα *uel* ηὐδόκησα) *cum* W *Hieron. vg., a b c ff*$_{1}$ (*de orthographia cf. Luc.* xii. 32 *et infra* complacuit), *et* conplacui EℙJKLMTO^{c}QR YZ *corr. uat. d ff*$_{2}$ *g*$_{1}^{c}$ δ, *cf.* sensi *e* ; *confer* iii. 17, *ubi codd. fere omnes personam primam habent* : complacuit ACFHΘMXY *et* conpl. O*T *f g*$_{1}$* *q*, placuit *m cf. Luc.* iii. 22 in te complacuit mihi.

6. **et** + ecce LQ. caecider. C, cicider. LR*. faciam LR.

7. **eos** : illos X. **dixitque** : et dixit Q. surgete O. *om.* **et** *tert.* CJKMTVX* (+ X^{c}).

8. hoculos C. uederunt L.

9 et descendentibus illis de monte praecepit iesus dicens
nemini dixeritis uisionem
donec filius hominis a mortuis resurgat.
10 (173. 6) Et interrogauerunt eum discipuli dicentes
quid ergo scribae dicunt quod heliam oporteat primum uenire?
11 at ille respondens ait eis
helias quidem uenturus est
et restituet omnia
12 dico autem uobis quia helias iam uenit et non cognouerunt eum
sed fecerunt in eo quaecumque uoluerunt
sic et filius hominis passurus est ab eis
13 tunc intellexerunt discipuli quia de iohanne baptista dixisset eis.
14 (174. 2) Et cum uenisset ad turbam
accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum 15 dicens
domine miserere filio meo
quia lunaticus est et male patitur
nam saepe cadit in ignem
et crebro in aquam
16 et optuli eum discipulis tuis et non potuerunt curare eum.
17 Respondens iesus ait o generatio incredula et peruersa
quo usque ero uobiscum?

---

oculos suos neminem uiderunt nisi solum iesum. 9 et descendentibus illis de monte praecepit eis iesus dicens nemini dixeritis hanc uisionem. donec filius hominis a mortuis resurgat. 10 et interrogauerunt eum discipuli eius dicentes quid ergo scribae dicunt quod heliam oportet primum uenire. 11 iesus autem respondens ait illis. helias quidem ueniet primum et restituet omnia. 12 dico autem uobis. quia helias. iam uenit. et non cognouerunt eum. sed fecerunt ei. quaecumque uoluerunt. sic et filius hominis passurus est ab eis. 13 tunc intellexerunt discipuli. quia de iohanne baptista dixisset eis.

14 et cum uenisset ad turbam. accessit ad eum homo genibus prouolutus. 15 et dicens. domine. miserere filio meo quia lunaticus est. et male patitur. frequenter enim cadit in ignem. et aliquando in aquam. 16 et obtuli eum discipulis tuis. et non potuerunt curare eum. 17 respondens autem iesus ait o. generatio incredula et peruersa. quousque ero uobis-

---

9. discendentibus ℙFLR, descentibus M̄. mōtem O*. praecipit ℙLQR; + eis (*cum graeco* αὐτοῖς) H¹? LO^c RX^c 𝔐𝔖𝔗; + illis Θ. *om.* **ihs dicens nemini** J. **uisionem** + hanc ℙ^mg R. **homi** (*pro* hominis) L. ^a mortuis T.

10. > discipuli dicentes eum W. **discipuli** + eius R. **ergo**: enim Q. scribe ELW. **quod**: quia F. eliam *vg.* **oporteat**: oportet = δεῖ C (hop.) EJLQRTWZ*; > primum oportet QT.

11. **ait eis** CℙΘJKLMM̄ORTVWXYZ *vg. cum* g_1, ait illis EFQ *Hieron. f aur.*, > eis ait L: ait *tantum* AH *Tisch. a b c d* $ff_{1.2}$, dixit *e*, dixit illis *q*; *uariant graeci.* elias T *vg.* *om.* **quidem uent.** *ad* **helias** *u.* 12 *propter homoeoteleuton* L.

12. **quia**: quod Eℙ^mg. elias T *vg.* cognuerunt R. in eum X*. quaecunque ϛ𝔐. hab C.

13. intellexserunt C. di^s cipuli O. ioanne 𝔖𝔗. babtista L, baptiza ℙ*, -izta ℙ¹. **dixisset**: dixit CEℙ^mg Q. *om.* **eis** Aℙ*FH*JO*XY.

14. quum Θ (*non* C). ueniss L. **turbam** (ὄχλον) *codd. et vg.*: turbas JLQR. **genibus prouolutus** (γονυπετῶν) EHJKLM̄RVWZ *vg. b c f* ff_1 *q r cf. Tac. Ann.* xi. 30, xii. 18: g. prouolutis ABCℙFΘMOQTXY (>p. g. *e*) ff_2, g. prouolutibus g_1, g. prouolutans *a*, adgeniculans *d*. hante C.

15. misserere L. **filio meo** (τὸν υἱόν) BCFH ΘKLMM̄O^c QRTVWX*Z⁴ *vg.*: filii mei AE^c (fili E*) ℙJO*X^c YZ*. **patitur** (πάσχει): torquetur R *cum b.* sepe ℙLRW. *om.* **et** *sec.* JZ* (+ Z⁴). in aqua M̄Z*.

16. **optuli** *cum* A (F *def.*) HJKMM̄QTVYZ^c: obtuli BEℙΘLOWXZ* *vg.*, hob. C, obtulli R, *cf. ad* ii. 11. *om.* **eum** M̄. **tuis**: suis L. *om.* **eum** *sec.* BL.

17. + tunc *ad init.* J. **respondens** *sine addit. codd. et* 𝔐: + autem ERϛ𝔖𝔗 *Hieron. Tisch. cum graecis.* **ait** + illis E. **quo usque** A *etc.*, quo husque C, quousque ΘJWY *vg.*: quoad usque O^c, usque quo R. *Deinde* **usque quo** *codd.*, husque quo C, usquequo JW *vg.*: quo usque M, quousque Θ. paciar W. adferte BEℙΘJLORZ* (aff. Z²); + mihi Q. *om.* **huc** L. > illum huc EQR.

usque quo patiar uos?
afferte huc illum ad me
18 et increpauit eum iesus
et exiit ab eo daemonium
et curatus est puer ex illa hora.
19 (175. 5) Tunc accesserunt discipuli ad iesum secreto et dixerunt
quare nos non potuimus eicere illum?
20 dicit illis propter incredulitatem uestram
amen quippe dico uobis
si habueritis fidem sicut granum sinapis
dicetis monti huic transi hinc et transibit
et nihil inpossibile erit uobis
21 hoc autem genus non eicitur nisi per orationem et ieiunium.
22 (176. 2) Conuersantibus autem eis in galilaea dixit illis iesus
filius hominis tradendus est in manus hominum
23 et occident eum
et tertio die resurget
et contristati sunt uehementer.
24 (177. 10) Et cum uenissent capharnaum
accesserunt qui didragma accipiebant ad petrum et dixerunt
magister uester non soluit didragma?
25 ait etiam
et cum intrasset domum praeuenit eum iesus dicens

---

cum. usquequo patiar uos. afferte huc illum ad me. 18 et comminatus est ei iesus. et confestim exibit ab eo daemonium. et curatus est puer ex illa hora. 19 tunc accesserunt discipuli ad iesum secreto et dixerunt ei. quare nos non potuimus eicere illum. 20 iesus autem dixit illis. propter incredulitatem uestram. amen dico uobis si habueritis fidem sicut granum sinapis. dicetis monti huic. transi hinc illuc et transiet. et nihil inpossibile erit uobis. 21 hoc autem genus in nullo eicitur. nisi in oratione et ieiunio. 22 conuersantibus autem eis in galilaea dixit illis iesus futuru est ut filius hominis. tradatur in manus hominum 23 et occident eum. et tertia die surget. et contristati sunt nimis. 24 uenientibus autem eis in capharnaum. accesserunt qui tributum exigebant ad petrum et dixerunt. magister uester. non soluit tributum. 25 et ait etiam. et cum intrasset in domum praeuenit

---

17, 18. *om.* **ad me et** Z* (+ Z²).

18. **eum**: illum BMW *vg.*; ei CJTX*Z*. demonium ℙLORW. prer *inepte* L. *om.* **ex illa hora** R.

19. **accesserunt**: + ad eum E; + ei L. **discipuli** + eius E. > ad ihm discipuli W. secrete R. > secreto ad ihm J. *om.* **et** RY. **dixerunt** + ei ℙ^{mg}QR. **quare nos**: re nos *int. lin.* T. potuemus H. eiecere EMTV, iecere LR, eiicere *vg. Tisch.* **illum**: eum E.

20. + et *ad init.* QR. dixit QR *vg.* **illis**: eis Q; + ihs BEFH¹ΘKMᵀOᶜX*Z *vg.* uestrum R. *om.* **quippe** CT. **si**: nisi L*. abueritis Θ. sicuti C; ut R (*ut udtur*). synapis E; + et H¹Θ. > huic monti F. **transi hinc** *sine add.* ABCE ℙFHΘJKMMᵀORTVWXYZ𝔖 *cum graeco* 33, *Hieron. comm.*, g_2, *gat. l*: + illuc (ἐκεῖ *graeci fere omnes*) LQ𝔗𝔙𝔈 *Tisch. et a b c f ff*$_{1.2}$ g_1 *n q*, transi hic illo *d*, transi illoc *e*.

21. **genus** + daemonium F, *cf.* daemonii *a c*, demonium *b n*. iecitur LR, eiecitur EMᵀ, eiicitur *vg. Tisch.* horationem C. > ieiunium et orationem R. geiunium C.

22. + et *ad init.* Q. **conuersantibus** (*συστρεφομένων* ℵB. 1) *codd. fere omnes, vg. Hieron. cum a b f ff*$_2$ $g_{1.2}$ *n q*: conuocantibus L; redeuntibus *ff*$_1$, reuertentibus *c*, cum autem regrederetur ipse *e*. **eis**: illis QR. **galilaea** AFHJMOTXᶜY *vg.*, galilea CℙΘKLMᵀRVWZ: galilaeam BX*, galileam EQ. dicit T. **illis**: eis ELR. **filius hominis tradendus est**: futurum est (+ enim R) ut filius hominis tradetur *sic* QR *corp. ox.*, futurum est ut f. h. tradendus est E *ut solet duas lectiones inepte componens*; *cf.* futurum est ut f. h. tradatur *a b c f ff*$_2$ g_1 *n q r*, incipiet f. h. tradi *d e ff*$_1$.

23. hocc. C. **tertio** ACFLMOXYZ: tertia BEℙHΘJKMᵀQRTVW *vg. Tisch.* diae C. resurgit F. contristatis (*qm.* **sunt**) L. ueementer T, uehimenter R, uechimenter L.

24. quum Θ. uenisent L; uenisset YZ* (*corr.* Z³); + ad E; + in Q. cafarnaum Q, cafarnauum ℙ(*sed corr.*)LR, charnaum Θ. dedragma ER, didrachma H*(-ā H¹)Y *vg.*, didragmam Θ. **accipiebant**: exigebant E *cum a b c f ff*$_2$ g_1 *n q*. **dixerunt** + ei BΘKMMᵀOᶜRVWX*Z¹ *vg. om.* **uester** T*. soluet Θ. dedragma ER, didrachma HY *vg.*, didragmam Θ, detrama L.

25. *Ad init.* + et BQ; + at ille X*. **ait**: an R *lapsu*. **etiam** (eciam W): utique ER; autem L;

quid tibi uidetur simon ?
reges terrae a quibus accipiunt tributum uel censum ?
a filiis suis an ab alienis ?
[26] et ille dixit ab alienis
dixit illi iesus ergo liberi sunt filii
[27] ut autem non scandalizemus eos
uade ad mare et mitte hamum
et eum piscem qui primus ascenderit tolle
et aperto ore eius inuenies staterem
illum sumens da eis pro me et te.
XVIII. (178. 2) In illa hora accesserunt discipuli ad iesum dicentes
quis putas maior est in regno caelorum ?
[2] et aduocans iesus paruulum statuit eum in medio eorum [3] et dixit
amen dico uobis nisi conuersi fueritis
et efficiamini sicut paruuli
non intrabitis in regnum caelorum
[4] quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste
hic est maior in regno caelorum
[5] et qui susceperit unum paruulum talem in nomine meo me suscipit.
[6] (179. 2) Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me credunt
expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius
et demergatur in profundum maris
[7] uae mundo ab scandalis

---

eum iesus dicens. quid tibi uidetur simon reges terrae. a quibus accipiunt tributum uel censum. a filiis suis an ab alienis. [26] et dixit ei petrus. ab alienis. ait illi iesus. ergo liberi sunt filii. [27] ut autem non scandalizemus eos . . . . uade ad mare et mitte hamum. et eum piscem qui primus ascenderit tolle. et aperto ore eius inuenies in eo denarium. illum sumens. da eis pro me et te. XVIII. [1] In illa hora accesserunt discipuli ad iesum dicentes. quis putas maior est in regno caelorum. [2] et aduocans iesus paruulum. statuit eum in medio eorum [3] et dixit. amen dico uobis. nisi conuersi fueritis. ut efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regno caelorum. [4] quicumque ergo humilauerit se sicut paruulus iste. hic maior erit in regno caelorum. [5] et quicumque receperit unum paruulum talem in nomine meo me recipit. [6] qui autem scandalizauerit. unum ex pusillis istis qui in me credunt expedit ei. ut suspendatur mola asinaria in collo eius. et demergatur in profundum maris. [7] uae huic mundo. ab scandalis. necesse est enim ut ueniant scandala. uerum-

---

eam Z* (etiam Z^2). quum Θ. **intrasset** *sine add.* ACFHΘOT*XY : + in (εἰς τὴν οἰκίαν) BE℘JKL MMᵀQRTᶜVWZ *vg. Tisch.* preuenit W. ihesus C. symon CEW. **a quibus** *om.* ℘* (+ *mg.*). filis LR. han C ; uel R. alenis L.

26. **et ille dixit** *codd., vg. et a b* $ff_2 g_1$ *aur.*, at ille d. *c* : dicente autem illo (eo R) LQR ; dixit ei (*om.* Xᶜ) petrus X*, *cf.* dicit ei p. *q*, et dixit ei p. *f* ; dicit illi *d*, at ille respondens ait ff_1, i. autem respondit *e* ; *uariant graeci.* alenis L ; + et B℘ HO. **dixit** *sec.* : dicit C, dixitque W. **illi** : illis E. **iħs** : dixi W ; *om.* E*R* (+ *cor. sax.*). **ergo** : autem ergo E ; ego L. liberii E, liueri O.

27. **autem** : ergo BQ. ˢcandalizemus O, scandaliszemus E. amum CHJM*OᶜQRT, chamum Y* ; + tuum QR. primum ℘HR, prius ΘJ. hascenderit C, ascendit M. aperte L. hore C. inueniens EL ; + ibi LQR. stateram LMᵀ, starem O* (+ te *m. rec.*), staturam R. illam R. **eis** : illis E. *om.* **et te** O* (+ *m. rec.*).

XVIII. 1. ora T. pu////tas E ; *om.* X *sed rasura est.* celorum W.

2. *Uersum totum om.* R* *sed* + *in marg.* [et] aduocans [i]ħs paruulos [s]tatuit in medio eorū. *om.* **et** Z* (*sed* + Z^2). aduocas O*. **iħs paruulum** *in ras.* K. paruolum C, parabulum L *et u.* 5.

3. **dixit** + illis E. paruoli Y. intrauitis O, intrabis R* (-itis *cor. sax.*). **in regnum** (εἰς τὴν βασιλείαν) BᶜC℘ΘJKLMQRTVXZ *vg. Hieron. cf.* xix. 23, xxi. 31 *etc.* : in regno AB*E1 HMᵀOWY *cum a b c d e f* $ff_1 ff_2 g_1$ *n* q.* celorum W *et u.* 4.

4. *om.* **ergo** R. paruolus Y. **hic est** (οὗτός ἐστιν) : hic erit Q ; hic *tantum* R* (+ est *cor. sax.*). > maior est Mᵀ.

5. susciperit B℘LR, recepit E. > unum talem in n. m. paruulum R. paruolum FY, parabulum L. *om.* **talem** F. **suscipit** (δέχεται) : susce℘it EHO*QX*Z*.

6. scandaliszauerit E, -izaberit Z* (*corr.* Z^2), -dauerit H* (liza *superscr.*). *om.* **unum** L. pussillis ℘R ; minimis Q. *om.* **ei** R. asynaria E*, assy. Eᶜ, assi. LR. **in** : *om.* J ; ad E. collum E. dimergatur ℘.

7. *om.* **uae mundo ab scandalis** W. **uae** :

necesse est enim ut ueniant scandala
uerum tamen uae homini per quem
scandalum uenit.
8 (180. 6) Si autem manus tua uel pes
tuus scandalizat te abscide eum et
proice abs te
bonum tibi est ad uitam ingredi de-
bilem uel clodum
quam duas manus uel duos pedes
habentem mitti in ignem aeternum
9 et si oculus tuus scandalizat te' erue
eum et proice abs te
bonum tibi est † unoculum † in uitam
intrare
quam duos oculos habentem mitti in
gehennam ignis.
10 (181. 10) Uidete ne contemnatis unum
ex his pusillis
dico enim uobis quia angeli eorum in
caelis semper uident faciem patris
mei qui in caelis est
11 uenit enim filius hominis saluare quod
perierat.
12 (182. 5) Quid uobis uidetur? si fuerint
alicui centum oues
et errauerit una ex eis
nonne relinquet nonaginta nouem in
montibus

---

tamen uae homini illi per quem scandalum ueniet. 8 si autem manus tua uel pes tuus. scandalizat te abscide eum et proice abs te. melius est enim tibi in uitam ingredi debilem uel clodum quam duas manus uel duos pedes habentem mitti in ignem aeternum. 9 et si oculus tuus scandalizat te. erue eum. et proice abs te. melius est enim tibi. cum uno oculo in uitam ingredi. quam duos oculos habentem. mitti in ignem aeternum. 10 uidete ne contemnatis unum ex pusillis istis. dico enim uobis. quia angeli eorum in caelis semper uident faciem patris mei qui in caelis est. 11 uenit enim filius hominis saluare quod perierat. 12 quid uobis uidetur si fuerint alicui homini centum oues. et errauerit una ex eis. nonne

---

+ autem LQ; + enim R. **mundo** + huic LQR. hab C; a BEƤKMṪRO*VZ* *vg.* scandaliis E*. **ut ueniant** (ἐλθεῖν) *codd. vg. et f*: ut uenire *solita ineptia* E; uenire LR *cum a b c d e ff*$_1$ *ff*$_2$ *g*$_1$ *n q*. uerumtamen JYSℭ, uerumptamen W, ueruntamen Ɥ, uerum^{ta}men O. **homini** *sine add. codd. plur.* (*etiam* F), *Hieron. et d g*$_1$ *aur.*: + illi HLQRT *vg. cum graecis* ΒEGH *al. pler. et uett. a b c f ff*$_2$ *n q* δ (*et* illi hom. *e ff*$_1$). > uenit scandalum ƤPQ.

8. **autem**: enim E. **uel**: ues Z*. *om.* **tuus** B. **ab** scandalizat V, scandaliszat E. abscinde ϛƔ. **eum**: eam BQ. proiece ELR, proiice *vg. Tisch.* habs C. > est tibi QRX*. **ad uitam ingredi debilem** (deu. CHT) **uel clodum** (uel claudum KMṪTVWX *vg. Tisch.*, domum L): ad uitam ingredi d. (*om.* **uel clodum**) CJ; > ingredi debilem ad uitam uel clodum QR, > debilem uel claudum (a *erasa*) in uitam uenire E. manus ue^{l} V. habente H, habenti R. **in** (*om.* Y*) **ignem** (ignē// H) **aeternum** (eternum CW): > in *aeter*nam (*sic*) igne*m* R^{aaz}, *uidetur fuisse* in gehennam ignis *ut uersu* 9.

9. *Def.* B *ad u.* 18. hoculus C. scandalizet Q, scandaliszat E. proiece ELR, proiice *vg. Tisch.*; + eum W. *post* **bonum** *ras.* 4 *litt.* X. > est tibi ƤPQR. **†unoculum†** (μονόφθαλμον, *cf. Accium ap. Gell.* iii. 11 '*de Cyclope uel maxime quod* unoculus *fuit*,' *Plaut. Curcul.* iii. 1. 392 'unocule *salue* ' *ex coni. Camerarii, et* 394 '*nam ei sunt* unoculi,' *et Solin.* 15 (25) '*Arimaspi* unocula *gens.*') *edidimus cum Bentleio Tr. Cant. B.* 17. 14, *coniectura satis facili*: uno oculum H, unum oculum E*, cum unum oculum Z*, uno oculo AΘLY; cum uno oculo E^{c}ƤJKMṪOVXZ^{c} *cod. caraf.* Sℭ *Hieron. corr. uat. Tisch., et e f*; unum oculum habentem C(hun. hoc.)MRTW *corp. oxon* ϛƔ *cum c ff*$_{1\cdot 2}$ (*g*$_1$), *cf.* oculum unum habentem *a* (*n*), uno oculo habentem *gat.*, oculum habentem *b*; unum oculum habere et Q; luscum F (*ex Mc.* ix. 47) *et* δ. *Bentl. coniecerat etiam* unioculum *cum a quibusdam in Plauto legeretur* uniocule, *cf.* '*cum comite* unioculo' *Ditmar. l.* iv. *ap. Ducange.* **in uitam intrare** (regnare F *cf. Marc.* ix. 45) *codd. pl. et vg.*: ad uitam intrare EL; ingredi in uitam Q. hoculos C. **habentem**: habere et Q *uid. sup.* gechennem L.

10. **contemnatis** (καταφρονήσητε),contempnatis ΘW: condemnatis EƤLQX* (condempn. EQ) *corp. et S. ioh. ox.*, condempnamini R. **ex his** (hiis W) **pusillis** (puss. ƤLR): de pusillis (puss. Q) istis EQ; + qui credunt in me LQR* (*sed exp.*) *corp. ox.*; > qui in me credunt E, *cf. b c d ff*$_{1\cdot 2}$ *g*$_{1\cdot 2}$ (*m*). **enim**: autem E. **quia**: qui Q; *om.* J. **angeli** (hang. C): oculi R* (*cor. m. sax.*). **in caelis** (cel. W): *om.* R*. **mei**: uestri R* (*cor. m. sax.*). ca^{e}lis O, celis W.

11. *Post* **hominis** *spatium est in* E.

12. **alicui** (aliqui W) + homini Q. **centum**:

et uadit quaerere eam quae errauit ?
13 et si contigerit ut inueniat eam
amen dico uobis quia gaudebit super eam magis quam super nonaginta nouem quae non errauerunt
14 sic non est uoluntas ante patrem uestrum qui in caelis est ut pereat unus de pusillis istis.
15 (183. 5) Si autem peccauerit in te frater tuus
uade et corripe eum inter te et ipsum solum
si te audierit lucratus eris fratrem tuum.
16 (184. 10) Si autem non te audierit adhibe tecum adhuc unum uel duos
ut in ore duorum testium uel trium stet omne uerbum
17 quod si non audierit eos dic ecclesiae
si autem et ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus.
18 (185. 7) Amen dico uobis quaecumque alligaueritis super terram erunt ligata et in caelo
et quaecumque solueritis super terram erunt soluta et in caelo.
19 (186. 10) Iterum dico uobis quia si duo ex uobis consenserint super terram

---

relinquet nonnaginta nouem in montibus. et uadit quaerere eam quae errauit. 13 et si contigerit. ut inueniat eam. amen dico uobis. quia gaudebit super eam. magis quam super nonnaginta nouem quae non errauerunt. 14 sic non est uoluntas in conspectu patris uestri qui in caelis est. ut pereat unus de pusillis istis. 15 si autem peccauerit in te frater tuus uade et corripe eum inter te et ipsum solum. si te audierit lucratus es fratrem tuum. 16 si autem non te audierit adhibe tecum adhuc unum uel duos. ut in ore duorum testium uel trium stet omne uerbum. 17 quod si non audierit eos dic ecclesiae. si autem ecclesiam non audierit. sit tibi sicut ethnicus et publicanus. 18 amen dico uobis. quaecumque ligaueritis super terram. erunt ligata et in caelis. et quaecumque solueritis super terram erunt soluta et in caelis.

19 iterum amen dico uobis quia si duobus ex uobis conuenerit super terram. de omni

---

·c· FR. centuroues V. houes C. **errauerit** + et Q. **relinquet** (ἀφήσει BL 124. 157. 346) *cum* A(B *def.*) CEPHΘKLMMTOQRTVXYZ *a b c d e f* g_1 *n*: relinquit (ἀφίησιν D ff_1) FJ *vg. Hieron.*; relinquid W; *graeci plurimi* ἀφείς. **nonaginta** (-genta LR *et u.* 13 P) **nouem** (nobem O): nonaginta et nouem M; ·XCVIIII· EF. **montibus**: deserto E *ex Luc.* XV. 4, *cf. corr. uat. qui Origenem de hac re laudat.* uadet CEFKLMTQ *cum e h gat. S. ioh. et corp. oxon.* (*cf.* ζητήσει H 13. 124. 346 *et* pergens quaeret *d*, ibit *m*); *graeci fere omnes* ζητεῖ. querere LR. errauerit ER, -uerat Q.

13. cotigerit O*, contingerit R. inueniet RV. **gaudebit** *fere omnes* (gaudeuit C) *et Hieron. cum* Δ* (χαρεῖ) *a b c f* ff_1 ff_2 g_1 *h m n q*: gaudet (χαίρει *fere omnes*) W *vg. Tisch. cum d e et Par.* 13171c. **super eam** (*cf. Mc.* vi. 34, viii. 1, *etc.*) CEPFΘJ KLMMTOcQRTVWZ *vg.*: super ea AHO*XY *Hieron.* > magis gaudebit super eam R. nonaginta et nouem *etc. ut uers.* 12. nonaginta IX W.

14. uolumptas C, uolumtas T. hante C. **patrem uestrum** (πατρὸς ὑμῶν) *codd. pl.*: p. nostrum *ut uidetur* Z*, p. meum $R^{saec.}$ celis W. pariat R. unum Z* (*corr.* Z^3). pussillis PLR.

15. **si autem**: quod si R. **corripe**: argue EQ *cum d Hil.* **eum** *in ras.* T. **te et**: temet JOc XZ*. **eris** *codd. vg. a b c* ff_2 *aur.*: es CQRT *cum graecis fere omnibus* (ἐκέρδησας, *sed* D ἐκέρδησες) *et d e f* ff_1 g_1 *h q r* δ.

16. **non te** *codd. pl.*: > te non R *vg.*; *om.* **te** J *cum graecis fere omnibus et q.* **adhibe** (adibe CT, athibe X*) **tecum adhuc** (aduc T, athuc Y) *codd. et vg.*: > adhuc adhibe tecum Q; *om.* **adhuc** M. **testium uel** (aut C) **trium** *codd. pl. cum graecis fere omnibus*: > uel trium testium EPΘLOcQRW *vg. cum graecis* ℵ 1 *et e* $ff_{1\cdot 2}$ $g_{1\cdot 2}$ *h q.*

17. aecclesiae EP, aeclesiae L, aeclessiae R, eclesiae C, eclesie T, ecclesie W. **si autem**: quod si R. **et**: *om.* PJLQWZ*(+Z^4) *vg.* (*sed* + *cod. caraf.*); nec E. aecclesiam EP, aecles. L, aecliss. R, ecles. C. sicuti C. **ethnicus** (aethn. P) **et publicanus** (pupl. PLM) *codd. pl. et vg.*: gentilis et pub. Q *gat.*; pub. et gentilis R (*cf.* gens aut pub. *e*); eunucus et pub. W.

18. quecumque W. allegaueritis H, aligau. O*, alligab. Z* (*corr.* Z^4). **ligata et**: ligata e F. celo *bis* W; caelis *bis* EPmgQ, *semel ad finem* L. herunt *sec. loco* C.

19. **iterum**: + amen ER *cum graecis plurimis et a b c f* $g_{1\cdot 2}$ *h n*; + dixit amen Q; + audite *e.*

de omni re quacumque petierint fiet illis a patre meo qui in caelis est
20 ubi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum.
21 (187. 5) Tunc accedens petrus ad eum dixit
domine quotiens peccabit in me frater meus et dimittam ei?
usque septies?
22 dicit illi iesus non dico tibi usque septies sed usque septuagies septies.
23 (188. 10) Ideo adsimilatum est regnum caelorum homini regi qui uoluit rationem ponere cum seruis suis
24 et cum coepisset rationem ponere
oblatus est ei unus qui debebat decem milia talenta
25 cum autem non haberet unde redderet iussit eum dominus uenundari
et uxorem eius et filios et omnia quae habebat et reddi
26 procidens autem seruus ille orabat eum dicens
patientiam habe in me et omnia reddam tibi
27 misertus autem dominus serui illius

---

re quacumque petierint. fiet illis a patre meo qui in caelis est. 20 ubi enim sunt duo uel tres. congregati in nomine meo. ibi sym in medio eorum. 21 tunc accessit ad eum petrus et dixit ei. domine. si peccauerit in me frater meus. quotiens dimittam ei. usque septies. 22 dicit illi iesus. non dico tibi usque septies. sed usque septuagies septies. 23 propterea adsimilatum est regnum caelorum. homini regi qui uenit rationem facere cum seruis suis. 24 qui cum coepisset discutere oblatus est ei unus qui debebat decem milia talenta. 25 cum autem non haberet unde redderet iussit eum dominus eius uenundari. et uxorem eius et filios. et omnia quae habebat. et reddi debitum. 26 procidens autem seruus ille rogabat dominum suum dicens domine. patientiam habe in me et omnia tibi reddam. 27 misertus autem

---

om. **quia** 𝔓*(+ *mg.*). **si duo ex u. consenserint** (-rent L): si conuenerint duo ex uobis Q *et sic fere d*; *ueteres plurimi* duobus *et* conuenerit. **re**: reae E. **quacumque** (*οὗ ἐάν*) *cum* BRTXZ: quaecumque A*EHΘMO^{c}Y *et* quae cum que L; quamcumque A^{2}C𝔓FJKMTO*QVW𝔖𝔊 *Tisch.*, quamcunque 𝔎, *et* quamcūque 𝔗; quacumque *et melius graeco respondet et lectio esse uidetur ex qua et* quaecumque *et* quamcumque *deriuari possint.* petiuerint 𝔓 (u *expuncta*), > a patre meo fiet + cum illis Q *et om.* **qui in c. est.** celis W.

20. hubi C. *om.* **enim** R. **duo** *sup. lin.* E. *om.* **in** *pr.* L. **ibi** + et ego EQR.

21. > ad eum petrus E𝔓ΘM *cum graecis plurimis.* **dixit** + ei R. **quotiens** (-ies AΘKM VZ^{c} *vg. Tisch. cf.* xxiii. 37) **peccabit** (-uit BCFO TX*Z*) **in me** *codd. pl. et vg.*: > quotiens (-ies 𝔓) in me peccabit (-uit L) E𝔓L; quoniam (quod R g_2) si peccauerit in me QR g_2, *cf.* si peccauerit in me *uett. pl.* **et**: quoties QR; *om.* W. demittam LMV. **ei**: eius E. us que L*, husque C; + in QR.

22. *Uersum totum in margine habet* Y. dixit 𝔗𝔎. **dico**: dicam F. husque C (*et semper*); *om.* 𝔓*(+ *mg.*)W; + in R. *om.* **septies sed usque** *per homoeotel.* L. usque septuagies et septies LQ, usque ad septies septuagies R.

23. **adsimilatum** *cum* ABCE𝔓ΘJLMO^{c}QRTX^{c}YZ*, adsimul. HO*, assimil. FKVWX*Z^{2} *vg.*: similatum M *cum e, ceteri uett. uariant.* celorum W.

24. quum Θ. caepisset L, cep. W. **ponere** + cum seruis suis E. hoblatus C. debat K; + ei W *vg.* decim EL; -x- FRW (decemilia Z). millia *vg.* tallenta R, talentam Z* *sed corr.*

25. quum Θ. hunde C. rederet L, reddere F; ret CM *confusione orta ex* -de *in* **unde** (hunderet C). iusit 𝔓LR. **dominus** + eius E *vg.* uenundare H*. huxorem C. **filios** + eius R. que W. abebat C, habebant R. **reddi** (*ἀποδοθῆναι*) *sine addit. cum* C𝔓FHΘJMO*TVWX*Z* *vg. Hieron. et e, cf.* restitui *d*: + debitum ABEKLMO$^{a a z}$QR X^{c}YZ^{1} *cum ueteribus ceteris*, reddere uel reddi debitum δ. *Post* debitum + tantum R; *cf.* tantum *absque* debitum *durmach.*

26. **procidens** *codd. pl. et vg.*: procedens AB 𝔓L*O*QRX*Y *c. rp. ox. om.* **ille** Z* (+ Z^{2}). **orabat** *codd. pl. et vg.*: rogabat BCEKLMMO^{c}Q RTV *Hieron. cum c f ff$_1$ g$_2$ gat. ex uersu* 29; obsecrabat *e*; adorabat *d q*; *graeci habent προσεκύνει, quod uerbum tredecies in Mattheo occurrit et semper alias redditur per* adorare, *quod melius hic fuisset.* **dicens** + dn̄e 𝔓^{mg}J *ff$_2$ g$_1$ q.* pacienciam W, patientia H. **me** + dn̄e ELQRT^{c} *h.*

27. missertus L; + est 𝔓LR. *om.* **autem** L. *om.* **dominus** T*; *spatium longius inter* **dominus**

dimisit eum et debitum dimisit ei
[28] egressus autem seruus ille inuenit unum de conseruis suis qui debebat ei centum denarios
et tenens suffocabat eum dicens redde quod debes
[29] et procidens conseruus eius rogabat eum dicens
patientiam habe in me et omnia reddam tibi
[30] ille autem noluit
sed abiit et misit eum in carcerem donec redderet debitum
[31] uidentes autem conserui eius quae fiebant contristati sunt ualde
et uenerunt et narrauerunt domino suo omnia quae facta erant
[32] tunc uocauit illum dominus suus et ait illi
serue nequam omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me
[33] non ergo oportuit et te misereri conserui tui sicut et ego tui misertus sum ?
[34] et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus quoad usque redderet uniuersum debitum
[35] sic et pater meus caelestis faciet uobis si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus uestris.
XIX. (189. 6) Et factum est cum consummasset iesus sermones istos migrauit a galilaea.

---

dominus seruo illi. dimisit eum. et debitum dimisit ei. [28] egressus autem seruus ille inuenit unum ex conseruis suis qui debebat ei centum denarios. et tenens eum. suffocabat dicens. redde mihi quod debes. [29] procidens autem conseruus ille ad pedes eius. rogabat eum dicens patientiam habe in me et omnia reddam tibi. [30] ille autem noluit. sed abiit et misit eum in carcerem donec redderet debitum. [31] uidentes autem conserui eius quae fiebant. contristati sunt ualde. et uenerunt et nuntiauerunt domino suo. omnia quae facta fuerant. [32] tunc uocauit eum dominus eius. et ait illi. serue nequam omne debitum dimisi tibi. qui erogasti me. [33] non ergo oportuit et te misereri conseruo tuo. sicut et ego tui misertus sum. [34] et iratus dominus eius. tradidit eum tortoribus quo ad usque redderet uniuersum debitum. [35] sic et pater meus caelestis faciet uobis. si non dimiseritis unusquisque fratri suo de cordibus uestris peccata eorum. XIX. [1] et factum est. cum consummasset iesus

---

et **serui** ℙ. **serui illius** : illi seruo Q. dimissit *bis* L, *pr. loco* ℙ. **debitum** (debetum ℙ) : *praem.* omne E. **dimisit** *sec.* (dimit H*, demisit O) : remisit (ἀφῆκεν) R *cf. u.* 35, remissit Q ; *distinctionem inter* ἀπέλυσεν *et* ἀφῆκεν *seruant etiam uett.*, remisit *a b c h, et* donauit ff_1 ; *sed non d e f* ff_2 *g* (*r*). **ei** : illi E.

28. hegressus C, egresus L. > ille seruus L ; serui illius E. debat K* *ut supra u.* 24. **centum** : ·c· R. soffocabat EℙLR. **debes** : dabis L.

29. **procidens** *codd. pl. et vg.* : procedens BEℙ LO*(*corr.* O^{sec})RXY. **rogabat** (παρεκάλει) : rogauit B. pacienciam W, patientia H *ut supra u.* 26.

30. B *def. a* **noluit** | *usque ad* **repudii** | **et** xix. 7. habiit CEMRT, abit L. missit LR. **in carcere** C. **redderet** + omne T ; + uniuersum $ℙ_{mg}$, *cum* C *graec. al*^{5} g_1. deuitum O.

31. *Post* **autem** *rasura est in* E *ubi erat forsan* conserui *dupl. om.* **et** *pr.* R. **narrauerunt** (nara. L) *codd. et vg.* : narrantes Q ; nuntiauerunt EℙJR. *om.* **omnia** Z* (*sed* + Z^2). **erant** *cum* A(B *def.*)ℙFHO*Y : fuerant CEΘJKLMMᵀOᶜQRTV WXZ *vg. Hieron.*

32. uocabit T. **suus** : eius Q. *om.* **et** R. dixit ℙ. **illi** : ille R. nequa J, *uide nos in prolegomenis ad* g_1 *p.* xxxix. *sq.* omnem JZ*. deuitum C. demisi ORX.

33. nonne EℙᵐᵍJLRTWY *vg. om.* **ergo** J. hoportuit C ; oportuerat R ; oportet ℙᵐᵍ. *om.* **et te** X*. missereri L. conseruo tuo QRT *uett.* (*exc. q*). sicuti C. *om.* **ego** R. sūm T.

34. **iratus** + est ER. **eius** + et ℙR. quoadusque *uno ductu* AℙFJ, quoad husque C, quousque W. huniuersum C ; omne E.

35. celestis W. **remiseritis** : dimiseristis J. hunusq. C. *om.* **suo** X *sed ras. fere* 10 *litt.*

XIX. 1. quum Θ, cun V. **consummasset** : summasset Q. **ser. istos** : ser. hos Q ; uerba haec E. **migrauit** : transtulit se QR (-tull.). galilea CEℙΘLORVW, galilaeam H. finis O*, finibus O^{rec}. iudeae CℙLO, iudee EW, iudae R ; iudaea Y ; + et XZ* (*sed exp.*) *cum a c* ff_1 *h.* ihordanen C, iordanem M *vg.*

Et uenit in fines iudaeae trans iordanen
2 et secutae sunt eum turbae multae et curauit eos ibi
3 et accesserunt ad eum pharisaei temtantes eum et dicentes
si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa?
4 qui respondens ait eis
non legistis quia qui fecit ab initio masculum et feminam fecit eos
5 et dixit propter hoc dimittet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae
et erunt duo in carne una?
6 itaque iam non sunt duo sed una caro quod ergo deus coniunxit homo non separet
7 dicunt illi quid ergo moses mandauit dari libellum repudii et dimittere?
8 ait illis quoniam moses ad duritiam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras
ab initio autem non sic fuit.
9 (190. 2) Dico autem uobis quia quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem
et aliam duxerit moechatur
et qui dimissam duxerit moechatur.

---

sermones istos. transtulit se a galilaea. et uenit in finibus iudeae. trans iordanen. 2 et sequte sunt eum turbae multae. et curabit eos ibi. 3 et accesserunt ad eum pharisaei temtantes eum et dicentes. si licet homini dimittere uxorem suam. quacumque ex causa. 4 iesus autem respondens ait illis. non legistis quia qui fecit ab initio masculum et feminam fecit eos. 5 et dixit. propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adherebit uxori suae. et erunt duo in carne una. 6 itaque iam non sunt duo sed una caro. quod ergo deus coniunxit. homo non separet. 7 dicunt ei quare ergo moyses mandauit dari libellum repudii et dimittere eam. 8 ait illis. propter duritiam cordis uestri. permisit uobis moyses dimittere uxores uestras. ab initio autem non fuit sic. 9 dico autem uobis quia quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob causam fornicationis. et aliam

---

2. saecute E, secute OW, sequtae L, sequutae ΘX. turbe multe W. **curauit** (ἐθεράπευσεν): curabat Q.

3. pharisei CW, farissei LR, farisei ℙ. **temtantes** ACFTXY: tempt. E(temptates)ℙHΘJKLMMOQRVWZ *Tisch.*, tent. *vg.* **et dicentes**: dicebant R. huxorem C. **suam** + nisi ob furnicationem E. quacunque 𝔖𝔐. *om.* **ex** M.

4. **qui resp. ait eis**; respondit et ait illis Q: *etiam* illis EJ. *om.* **qui** *sec.* T. **qui fecit**: + hominem 𝔖𝔖𝔈, + homines *cor. uat.** (*non mg.*). **ab initio**: + hominem Z* (*sed notauit corr.*); + dn̄s R. *Lectio* hominem *uel* homines *unde fluxerit nescio, sed cf. hom. Clem.* iii. 54 (*ap. Tisch.*) ὁ γὰρ κτίσας ἀπ' ἀρχῆς τὸν ἄνθρωπον ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτόν, *et auct. op. imperf. in Matt. hom.* 32 (*ap. Sab.*) qui fecit homines ab initio, *etc. Habent etiam* hominem *editiones ueteres e.g. Hailbrun* 1476, *Wild* 1481, *Kesler* 1487, *Paganini* 1497, *Sacon* 1515 *et* 1519, *etiam Benedictus et Stephanus, sed non Mareschal* 1531, *nec Uiuian et Iunta* 1534, *neque Hentenius.* **ab initio** *rep. lapsu* K. faeminam C. **eos** + dn̄s R.

5. **dimittet** (καταλείψει) *cum* CℙFH¹ΘJKMOQTVWXZ *vg.*: demittet LR; dimittit AH*MY; relinquet E *cum uett. b c d e f ff₂ g₁ h m.* *om.* **homo** J. **adhaerebit** *cum* HΘJKMMQVXYZ¹ *vg.*: adher. AEℙFLORWZ*, ader. CT*, hader. T^c. huxori C. sue W. carnae L.

6. **iam**: etiam L; *om.* QR. **caro** + est E. **ergo**: autem E. dn̄s T* *ut uid.* coniuncxit EFΘ. seperat R, separaret H*.

7. **moses** *cum* ACFMO*QXYZ *uide supra ad* viii. 4: moyses EℙHΘJKMO^gl RV *vg. Tisch.*, moises LTW. mandabit T. **dari** *codd. pl.*: dare (δοῦναι) HΘX *vg.*; + illi Q. libelum L, librum MY. repudi R. demittere L; + uxores E; + uxorem Q *b c ff₂*.

8. + et *ad init.* BEH^cΘKMO^gl VZ. **moses** B *etc. uide u.* 7: moyses E(*sed post* **uobis** *ponitur*)ℙHΘJKLM(*non* O*)RVW *vg. Tisch.*, moises T. duriciam W. permist R, permittit L. demittere L. **uxores uestras** *litt. minor.* X; huxores u. C, ux. uestros L. *om.* **ab init. au. n. s. fuit** E. **sic fuit** *cum* ABCℙFHΘLMOQRY: > fuit sic (γέγονεν οὕτως) JKMTVWXZ *vg. Hieron. Tisch.*

9. *om.* **uobis** F. quicunque 𝔖𝔐. dimisserit E, diserit R* (*corr. m. sax.*). huxorem C. nisi ob furnicationem E; nisi ob causam fornicationis Q *corp. oxon.*; sine causa fornicationis R. haliam L. **duxerit**: + a marito Q; + iam R. moecatur X*, mechatur LRW. *om.* **et qui dimissam duxerit**

10 (191. 10) Dicunt ei discipuli eius
si ita est causa homini cum muliere
non expedit nubere
11 qui dixit non omnes capiunt uerbum
istud sed quibus datum est
12 sunt enim eunuchi qui de matris utero
sic nati sunt
et sunt eunuchi qui facti sunt ab ho-
minibus
et sunt eunuchi qui se ipsos castraue-
runt propter regnum caelorum
qui potest capere capiat.
13 (192. 2) Tunc oblati sunt ei paruuli
ut manus eis inponeret et oraret
discipuli autem increpabant eos
14 iesus uero ait eis sinite paruulos
et nolite eos prohibere ad me uenire
talium est enim regnum caelorum
15 et cum inposuisset eis manus abiit inde.
16 (193. 2) Et ecce unus accedens ait illi
magister bone quid boni faciam ut ha-
beam uitam aeternam? qui dixit ei
17 quid me interrogas de bono?
unus est bonus deus
si autem uis ad uitam ingredi serua
mandata
18 dicit illi quae?
iesus autem dixit
non homicidium facies
non adulterabis

---

duxerit. moecatur. et qui dimissam duxerit moecatur. 10 et dixerunt ei discipuli eius si ita est causa hominis cum uxore. non expedit nubere. 11 ad ille dixit eis. non omnes capiunt uerbum istud sed quibus datum est. 12 sunt enim eunuchi. qui ex utero matris. sic nati sunt. et sunt eunuchi. qui facti sunt ab hominibus. et sunt eunuchi. qui se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum qui potest capere capiat. 13 tunc oblati sunt ei paruuli ut manus eis imponeret et oraret. discipuli autem eius prohibebant eos. 14 iesus autem ait illis. sinite paruulos. et nolite eos prohibere uenire ad me talium est enim regnum caelorum. 15 et inponens eis manus. abiit inde. 16 et ecce unus accessit ad eum et dixit magister bone quid boni faciam. ut habeam uitam eternam 17 qui dixit ei. quid me dicis bonum. nemo bonus nisi unus deus. si autem uis ad uitam ingredi serua mandata. 18 ad ille dixit ei. quae. iesus autem dixit. non occides. non adulterabis. non furaueris.

---

moechatur T* (*sed + in mg.* T^{c}) *cum gr.* ℵC^{3}DLS 69 *al.*^{15} *Tisch.* 8, W. H., *et a b d e ff*$_{1.2}$ *g*$_{1}$ *h l m r* (*non gat. et mm* = E *ut uult Tisch.*); *sed redduntur uerba in c f q.* dimissa H, dimisam ℭPL, demisam R, dimesam O*. dixerit L; + iam R. moecatur C, mech. LRW; adulterium committit E.

10. **homini** *cum* ACℭP*FHΘKMMTOQTVWX YZ *Hieron. comm.*: hominis (*τοῦ ἀνθρώπου*) BℭP^{mg}JLR *vg. Tisch. e ff*$_{2}$; uiri E *a b c d g*$_{1}$ *h m q r.* **muliere** *cum* AℭP*FHOQX^{c}Y *d*: uxore BCEℭP^{mg} ΘJKLMMTRTVWX*Z *Hieron. comm., vg., Tisch.* (*graeci μετὰ τῆς γυναικός*) *et a b c e* (uxorem) *f ff*$_{1.2}$ *g*$_{1}$ *h m q* (^{ux}ore) *r.* expetit H.

11. **qui dixit**: + illis W *vg.*; *om.* E. istut Z* (-d Z^{3}); istum R.

12. *om.* **enim** HR. iunuchi *ter* R. hutero C. *om.* **sic** L. eunuci *secundo loco* HT *et* eunchi L. *om.* **qui** *sec.* Y. ominibus T. *Post* **eunuchi** *tert.* + zauerunt *in marg. inepte cor. sax.* O. seipsos *uno ductu* JM *vg.* **castrauerunt** *cum* AℭPFHΘMOWXY *vg. Hieron. comm. bis, corr. uat. marg. et uett. b c d e f ff*$_{1}$ (excas.) *ff*$_{2}$ *g*$_{1}$ *h* δ: eunuchizauerunt (*εὐνούχισαν*) BCJKMT(-ciz.)VZ (euni.) *corr. uat.** *Bentl. et a aur.*, eunuchiau. E, eunuchau. Q, iunuchau. LR; *ueteres reliqui* eunuchos fecerunt *q*, spadonauerunt *m*, *desunt r r*$_{2}$. celorum W.

13. hoblati C. paruoli Y. **inponeret** CℭPFΘ KLMTOQTZ: imponeret ABEHJMRVWXY *vg.* et horaret C; et curaret JR; *om.* L. **autem** + eius BRX^{c}. **eos** *codd. pl. et vg.*: eis BCELTZ* (*corr.* Z^{3}), eus W.

14. **uero** *in ras.* X; autem EOR. **sinite** (sinn. L) **paruulos et nolite eos** (*om.* **eos** W) **prohibere** (> proh. eos B) **ad me uenire** (> uenire ad me J) *cum gr. ἄφετε τὰ παιδία καὶ μὴ κωλύετε* (*-σητε, -ητε*) *αὐτὰ ἐλθεῖν πρὸς ἐμέ* (*μέ*), *codd. pl. et vg.*: > s. p. ad me uenire et nol. eos. proh. EℭP, > s. p. uenire ad me et nol. eos (*om.* eos Q) proh. OQR *cf. Mc.* x. 14, *Lc.* xviii. 16. > enim est LQX. celorum W *et* T *int. lin.*

15. quum Θ. **inpos.** BCJMOQRTZ *et* inposs. EℭPL: impos. AFHΘKMVWXY *vg.* *om.* **eis** O. habiit C.

16. *om.* **unus** E. bonae L. abeam CO*. > uitam habeam J.

17. de bona L. **unus est** + enim E. > ingredi ad uitam L; ad uitam uenire Q, *et* > uenire ad uitam R. manda R* (+ ta *m. rec.*).

18. **dicit**: dixit FR; + ille Q. que W + sunt

non facies furtum
non falsum testimonium dices
19 honora patrem et matrem
et diliges proximum tuum sicut te ipsum
20 dicit illi adulescens
omnia haec custodiui quid adhuc mihi deest?
21 (194. 2) Ait illi iesus si uis perfectus esse uade uende quae habes
et da pauperibus
et habebis thesaurum in caelo
et ueni sequere me.
22 (195. 2) Cum audisset autem adulescens uerbum abiit tristis
erat enim habens multas possessiones
23 iesus autem dixit discipulis suis
amen dico uobis quia diues difficile intrabit in regnum caelorum
24 et iterum dico uobis
facilius est camelum per foramen acus transire
quam diuitem intrare in regnum caelorum
25 auditis autem his discipuli mirabantur ualde dicentes
quis ergo poterit saluus esse?
26 aspiciens autem iesus dixit illis
apud homines hoc inpossibile est
apud deum autem omnia possibilia sunt.
27 Tunc respondens petrus dixit ei

---

non falsum testimonium dices. 19 honora patrem tuum et matrem. et diliges proximum tuum sicut te ipsum. 20 dicit illi adulescens. omnia haec. custodiui a iuuentute mea. quid adhuc mihi deest. 21 ait illi iesus. si uis perfectus esse. uade uende omnia quae possides. et da pauperibus. et habebis thensaurum in caelo. et ueni sequere me. 22 hoc audito adulescens abiit tristis. erat enim habens multas possessiones. 23 iesus autem dixit discipulis suis. amen dico uobis. quia difficile diues intrabit in regnum caelorum. 24 iterum autem dico uobis facilius est camelum per foramen acus transire. quam diuitem introire in regnum caelorum. 25 auditis autem his discipuli. mirabantur ualde dicentes quis ergo poterit saluus esse. 26 aspiciens autem iesus dixit eis. aput homines hoc inpossibile est. aput deum autem omnia possibilia sunt. 27 tunc re-

---

R. **dixit**: + ei J; + illi X. **homicidium** (-dum E) **facies**: occides F; + ut in deuteronomio E *et om.* **non adulterabis**. adulteraris O*. > furtum facies F, > non falsum test. dices non furtum facies E.

19. *om.* **honora p. et matrem** J. **patrem** + tuum CFHΘKMTO^{sqq}RTWXZ *vg. Hieron.* **matrem** + tuam ER *vg. Def.* B *ad u.* 29. **et diliges** *codd. pl. et* 𝔖𝔠 *cor. uat.*: *om.* et 𝔙𝔧; et dileges ℜL, et diligis CFX, et dilige O. teipsum *uno ductu vg.*

20. **illi**: ei L. **adulescens** *codd. pl.* (had. C): aduliscens ℜ*H, adolescens EJMTQRW *vg. Tisch.*, adoliscens ℜ^{1}KLV. hec W. > haec omnia E. **custodiui** *sine additamento* A(B *def.*)C℘*HΘJK LMMTOQVXYZ *cor. uat. marg., cod. caraf.* 𝔖 *cum* ℵBL 1. 22 *ff*$_1$ *g*$_{1.2}$ *l*: + a iuuentute mea E℘^{mg}(> a iuu. mea custodiui)FRTW𝔙𝔧𝔠 *cor. uat.*cum a b c e f ff*$_2$ *h q et graecis plurimis, et* a iuuentute *d*; *ex Mc.* x. 20 *et Lc.* xviii. 21. aduc T, athuc MY. dest O*.

21. **ait**: dicit R. **uade** + et E℘LR. **uende**: + omnia E℘^{mg}LQW𝔙𝔖 (*non* 𝔧𝔠); + omnia bona R. abebis O, habis Q, ha | bis L. thensaurum JO, thesauro H. celo W. *om.* me R.

22. quum Θ. *om.* **autem** O* *ut udtur.* > **autem** audisset ℘O^{c}. **adulescens** *codd. pl.* (had. C): adolescens A℘JQRWY *vg. Tisch.*, adoliscens EKLMTV. **uerbum**: uerba R (*non* Q); + haec QR. habiit C, habtit R. tritis L, tristes O*. **enim**: autem QRT. > multas habens R.

23. **dixit**: ait T. > disc. suis dixit Q. diuis O*. > difficile diues E. > dificele est diuitem intrare Q. deficele L, dificile R, diffi^{c}le O. intrauit T; est intrare R. **in regnum** (*εἰς τὴν βασιλείαν*) *codd. pl. et vg.*: in regno AHX^{c}Y *cf.* xviii. 3. celorum W

24. **iterum** + amen Q. **uobis**: + et L; + quia J. *om.* **est** H* (*sed* + *m. recentior*). **est** + enim EQ. camellum ℘JLR, camêlum 𝔙. **transire** *om.* O*? *sed add. m. sax.* **intrare** *om.* E. in regno FHZ. celorum W.

25. audistis Z*; audientes Q. *om.* **autem** E. hiis W; *om.* Q. discipulis H* (*corr.* H^{1}). **mirabantur** + et timebant ℘LQR(-bunt) *corp. oxon.* **ualde** (*σφόδρα*) *codd. pl. et vg.*: *om.* A*(+ *in mg.*) E. **ergo**: ego T*. potest R. salbus C. **esse**: fieri ℘^{mg}.

26. haspiciens C. **dixit**: ait E. **illis**: eis ℘JKMTOQVX*Z. aput COT *bis*, X *pr.* impossibile *vg.*, inposibile H (-li H*), inpossibele L. *om.* **autem** *sec.* R* (*sed* + *corr. sax.*). posibilia H.

27. respondit petrus dicens Q, respondit petrus

ecce nos reliquimus omnia
et secuti sumus te
quid ergo erit nobis?
28 (196. 10) Iesus autem dixit illis
amen dico uobis quod uos qui secuti estis me
in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae
(197. 5) sedebitis et uos super sedes duodecim iudicantes duodecim
tribus israhel.
29 (198. 2) Et omnis qui reliquit domum
uel fratres aut sorores
aut patrem aut matrem
aut uxorem aut filios
aut agros propter nomen meum
centuplum accipiet
et uitam aeternam possidebit.
30 (199. 2) Multi autem erunt primi nouissimi
et nouissimi primi.
XX. (200. 10) Simile est enim regnum caelorum homini patri familias
qui exiit primo mane conducere operarios in uineam suam
2 conuentione autem facta cum operariis
ex denario diurno
misit eos in uineam suam
3 et egressus circa horam tertiam
uidit alios stantes in foro otiosos
4 et illis dixit ite et uos in uineam
et quod iustum fuerit dabo uobis
5 illi autem abierunt

---

spondens petrus dixit ei. ecce nos reliquimus omnia. et secuti sumus te quid ergo erit nobis.

28 iesus autem dixit illis. amen dico uobis quoniam uos qui secuti estis me in resurrectione. cum sederit filius hominis supra sedem maiestatis suae sedebitis. et uos super duodecim sedes. iudicantes duodecim tribus sdrahel. 29 et omnis qui relinquet domum. uel fratres. aut sorores. aut patrem. aut matrem. aut uxorem. aut filios. aut agros propter nomen meum centuplum accipiet. et uitam aeternam possidebit. 30 multi autem erunt primi nouissimi et nouissimi primi.

XX. 1 Simile est enim regnum caelorum. homini patri familias. qui exiit prima mane conducere operarios in uineam suam. 2 conuentione autem facta cum operariis. ex denario diurno. misit eos in uineam suam. 3 et egressus circa horam tertiam uidit alios stantes in foro otiosos. 4 et ait illis ite et uos in uineam meam. et quod iustum fuerit dabo uobis. 5 illi autem abierunt. et iterum exiit circa horam sextam et nonam. et fecit similiter.

---

et dixit R. relinquimus CLO^{saaz}QRY; dimissimus E. sequuti ΘX*. *om.* **ergo** L.

28. **illis**: eis JKMTOVZ. sequuti ΘX. hestis C. in generatione ℜ^{mg}LQR; + ista ℜ^{mg}QR. qum H, quum Θ. sederet H. sedem F. magestatis C, magis. O. sue W. dedebitis V (d *rubr.*). supra T. duodecem *bis* ℜ* (-cim *corr. mp.*), ·XII· *bis* ERW, *sec.* L. **israhel** *uide ad* ii. 6.

29. omnes H^{1}O. **reliquit** (ἀφῆκεν) *codd. pl.*, reliquid CO: reliquerit EΘJQR* *vg.*, relinquerit R^{saaz}, liquerit L. domum aut R. huxorem C, uxores L. uel filios J. **agros** + aut domos H^{mg}Θ JO. **propter nomen meum**: propter me et propter euangelium Q *ex Marco* x. 29, *cf.* F *qui cum Lc.* xviii. 29 *sic componit* propter regnum caelorum et nomen meum et propter euangelium. accipet L; + hic R. eternam W. possedebit L, possidebunt F.

30. **Multi** *littera maiore* L *ad initium pericopae.* **autem**: enim O* (*corr.* O^{az}). *om.* **erunt** M. > nouissimi primi et primi nouissimi R.

XX. 1. *om.* **enim** CEJLQRX*(+*corr.*)Z*(+Z^{4}) *vg. cum b c e ff$_1$ g$_{1.2}$ sed addit* enim *cod. caraf.* celorum W. patrifamilias JY *vg.*, patri familiae M. exit R. hoperarios C. ueneam L.

2. *om.* **autem** E. facto L. hoperariis C, operaris L, operarius R. danario T, dinario XZ* (*corr.* Z^{4}). dierno L, deurno R. ueniam E, uiniam R. **suam** (αὐτοῦ) *codd. pl. et vg.*: *om.* AFY.

3. egresus ℜLR. oram OT. > otiosus in f. stantes Q. hotiosos C, ociosos W.

4. > dixit illis ℜOR *vg.* > et uos ite Q. **uineam** *sine addit.* (τὸν ἀμπελῶνα BD *et codd. multi*) A(*sic*)BEFKMVXYZ𝔄: + meam CℜHΘ JLMTOQRTW *cod. caraf.* ϛ𝔖𝔈. dauo O*.

5. ille *ad init.* H. *om.* **autem** *sec.* R. exiuit O; abiit E. circam E. oram T. nouam L.

iterum autem exiit circa sextam et nonam horam et fecit similiter
6 circa undecimam uero exiit et inuenit alios stantes
et dicit illis quid hic statis tota die otiosi ?
7 dicunt ei quia nemo nos conduxit
dicit illis ite et uos in uineam.
8 Cum sero autem factum esset
dicit dominus uineae procuratori suo
uoca operarios
et redde illis mercedem
incipiens a nouissimis usque ad primos
9 cum uenissent ergo qui circa undecimam horam uenerant
acceperunt singulos denarios
10 uenientes autem et primi arbitrati sunt
quod plus essent accepturi
acceperunt autem et ipsi singulos denarios
11 et accipientes murmurabant aduersus patrem familias 12 dicentes
hi nouissimi una hora fecerunt
et pares illos nobis fecisti
qui portauimus pondus diei et aestus
13 at ille respondens uni eorum dixit
amice non facio tibi iniuriam
nonne ex denario conuenisti mecum ?
14 tolle quod tuum est et uade
uolo autem et huic nouissimo dare
sicut et tibi

---

6 exiiens autem et circa horam undecimam. inuenit alios stantes in foro otiosos et dixit eis. quid hic statis tota die otiosi. 7 ad illi dixerunt ei. quia nemo nos conduxit. dicit eis ite et uos operamini in uineam meam. et quod iustum est accipietis. 8 cum sero autem factum esset dicit dominus uineae procuratori suo. uoca operarios et redde illis mercedem suam. incipiens a nouissimis. usque ad primos. 9 cum uenissent ergo qui circa undecimam horam uenerant. acceperunt singulos denarios. 10 uenientes autem et primi. arbitrati sunt. quod plus essent accepturi. acceperunt autem et ipsi singulos denarios. 11 et accipientes. murmurabant aduersum patrem familias. 12 dicentes. hi nouissimi. una hora fecerunt et pares illos nobis fecisti qui portauimus pondus diei et aestus. 13 at ille respondens uni eorum dixit. amice. non tibi facio iniuriam. non ne denarium placuisti mecum 14 tolle

---

> hóram nonam QV*. *om.* **et fecit** ℙ. similiter V, simillíter L.

6. circam O*. hundecimam C, undecim E, ·XI· R. **uero** + horam R. **inuenit** (εὗρεν): uidit R* (*corr.* R^{sax}). allios K. stantes ^{et} V. dixit MR. > otiosi tota die R. hotiosi C, ociosi HW. *In* L *omnia sic confunduntur* inuenit alios stantes et dicit illis quid hic statis tota die circa undecimam uero exiit et in otiosi.

7. *om.* **ei** L. conducit R* (*corr.* R^{sax}). **uineam** (uiniam R) *sine addit. codd. pl. et* 𝔓 *cum c ff$_1$ m q*: + meam BEℙ^{mg}ΘLOQRTWXϚ𝔖𝔊 *cum graecis multis et uett. Deinde pergit* T et quod iustum fuerit dabo uobis *cum syr. cur. et hierus. copt.* (*codd.* 2) *aeth. arabb. et auct. op. impf. in Matt. hom.* 34. *ap. Sabat.*; e. q. i. f. accipietis *f* (est) *h q δ cum graecis plur.*

8. quum Θ. > autem sero OQ, > autem serum R. *om.* **factum** T *sed ras. est post* **esset** *quod bis scriptum uidetur.* facsset L* (tum e *in mg.*). **dicit** *inter lin.* O. uiniae LR, uinee W. procuraturi E. **suo** *improbauit* R^{sax}. hoperarios C. **redde**: trade JZ* (*corr.* Z^{1}). mercidem ELR. ha C. nouissimo E. husque C.

9–23. *In uersibus his multa in* L *uix aut ne uix quidem legi possunt.*

9. quum Θ. **ergo**: autem EQ. uenisent L. hundecimam C, ·XI.^{mam} R. oram T. uenerunt EH(*quasi* -riant)X^{c}; + et O. 9 *et* 10. acciperunt *bis* Eℙ, accipierunt *bis* B. accipierunt . . . acciperunt R.

10. *om.* **et** *pr.* RW. **plus**: amplius J. *om.* **autem** *sec.* LR. **et ipsi** *int. lin.* V; et ipse H, et ipsis O*.

11. accipieientes L. aduersum H*TZ*; contra F. patremfamilias *uno uerbo* JY *vg.*

12. dicen^{t}es M. hii BCEℙHL ? ORWZ*. **una hora** *codd. fere omnes* (ora T) *et vg. cum uett. fere omn.*: unam horam (*μίαν ὥραν*) LMR g_1, unam hora H^{1}Θ (*sed* unā *in ras.* H). > nobis illos H. nouis O*. **qui**: quia L. pundus R; honus W. **aestus** (estus CℙTW) *codd. pl. et vg. cum uett. pl. et Hieron.*: aestum (*τὸν καύσωνα*) Q *e h n corp. ox.*, estum R.

13. ad C. amicae R. dinario R; + diurno R. uenisti ℙ*, **conuen.** ℙ^{mg}.

14. **tolle** *repet.* H.

15 aut non licet mihi quod uolo facere?
an oculus tuus nequam est quia ego bonus sum?
16 sic erunt nouissimi primi
et primi nouissimi
multi sunt enim uocati
pauci autem electi.
17 (201. 2) Et ascendens iesus hierosolymam assumsit duodecim discipulos secreto
et ait illis
18 ecce ascendimus hierosolymam
et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis
et condemnabunt eum morte
19 et tradent eum gentibus
ad deludendum
et flagellandum et crucifigendum
et tertia die resurget.
20 (202. 6) Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedaei cum filiis suis
adorans et petens aliquid ab eo
21 qui dixit ei quid uis?
ait illi dic ut sedeant hi duo filii mei unus ad dexteram tuam
et unus ad sinistram in regno tuo.
22 Respondens autem iesus dixit
nescitis quid petatis
potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?
dicunt ei possumus

---

quod tuum est. et uade. uolo autem et huic nouissimo. dare sicut et tibi. 15 haud non licet mihi facere de meum quod uolo. an oculus tuus nequam est. quia ego bonus sum. 16 sic erunt primi nouissimi. et nouissimi primi. multi enim sunt uocati. pauci autem electi. 17 et ascendens iesus in hierosolymam. adsumsit duodecim discipulos seorsum in uia. et ait illis. 18 ecce ascendimus hierosolymam et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis et condemnabunt eum morti. 19 et tradent eum gentibus ad inludendum. et flagellandum. et crucifigendum. et tertia die resurget. 20 tunc accessit ad eum mater filiorum zebedei cum filiis suis. adorans et petens aliquid ab eo. 21 ipse autem dixit ei. quid uis. ait illi. dic. ut sedeant hi duo filii mei unus ad dexteram tuam et unus ad sinistram tuam in regno tuo. 22 respondens autem iesus dixit illis. nescitis quid petatis. potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum. aut baptisma baptizari quo ego. dicunt ei. possumus

---

15. **mihi** *in ras.* H, michi W; + in meis E; + dare mea QR. **quod uolo facere**: et quod uolo in meis f. Q; quodque uolo f. R. **facere** + de re mea O* *sed expunxit* O^{c}, *cf.* QR *supra*. han C. hoculus C, oculos M. tuos H*. nequa J.

16. **sunt enim** AB℘FJLMMRVXYZ: >enim sunt CEHΘKOQTW *vg. Tisch.* **autem** *codd. pl.*: uero E℘^{mg}HO^{sax}QR *vg. Tisch.*; *om.* T. helecti C, ellecti ℘ (1 *sec. expuncta*).

17. ^{a}scendens T, accedens C; ascendit J. **ihs** + in T. **hierosolymam** (εἰς Ἱεροσόλυμα) ΘJMM VX*Z*, iherosolymam C, iherosolimam T, hierusolymam KZ^{3}, hierusolimam ℘^{mg}Q(hyer.)R, ierosolimam W, ierosolymam *vg.*: hierosolyma B, hierusolima E; hierosolymis A(F *def.*)OX^{c}Y, hyerosolimis H, hierusolimis ℘*; + et J. **assumsit** *cum* AHQXY (*cf. ad* iv. 5), assumpsit KLMW *vg.*, adsumsit TZ^{c}, adsumpsit CE℘ΘJMORVZ* *Tisch.*: adsumit B (assumens F *ex Marc.* x. 22). duodecem ℘* (-cim ℘^{1}), ·XII· EMRW. **discip.** + suos BEH^{2}ΘJOQRW. **ait**: dixit ℘*(*sed* ait ^{mg}).

18. **hierosolymam** ACΘJMMQVXYZ*, hierusolymam KZ^{3}, hierusolimam E℘LR, hierosolimam O, iherosolymam T, ierosolymam *vg.*, ierosolimam W: hierosolyma F, hierusolyma B; hierosolimis H. trad|tur L. condempnabunt EΘ RW. *om.* **eum** E. **morte** *codd. vg. Hier. uett. plur. cf. Catonem ap. Sen. Ep.* 71, 15 *omne humanum genus* . . . morte damnatum *est*: mortem H*O*, morti *d f g*$_{1}$ (*Graeci plurimi* θανάτῳ *sed* εἰς θάνατον ℵ *Tisch.* 8, *om.* B *aeth. et uncis includunt W. H.*).

19. **deludendum** *codd. pl.*: inludendum J, illudendum K*? *vg.* flagillandum ℘R, flagillendum L. cruci figendum Y.

20. **ad**: ab L. zebedei CE℘HLRXW, zebaedaei F. filis LR. hadorans C, adoran L?. hab C.

21. dixitque JKMVXZ* (*corr.* Z^{1}). **uis** + et H^{1}ΘO^{sax}. **ait**: at R. dic **ut**: dicunt H*; ut (*om.* **dic**) R. hii BCEHΘ*LORTWZ*; *om.* ℘. *om.* **mei** D. dextram JZ*, dexterram O. **unus ad sin.**: unus a sin. EJ; unus et sin. R* (*corr.* R^{sax}). sinixtram CT; + tuam ORTWXZ.

22. **autem**: + illis R. **dixit**: + illis ℘Q; + eis F. > calicem bibere QR. uibiturus O*. **dicunt ei** (λέγουσιν αὐτῷ *graeci* D *excepto*) BCE ℘FJKLMMOQRTVWXYZ *vg.*: *om.* ei AHΘ.

23 ait illis calicem quidem meum bibetis
sedere autem ad dexteram meam et sinistram
non est meum dare uobis
sed quibus paratum est a patre meo.
24 (208. 2) Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus
25 iesus autem uocauit eos ad se et ait
scitis quia principes gentium dominantur eorum
et qui maiores sunt potestatem exercent in eos
26 non ita erit inter uos
sed quicumque uoluerit inter uos maior fieri
sit uester minister
27 et qui uoluerit inter uos primus esse
erit uester seruus.
28 (204. 4) Sicut filius hominis non uenit ministrari sed ministrare
et dare animam suam redemptionem pro multis.
29 (205. 2) Et egredientibus illis ab hiericho
secuta est eum turba multa
30 et ecce duo caeci sedentes secus uiam

23 ait illis. calicem quidem meum bibetis et baptisma quo ego baptizor. baptizamini. sedere autem ad dexteram meam uel ad sinistram non est meum dare uobis sed quibus paratum est a patre meo. 24 et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus. 25 iesus autem uocauit eos ad se et ait. scitis quia principes gentium dominantur eorum. et qui maiores sunt potestatem exercent in eis. 26 non ita erit inter uos. sed quicumque uoluerit inter uos maior fieri. sit uester minister. 27 et quicumque uoluerit inter uos primus esse erit uester seruus. 28 sicut enim filius hominis non uenit ministrari. sed ministrare. et dare animam suam redemptionem pro multis. 29 et egrediente eo ab iericho secuta est eum turba multa. 30 et ecce duo caeci. sedentes secus uiam. ut audierunt quod iesus transiret. excla-

23. **et ait** O. **illis** + ihs QR. > meum quidem L. *om.* **quidem** E. bibitis R. *om.* **autem** B. dextram BJ. *om.* **meam** R*. **et sinistram** *codd. pl. et* 𝔓: uel sin. *cod. caraf.* 𝔖𝔖𝔈; et ad sin. C𝔉P*H²ΘT (senis. 𝔉*, sinix. CT, *item* a^d T); uel ad sin. JKMᵀVZ¹; uel a sin. E; aut ad sin. 𝔉^mg (sinis.)LQR. **sin** + meam R. **uobis**: nobis L. **paratum**: datum Z* (*corr.* Z¹).

24. **et audientes**: aud. autem J. **aud.** + illi 𝔉LQ*. decim EKL; ·x· RW; + discipuli H²ΘO. sun^t Θ. dubus R (*corr.* R^aaz).

25. uocabit L; conuocauit E. *om.* **et** R. **ait** + eis BO. **quia**: quod E. > gentium principes LR. earum X; in eos J. **et qui mai. s. p. e. in eos** (eas *et om.* **in** X*): et ⁊tumaces potentantur eorum E *sine auct. uet. Def.* B *ad* xxi. 6.

26. quiqumque T; qui C.

27. serbus T.

28. animam// E. **suam** + in 𝔖. **redemptionem** C𝔉PFHΘJKLMᵀOQRWZ *vg.*: redemtionem A(B *def.*)TVXY, reddeptionem E. > pro multis redemptionem R. *Post hunc uersum sequitur hoc additamentum in* H^mgΘO, uos autem quaeritis de modico crescere et de maximo minui quū (cum O) autem introieritis ad caenam (cen. O) uocati nolite recumbere in superioribus (ri *sec. ex corr.* O) locis ne forte dignior te superueniat et accedens is qui te inuitauit dicat tibi adhuc inferius accede et confundaris si autem recubueris in inferiori (feriori O*) loco et aduenerit humilior te dicet tibi qui te inuitauit accede adhuc superius et (*om.* O*; + *c. sax.*) erit tibi hoc utilius; *locus notatur, linea apposita in* O *ubi adscripsit manus saec.* X?. 'Mirum unde istud additum; cum lucas parabolam de inuitatis ad nuptias et primos accubitus eligentibus decimo canone, ubi m(attheu)s sua non communia dicit, referat' *quod refertur ad numerum in margine* l·clxxviii. *Cf. Sabatarium ad h. l. et Tisch. W. H. t.* 2 *ad loc. Extat tantum in* D *inter graecos, sed habetur aliquo modo in a b c d e ff*₁.₂ *g*₁ (*sed tantum* uos autem quaeritis de pusillo crescere et de minore maiores fieri) *g*₂ (*sed omissis quae in g*₁ *sunt*) *h m* (*ut g*₁) *n r, and., emm., B. M. Reg.* I. B. vii (*uide Westcott,'Vulgate,' Smith, Dict. of Bible, p.* 1712) *et Reg.* I. A. xviii (*Athelstani*).

29. **et** *om.* R* (+ R^aaz). **illis** AEHWX^cY *vg. Hieron.*: eis C𝔉PFΘJKLMᵀOQRTVX*Z. hab C. iericho Θ*MW *vg.*, ierico T, hericho L. **secuta** (sequta Θ) **est eum** (*om.* **eum** J) **turba m.** (*cum graecis exc.* D *et paucis aliis*) *codd. pl. et vg.*: secutae (secute W, sequutae X, sequte T) sunt eum turbae multae (-be -te W) ROTWX* *cum e ff*₁ *g*₂ *q*.

30. ecee L. ceci RW. audientes E. **quia**: quod ΘO. hiesus C *uide ad* i. 1. *om.* **et** EJQ. exclamauerunt X*. **nostri**: nobis Q. **fili** EFH ΘJKMᵀOTVWXYZ *vg.*: filii AC𝔉PLQR.

audierunt quia iesus transiret
et clamauerunt dicentes
domine miserere nostri fili dauid
31 turba autem increpabat eos ut tacerent
at illi magis clamabant dicentes domine miserere nostri fili dauid
32 et stetit iesus et uocauit eos
et ait quid uultis ut faciam uobis?
33 dicunt illi domine ut aperiantur oculi nostri
34 misertus autem eorum iesus
tetigit oculos eorum
et confestim uiderunt et secuti sunt eum.
XXI. (206. 2) Et cum adpropinquassent hierosolymis
et uenissent bethfage ad montem oliueti
tunc iesus misit duos discipulos 2 dicens eis
ite in castellum quod contra uos est
et statim inuenietis asinam alligatam et pullum cum ea
soluite et adducite mihi
3 et si quis uobis aliquid dixerit
dicite quia dominus his opus habet
et confestim dimittet eos.
4 (207. 7) Hoc autem factum est
ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem
5 dicite filiae sion

---

mauerunt dicentes miserere nostri domine fili dauid. 31 turba autem increpabat eos. ut tacerent. at illi magis clamabant dicentes miserere nobis domine fili dauid. 32 et stetit iesus et uocabit eos et ait illis. quid uultis ut faciam uobis. 33 dicunt illi. domine ut aperiantur oculi nostri. 34 misertus autem eorum iesus. tetigit oculos eorum. et confestim uiderunt. et secuti sunt eum. XXI. 1 Et cum adpropinquassent hierosolymis. et uenissent in bethphagae ad montem oliueti tunc iesus misit duos discipulos suos. 2 dicens eis. ite in castellum. quod contra uos est. et statim inuenietis asinum alligatum. et pullum cum eo soluite. et adducite mihi. 3 et si quis uobis aliquid dixerit. dicite quia dominus his opus habet. et confestim dimittet eos . . 4 hoc autem factum est. ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem. 5 dicite filiae sion. ecce rex tuus. uenit tibi mansuetus. et sedens

---

31. turbe W. increpabant EW. eis CTX^{c}Z*. taceren^{t} Θ. **at**: ad O. *om.* dn̄e R. misserere ℨPR. filii ACℨPLO^{c}QR.

32. **et**: tunc X; *om.* J. hiesu C. uocaui Z* (+t Z^{4}), uocabit T. **eos** + ad se Q. **uultis**: uis V.

33. **illi**: ei R. *om.* dn̄e X*. **dn̄e ut aperiantur** *in rasura in* Z. apereantur H*. hoculi C.

34. missertus L; + est ER. **eorum**: eis Q; *om.* ET. hiesus C *u.* i. 1; + et R. hoculos C. *post* **uiderunt** *om.* **et** R. sequuti X*. sequti Θ. **eum**: iħm E.

XXI. 1. quum Θ; *om.* E. **adpropinquassent** CℨPHΘJLORX^{c}Z* *et* appr. AFKMTVWYZ^{2} *vg. cum graecis plur.* ἤγγισαν: adpropinquasset MQX*; adpropinquaret E = ἤγγισεν C^{3}V^{mg} *etc.* **hierosolymis** ACEFΘJMMTOQVXYZ*: hierusolymis KZ^{3}, iherosolimis T, hierusolimis ℨPLR^{sax}, hyerosolimis H, ierosolimis W, ierosolymis *vg. om.* **hier. et uenissent** R* *sed + corr. sax.* uenisset E *cum graecis aliquot et gat.* ff_{2}*, uenit *q*; + in Q. **bethfage** ACEℨPHΘKLMMTQRTVWYZ, bethfaget J; bethphage FOX *vg.* **ad**: in E = εἰς *cum graecis* BC^{2} 33 g^{scr} *et b c e* $ff_{1.2}$ *h n q r.* olibeti OT, holibeti C, olieti R. **tunc**: tunt *lapsu* H. missit L. *om.* **duos** R* (*sed* + R^{sax}). **discipulos** *codd.* (-us F) *et vg.*: de discipulis L; + suos EℨP^{mg} KMTT.

2. **dicens** *sine add.* R*; + illis R^{sax}. **contra**: tra L. > ^{est} contra uos T. inuenitis asiname *lapsu* ϛ. assinam ELR *et sic infra.* **alligatam**: ligatam J. **pullum** + eius X^{c}. adducete O*; + eum F.

3. q^{u}is O. hiis EW. hopus C. **dimittet eos**: demittet uobis R, dimittit (-tet X^{c}) //uos X.

4. *Hoc uersu incipit rursus* O *uerbis* **quod dictum est.**

autem + totum ERW *cod. caraf.* 𝔖𝔗 *cum graecis plurimis et gat.* g_{2} *q.* **impleretur** AEH*MO^{c} (impleritur O*)YZ *et* inpl. CFLT: adimpleretur H^{2}ΘJKMTVWX *vg.*; adinpl. ℨPQR(adinplere R* + tur R^{sax}). **per**: + aeseiam Q, + esseiam R, + essaiam D. profetam DℨPLR, profeta Q.

5. filie W. syon C. **et sedens** *codd. fere omnes et* 𝔐: *om.* **et** Wϛ𝔖𝔗 *Tisch.* assinam ELR. *om.* **filium** A*QR* (+ R^{sax}). subiugalem R.

ecce rex tuus uenit tibi mansuetus
et sedens super asinam et pullum filium subiugalis.
6 (208. 2) Euntes autem discipuli fecerunt sicut praecepit illis iesus
7 et adduxerunt asinam et pullum
et inposuerunt super eis uestimenta sua
et eum desuper sedere fecerunt
8 plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in uia
alii autem caedebant ramos de arboribus
et sternebant in uia.
9 (209. 1) Turbae autem quae praecedebant et quae sequebantur
clamabant dicentes
osanna filio dauid
benedictus qui uenturus est in nomine domini
osanna in altissimis.
10 (210. 10) Et cum intrasset hierosolymam
commota est uniuersa ciuitas dicens
quis est hic?
11 populi autem dicebant
hic est iesus propheta a nazareth galilaeae.
12 (211. 1) Et intrauit iesus in templum dei
et eiciebat omnes uendentes et ementes in templo
et mensas nummulariorum
et cathedras uendentium columbas euertit
13 et dicit eis scriptum est
domus mea domus orationis uocabitur

---

super asinum. et pullum filium subiugalis . . 6 euntes autem discipuli. fecerunt sicut praecepit illis iesus. 7 et adduxerunt asinum. et pullum. et imposuerunt super eum uestimenta sua. et sedit super eum. 8 plurima autem turba. strauerunt uestimenta sua in uia. alii autem caedebant ramos de arboribus. et sternebant in uia. 9 turbae autem quae praecedebant et quae sequebantur. clamabant dicentes. osanna filio dauid. benedictus qui uenit in nomine domini. osanna in excelsis. 10 et cum introisset in hierosolymam. commota est uniuersa ciuitas. dicens quis est hic. 11 turbae autem dicebant. hic est iesus propheta a nazareth galileae.

12 et intrauit iesus in templum dei. et eiciebat omnes uendentes. et ementes in templo. et mensas nummulariorum euertit. et cathedras uendentium columbas. 13 et dixit illis. scribtum est. domus mea domus orationis uocabitur. uos autem fecistis eam speluncam

---

6. praecipit ℘LQ, prec. D. > ihs illis L; eis ihs E.

7. assinam E(*ras. inter* n *et* a)LR. **pullum** + eius BEH²Θ. **inposuerunt** AC(F *def.*)ΘJKMMᵀ OQTVYZ, inpossu. ℘LR, imposu. HWX *vg.*: posuerunt E, possuerunt D. **super eis** AC(F *def.*) HMTY: super eos BΘJOVWXZ* *vg. c d* g_1 *δ Tisch.*; super eum DKMᵀQZ¹ *a b e f ff*$_{1.2}$ *h q*; eis ℘L; ei ER. **desuper**: super L.

8. plurimae au. turbae DQR. **alii**: alia E. cedebant E℘HLORWZ* (*corr.* Z¹). **de arboribus**: arborum D. in uiam Y.

9. turbe W, turba H*R. precaedebant D, praecidebant H²Q, precedebant W; cedebat R. sequaebantur L, sequib. O; secebatur R. o sanna AF, ós anna V, osanⁿa O, ossanna D, osianna C, ossianna R, hosanna *vg.* (hosan-na ℸ). **filio**: fili DELWZ* (*corr.* Z³), filii ℘*QR. beneditus Y. **uenturus est** AB℘*HJKLMMᵀVX(uentur est) YZ²: uenit CDE℘^{mg}(F)ΘOQRTWZ* $^{et\ 1}$ *vg. uett.* o sanna AF, ós anna V, ossanna DL, osianna C, ossianna R, hosanna *vg.* **os. in altissimis**: *om.* T*; os. in excelsis DEQRT^{c} *c d f* g_1 *h δ aur.*

10. quum HΘ. introisset R; transisset X*. **hierosolymam** ACFHΘJMMᵀOQVXYZ*: hierusolymam BKZ³, hierusolimam DE℘R, iherosolimam T, ierosolimam W, ierosolymam *vg.*; hierusolimis L. commotata D. huniuersa C; tota O. **quis**: qui T*.

11. **populi autem dicebant** (*οἱ δὲ ὄχλοι ἔλεγον graeci fere omnes*) *codd. pl. et vg.*: populus a. dicebat ABX^{c}Y. *om.* ihs H *et forsan* E^{c}. profeta D℘LR. naszareth E, nazaret TYZ. galileae CE℘FHΘKLMᵀORVZ, galilieae D, galilee W.

12. ntrauit *sic inc. uers.* D. templo H. iecebat LR, eicebat ℘*, ieciebat D, eiiciebat *vg. Tisch.*; eiciebant Q. hementes C. nummolar. BV, numular. DW *vg.* catedras T. uendenti m H*, uendentes m H¹. columpnas W. heuertit C, et uertit Y, subuertit J.

13. **et dicit**: dicens Q, dicit R. *om.* **scriptum est** E* *sed* + *in mg.* E¹. scribtum BE¹TZ. **est** +

uos autem fecistis illam speluncam latronum.
14 (212. 10) Et accesserunt ad eum caeci et claudi in templo et sanauit eos.
15 (213. 5) Uidentes autem principes sacerdotum et scribae mirabilia quae fecit
et pueros clamantes in templo
et dicentes osanna filio dauid
indignati sunt 16 et dixerunt ei
audis quid isti dicant?
iesus autem dicit eis
utique numquam legistis quia ex ore infantium et lactantium perfecisti laudem?
17 (214. 6) Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in bethaniam
ibique mansit
18 mane autem reuertens in ciuitatem esuriit
19 et uidens fici arborem unam secus uiam
uenit ad eam
et nihil inuenit in ea
nisi folia tantum
et ait illi numquam ex te fructus nascatur in sempiternum
et arefacta est continuo ficulnea
20 et uidentes discipuli mirati sunt dicentes quomodo continuo aruit?
21 (215. 6) Respondens autem iesus ait eis
amen dico uobis si habueritis fidem et non haesitaueritis
non solum de ficulnea facietis
sed et si monti huic dixeritis tolle et iacta te in mare fiet.

---

latronum. 14 et accesserunt ad eum caeci et claudi in templo. et sanauit eos. 15 uidentes autem principes sacerdotum. et scribae mirabilia quae faciebat iesus. et pueros clamantes in templo et dicentes. osanna filio dauid. indignati sunt. 16 et dixerunt ei. audis quid isti dicunt. iesus autem dixit eis. utique non legistis quod ex ore infantiym et lactantium perfecisti laudem. 17 et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in bethaniam. et requiebit illic. 18 mane autem reuertens in ciuitatem esuriit. 19 et uidens fici arborem unam secus uiam uenit ad eam et nihil inuenit in ea. nisi folia tantum. et ait illi. numquam ex te fructus nascatur in aeternum. et arefacta est continuo ficulnea. 20 et uidentes discipuli mirati sunt dicentes. quomodo continuo aruit ficulnea. 21 quibus respondens iesus ait. amen dico

---

enim quiâ R. horationis C. uoca^{bl}tur O; + omnibus gentibus R *ex Mc.* xi. 17. **illam**: eam DEFMTQRVZ. speloncam DLR. latronis D.

14. ceci LW. clodi DEΘ.

15. **principes sac.**: pharissaei Q. scribe HW. mirabililia L. que D. **fecit** + iħs DEQR. *om.* **et** *sec.* T. *om.* **in templo et dicentes** M; *om.* **et dicentes** Q. o sanna F, ó sanna AK, ós anna V, ossanna DL, osianna C, ossianna R, hosanna *vg.* **filio**: fili DELZ* (*corr.* Z^3), filii ℭ^{1}QR.

16. *om.* **ei** KMTZ* (+ Z^3). audi ℭ. **dicant** ABCℭ^{mg}FHΘMMTORVXYZ: dicunt DEℭ*JKL QTW *vg. Tisch.* hiesus C *uide ad* i. 1. **dicit** *codd. pl.* (λέγει): dixit CEℭPLR *vg. cum uett. plur.* hutique C: uos (*pro* **utique**) F. nunquam JS: non DQR. *om.* **quia** X*Z* (+ Z^4). hore C. **lactantium** *codd. fere omnes et* A *quamquam Tisch. perperam* -entium. *Cf. Ducange s. u.*: lactentium W *vg.* perficisti L.

17. **illis**: illi H; + iħs T. habiit C. foris J. uet^{h}aniam O, bethania ET. **ibique**: et ibi R. **mansit** + et docebat eos de regno dei E (*in* Z *rasura est* 5 *uel* 6 *litt. quae in marg. additae fuerant*). *Hoc additamentum agnoscunt corr. uat. et corr. apud Tischendorfium ut 'in ecclesia' i.e. in lectionibus ecclesiasticis: sed canc. corr. uat. marg. Post* **abiit** *deficit* B *usque ad* **homo** *uersu* 28.

18. hesuriit C, esurit D, essurit L.

19. **uidens**: uidit DLQR. ficus E, feci LW. > arb. fici R. **uiam** + et LR. **uenit**: ueniens X* (*corr.* X^c). *om.* **et** X*. nichil W. *om.* **in** F. eam E. > tant. folia J. tantam W. **num^{quam}** H, nunquam ℍ. harefacta C, are facta D, arida facta QR. ficulnia R.

20. **aruit** + ficulnea DLQR(-ia).

21. *om.* **autem** E. *om.* **ait eis** R (*sed* + ait illis R^{suz}); *om.* **eis** DT. **amen** *bis repet.* D (*sed sec. expunct.*). abueritis T. haessitaueritis E, hesitaueritis CℭPKMTVZ, hessitaueritis DR, aesitaueritis J, ees. O, aessitaueritis L; hesitaueristis W (+ in corde F *sed ex Marco est*). ficulnia R. facitis M. *om.* **sed** R. *om.* **si** *sec.* D. **tolle** *sine additamento cum codd. plur. et vg. ff$_{1\cdot2}$ h q r*: + te DEFLMQR TW *a e f g$_1$ aur.*; *graeci* ἄρθητι καὶ βλήθητι *unde* tollere et iactare *c*, tollere et mittere *b*, tollere et

22 (216. 4) Et omnia quaecumque petieritis
in oratione credentes accipietis.
23 (217. 2) Et cum uenisset in templum
accesserunt ad eum docentem
principes sacerdotum et seniores populi
dicentes
in qua potestate haec facis?
et quis tibi dedit hanc potestatem?
24 Respondens iesus dixit illis
interrogabo uos et ego unum sermo-
nem
quem si dixeritis mihi
et ego uobis dicam in qua potestate
haec facio
25 baptismum iohannis unde erat?
e caelo an ex hominibus?
at illi cogitabant inter se dicentes
si dixerimus e caelo
dicet nobis quare ergo non credidistis
illi?
26 si autem dixerimus ex hominibus ti-
memus turbam
omnes enim habent iohannem sicut
prophetam
27 et respondentes iesu dixerunt nesci-
mus

---

uobis si habueritis fidem. et non haesitaueritis. non solum de ficulnea facietis. sed et si monti huic dixeritis, tolle te et iacta te in mare fiet. 22 et omnia quaecumque petieritis in oratione credentes accipietis. 23 et cum introisset in templum. accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum et seniores populi dicentes. in qua potestate haec facis. et quis tibi dedit hanc potestatem. 24 respondens autem iesus dixit illis interrogo uos et ego unum sermonem. quem si dixeritis mihi. et ego uobis dicam in qua potestate haec facio. 25 baptismum iohannis. unde erat e coelo an ex hominibus. at illi cogitabant intra se dicentes. si dixerimus e caelo dicet nobis. quare ergo non credidistis ei. 26 si autem dixerimus ex hominibus timemus turbas. omnes enim habebant iohannem sicut prophetam. 27 et respondentes ad iesum dixerunt nescimus. ait illis et ipse nec ego uobis dico in qua potestate haec facio.

---

mitte te *d*; *et sic cor. uat.* ‘tollere et iactare in mare fiet *graecus sic habet et Mr.* xi [23] tollere et mittere *gr. et Lu.* xvii. [6] *de arbore moro* eradicare et transplantare; *propter quod* (?) *male dicitur* tolle [+ te *int. lin.*] *nam* r *mutatur in* t’; *sed*ᵉ *marg.* ‘. . tolle et iacta te in mare fiet *et tamen in Mr.* xi f *dicit* tollere et mittere. iacta te: mitte R. in mari CE; in uia T.

22. quecumque D, quæcunque 𝔓. horatione C; nomine meo D. **accipietis** + a patre meo J.

23. quum ΘHᶜ, qum H*, ueniisset D; + dn̄s iħs H. in templo H*Z*, *corr.* HᶜZ³. *om.* **docentem** HR *cum a b c e ff*₁ *g*₂ *h l et graeco* 44ᵉᵛ. *syr. cu.* saeniores C. hec W. faci (+s *corr.*) H*. aut quis 𝔉ᵐᵍL. > dedit tibi FR.

24. respondit M; + autem DRW. **dixit illis** ADE𝔉FHΘLMRTXᶜY, *et* dixit eis JKMOQV WX*Z¹ *vg. Tisch.*: ait eis Z*; dixit *tantum* C. interrogauo O*; interrogo FOˢᵃᶻ. **sermonem quem**: uerbum quod E. *Post* **sermonem** + dicite mihi R. *om.* **si** H*Y. di//xeritis H. *om.* **uobis** T; > dicam uobis H. in quam potestatem Z*, in qua potestatem H, in qua potesta L. hec CTW. fatio W.

25. **baptismum** *ut Mc.* xi. 30, babtismum DLR: baptismus TW *vg. Hieron.*, baptisma *Hieron. comm., d. Ueteres plerumque* baptismum (*βάπτισμα*) *et sic corr. uat. et marg. ex correctione, ubi fuerat utrinque* baptismus. ioannis 𝔖𝔈 *et sic infra*; iohannem R. hunde C. **erat**: fuit E; *ras.* 2 *uel* 3 *litt. post* **erat** H. de caelo EW (celo); + erat E. han C. ad C. ille H. intra DEΘQR. de caelo EH*Rˢᵃᶻ W(cel.)X*; he caelo C. *om.* **quare** R. **ergo**: uos Q. credidisti illi Y; credidistis ei D (+ nobi *ante* ei *sed expunct.*) 𝔉ᵐᵍQ.

26. *om.* **autem** Q. omnis M*. **habent** (*ἔχουσιν fere omnes*) *codd. pl. et* 𝔓 *et corr. uat.*: habebant DE𝔉ΘJLOQRTWX*ℨ𝔖𝔈 *Hieron. comm. et corr. uat. marg. cum gr.* 1 *al. pauc.* *εἶχον*, *a c f g*₂ *h q*, *cf.* habuerunt *ff*₁. **iohannem** (*ut* iii. 13) *cum* D𝔉F HΘJKLMOˢᵃᶻQRWZℨ𝔓: iohannen ACMO* TVX; ioħam E; ioannen Y*, -nem Yᶜ𝔖𝔈. **sicut**: sunt R* (*corr.* Rˢᵃᶻ). profetam D𝔉LOR.

27. responderunt (*et* + et *ante* **dixerunt**) E. hiesu C; iħm H; ad iħm DRWX*; ei Q. **nec**: non R. **ego**: ergo Y. > uobis dico MZ. quam potestatem Y. hec CW. **faciam** *cum* AFH*M O*Y: facio CDE𝔉H²ΘJKLMOᵍˡQRTVW(fatio) XZ *vg. Hieron. Tisch. et uett.*; *sed* faciam *uerum credo, uix enim ex coniectura oriri poterat; Graeci habent* *ποιῶ*. *In Mc.* xi. 33 *legimus* faciam *cum codd. plur., in Lc.* xx. 8 facio *cum codd. omn.*

ait illis et ipse
nec ego dico uobis in qua potestate haec faciam.
28 (218. 10) Quid autem uobis uidetur?
homo habebat duos filios
et accedens ad primum dixit
fili uade hodie operare in uinea mea
29 ille autem respondens ait nolo
30 postea autem paenitentia motus abiit
accedens autem ad alterum dixit similiter
at ille respondens ait eo domine et non iuit
31 quis ex duobus fecit uoluntatem patris?
dicunt primus.
Dicit illis iesus amen dico uobis
quia publicani et meretrices praecedunt uos in regnum dei
32 uenit enim ad uos iohannes in uia iustitiae
et non credidistis ei
publicani autem et meretrices crediderunt ei
uos autem uidentes nec paenitentiam habuistis postea ut crederetis ei.

28 quid autem uobis uidetur. homo quidam. habuit duos filios. et accedens ad primum. dixit fili. uade hodie operari in uineam. 29 ille autem respondens ait nolo. post autem. paenitentia motus abiit. 30 accedens autem ad alterum. dixit illi similiter: at ille respondens ait. eo domine et non ibit. 31 quis igitur ex duobus fecit uoluntatem patris. dicunt ei. primus. dicit illis iesus. amen dico uobis. quia publicani et meretrices. praecedunt uos in regnum dei. 32 uenit enim ad uos iohannes in uia iustitiae. et non credidistis ei. publicani autem et meretrices crediderunt ei. uos autem uidentes nec paenitentiam egistis

---

28. *om.* **autem** M*(*sed* + M¹). uidet^{u}r Θ. > uidetur uobis QR. **homo** *sine add.* ABℙ*FH*J LOYZ* *et* ϕ *Walkeri*: + quidam CDEℙ^{mg}H²ΘKM MᵀQRTVWXZ³ *vg. Hieron. uett.* (*exc. d*); *deinde* + qui E. habebant L. **duos**: II. D. accidens QR. filii AℙLRT. odie T, hodiae C: *om.* R* (*sed* + hodie R^{aax}); *in rasura scr.* K. hoperare C; operari WϚ. > operare hodie E. in uineam (-iam D) meam DEHJKMOQR^{aax}TWZ*, in uiam meam R*.

29. **ille autem**: at ille E. **ait**: dixit ℙ* (*sed corr. mg.*). po^{s}tea O. *om.* **autem** V. penitentia CℙT, -cia W; poenitentia B *vg.*; paenitentiam E*, poenetentiam L. habit L; abit + in uineam suam Q; + in uinam *et uett. a b c d e ff*$_{1.2}$ *h.*

30. acecedens L. **autem** *int. lin.* Θ. **dixit** + illis Q. **iuit** *codd. pl.* (iit ℙ*): ibit AZ. *Hi uersus transponuntur ab* RT^{c} *et cod. Usseriano 2* (*Tr. Coll. Dub.* A. 4. 6 = r_2) *cum graecis* B 4. 13. 69. 124. 238. 262. 346 *et uersionibus aliquot, quem ordinem sequuntur etiam W. H.*; *legunt autem sic* ille autem respondens (*om.* r_2) dixit (ait T) eo dn̄e et non iuit (iit R, habiit r_2) accedens (accessit r_2) autem ad alterum (alium r_2) dixit similiter at ille respondens ait (ille autem reſ r_2) nolo et postea (postea uero T^{c}, et postea r_2) paenitentia (penit. T^{c}, penet. r_2) motus (ductus r_2) abiit (+ in uiniā r_2).

31. **quis** + ergo LT. facit Q. uolumptatem C, uolumt. T. **dicunt** + ei BDEℙ^{mg}KMᵀRV *vg.* **primus** DEH²ΘKMᵀVWZ¹ *vg. Par.* 13171 *Harl.* 2788. 2790. 2795. 2797. 2823. 2826, *Add.* 9381. 11848. 11849, *Egerton.* 873, *Cotton. Tib. A.* II, *et gat. emm. c f q* δ *cor. uat.*: nouissimus (ὁ ἔσχατος D) ABCℙFH*JLORTXYZ* *et B. M. Reg.* 1. *A.* xviii, 1. *B.* vii, 1. *E.* vi, *Add.* 5463 (*i. e. Bentleii* F) *corp. oxon. cum uett. plur. a b d e ff*$_{1.2}$ *g*$_1$ *h r*$_2$ *aur.*; *ambas lectiones confundit* dicunt primus ei nouissimus Q. *Hic maxime conferendus est Hieronymus qui in textu legit* nouissimus *deinde pergit* ‘ *Sciendum est in ueris exemplaribus non haberi* nouissimum *sed* primum *ut proprio iudicio condemnentur. Si autem* nouissimum *uoluerimus legere manifesta est interpretatio, ut dicamus intelligere quidem ueritatem Iudaeos, sed tergiuersari, et nolle dicere quod sentiunt, sicut et baptismum Iohannis scientes esse de caelo dicere noluerunt.*’ **dicit**: ait Q. puplicani DℙLR. meritrices DL, meletrices O*. **praecedunt** (προάγουσιν) BC (**praec. uos** *bis repet.*)EH¹ΘJKLMᵀO*TVX*Z𝔓 *Hieron.*: praecedent ADℙFH*O^{aax}QRW (pre.) X^{c}YϚ𝔖𝔘 *Tisch.*; *uariant ueteres: praesentem habent a c e f ff*$_1$ *g*$_1$ *q, futurum b d* (antecedent) *ff*$_2$ *h.* **in regnum** (εἰς τὴν βασιλείαν) *ut* v. 20, vii. 21, xviii. 3, xix. 23, 24, *cum* Eℙ*KMᵀV𝔓𝔖𝔘 *f h*: in regno *codd. rell.* Ϛ *Hieron. et uett. plur.*

32. **enim** *int. lin.* X; autem W. iohannis DE*ℙLQRX *et* ioannes 𝔓𝔖𝔘. > iohan. ad uos BDKQ. iustitie E, -cie W. crededistis Mᵀ, gredidistis O, credistis K; credidisti E. puplicani

33 (219. 2) Aliam parabolam audite
homo erat pater familias
qui plantauit uineam
et saepe circumdedit ei
et fodit in ea torcular
et aedificauit turrem
et locauit eam agricolis
et peregre profectus est
34 cum autem tempus fructuum adpro-
pinquasset
misit seruos suos ad agricolas
ut acciperent fructus eius
35 et agricolae adprehensis seruis eius
alium ceciderunt alium occiderunt
alium uero lapidauerunt
36 iterum misit alios seruos plures pri-
oribus
et fecerunt illis similiter
37 nouissime autem misit ad eos filium
suum dicens uerebuntur filium meum
38 agricolae autem uidentes filium dixe-
runt intra se hic est heres
uenite occidamus eum
et habebimus hereditatem eius
39 et adprehensum eum eiecerunt extra
uineam et occiderunt
40 cum ergo uenerit dominus uineae
quid faciet agricolis illis?

---

postea ut crederetis ei. 33 aliam parabolam audite homo quidam erat paterfamilias qui plantauit uineam. et saepen circumdedit eam et fodit in ea torcular et aedificauit turrem et locauit eam agricolis et peregre profectus est. 34 cum autem tempus fructuum adpropinquasset misit seruos suos ad agricolas. ut acciperent fructus eius. 35 et agricolae adprahensis seruis eius unum caeciderunt. alium occiderunt alium uero lapidauerunt. 36 iterum misit alios seruos plures prioribus. et fecerunt eis similiter. 37 nouissime autem misit ad eos filium suum unigenitum dicens. reuerebuntur filium meum. 38 agricolae autem. uidentes filium dixerunt intra se. hic est heres. uenite occidamus eum et habebimus hereditatem eius. 39 et adprahendentes eum eiecerunt eum extra uineam. et occiderunt. 40 cum ergo

---

DΦPLR. *om.* **autem** W. meritrices DL. *om.* **ei** D. penitentiam CΦR, poenit. D, poenet. LW *vg.* abuistis C. post ea Y. > ut postea Q. credideretis B, crederitis X*.

33. parabulam DΦ[1]LOR. **audite**: di *in ras. a corr. scr.* Q. uiniam DR; + suam D. **saepe** AFHX *b*, saepae Y, *item* sepe CΘZ* *q*: saepem BEKM *e m cf. Mc.* xii. 1, saepen *f*, sepem DΦPJL[c] MORTVWZ[1] *vg. Tisch. Hieron. c ff*$_{1.2}$ *g*$_1$ *h*, septem L*Q. circundedit ϚЧ. fudit E, fodi F. torcolar E, turcular L. edificauit CLW. **turrem** + in medio eius E *ex Esaia* v. 2, *cui lectioni etiam suffragatur cor. uat., sed non marg.* agriculis BHLR. perigre Φ* (pere. Φ[1]).

34. quum HΘ. fructum EM(R); fructus J. **adpropinquasset** BCDEΦHΘJLMO(R)TX[c]Z*, appr. AFKMVWYZ[2] *vg.*: adpropinquaret QX*. > adpropinquasset fructum + uiniae R. missit DLR. seruus O*. **suos**: tuos R; *om.* KZ. **ad**: et Y. agriculas HLRT. accipirent O; acciperunt Y. fructos O*; fructum R.

35. **et agricolae**: *om.* et L; et agricole W, et agriculae HLR; > agricole autem E; + uenerunt Q. **adprehensis** ACDJMOTVX? *et* adpraeh. BEΦFRZ* *et* adpraech. LQ: appreh. KWYZ[2] *vg. Tisch.*, appraeh. HΘM. *om.* **eius** Z*. **ceciderunt** FΘMO*K[sax]TVW *vg. et* caecid. A*BCEJKXZ: cederunt ΦHLO[c]R*Y *et* caed. A[c]DMQ. **alium** + autem E. hoccid. C, accid. L*. alius uero lapidabant Q. > alium uero lapidauerunt et alium occiderunt R.

36. + et *ad init.* R. **iterum** + autem E. missit DΦLR.

37. missit DΦPLR. **dicens** + forsitan EF *et cor. uat.** *sed non marg.* reuerebuntur DQR; + forsitan T; + forte ϚŠ; *sic etiam graec.* 16 *add.* ἴσως *et b c e ff*$_2$ *h* forte *uel* forsitan *ex Luc.* xx. 13.

38. agriculae HL(-le)RT, agricole WЧ. **filium** + eius E. **intra**: inter LW. haeres JϚЧ. hoccidamus C. habebimus haereditatem JϚЧ, habebim[us *in mg.*] heriditatem L; habeamus hered. DE; nostra erit hereditas R; *graeci* σχῶμεν *uel* κατασχῶμεν.

39. **adprehensum** CDJMOTX*Z[c], adpraeh. BEΦPΘZ*, *et* adpraech. L: appre. AKQVWX[c]Y *vg. Tisch., et* apprae. FHM; adpraeso eo R* (*sed superscr.* -hen. R[c]); + eiciamus D (*sed expunctum*). > iecerunt eum R. *om.* **eum** E*. iecierunt DL, eicerunt FM, eicierunt P, egecerunt C; + eum M*. > occiderunt et eiecerunt extra uineam E. uiniam DR. hocciderunt C; + eum Φ[mg]Q.

40. quum HΘ. ueniret H*, ueniet X*. uiniae DR, uinee W. agriculis LR; colonis F *et* E* (*uel* coloniis).

41 aiunt illi malos male perdet
et uineam locabit aliis agricolis
qui reddant ei fructum temporibus suis
42 dicit illis iesus numquam legistis in scripturis
lapidem quem reprobauerunt aedificantes hic factus est in caput anguli
a domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris?
43 ideo dico uobis quia auferetur a uobis regnum dei
et dabitur genti facienti fructus eius
44 et qui ceciderit super lapidem istum confringetur
super quem uero ceciderit conteret eum.
45 (220. 1) Et cum audissent principes sacerdotum et pharisaei parabolas eius
cognouerunt quod de ipsis diceret
46 et quaerentes eum tenere timuerunt turbas
quoniam sicut prophetam eum habebant.
XXII. (221. 5) Et respondens iesus dixit iterum in parabolis eis dicens
2 simile factum est regnum caelorum homini regi
qui fecit nuptias filio suo
3 et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias
et nolebant uenire
4 iterum misit alios seruos dicens
dicite inuitatis ecce prandium meum paraui

---

uenerit. dominus uineae. quid faciet agricolis illis. 41 dixerunt ei. malos male perdet et uineam locauit aliis agricolis. qui reddant ei fructus temporibus suis. 42 dicit illis iesus. nunquam legistis in scribturis lapidem quem reprobauerunt aedificantes. hic factus est in caput anguli. a domino factum est istud. et est mirabile in oculis nostris. 43 ideo dico uobis. quia auferetur a uobis regnum dei. et dabitur genti facienti fructus eius. 44 et qui caeciderit super lapidem istum. confringetur. super quem uero caeciderit. conminuet eum. 45 et cum audissent principes sacerdotum et pharisaei parabolas eius cognouerunt. quod de ipsis diceret. 46 et quaerentes eum tenere. timuerunt turbas quoniam sicut prophetam eum habebant. XXII. 1 Et respondens iesus. iterum dixit eis in parabolis dicens. 2 simile est regnum caelorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. 3 et misit seruos suos. uocare inuitatos ad nuptias. et noluerunt uenire. 4 iterum misit alios seruos dicens. dicite inuitatis.

---

41. + et *ad init.* E. **aiunt**: dicunt EQ. male-perdet *uno ductu* Θ. perdiit Z* *ut uidetur sed corr. m. p.*, perdit F. uiniam DO*R; + suam Eꝑ^{mg}ΘO*W *vg.*, *sed delet* suam O^{sax} *et cod. caraf.* locauit E^{c}FH*OTXY^{c}Z* (*sed corr.* Z^{1}). alis LR. agriculis LR, agricoliis E. **reddant** *codd. pl. et cor. uat. cod. caraf.* 𝔖𝔈: reddent ERϚ𝔐, *ex graeco ἀποδώσουσιν*; reddunt K. **ei**: et ꝑ*; ei et ꝑ^{mg}. fructus BCT; + in J.

42. **numquam** (nunquam 𝔐): numquid non J; quid non R. scribturis EJOYZ; + in psalmo E. edificantes W. > est factus Ϛ𝔐 (*corr. cod. caraf.*). capud ELRW. angili H*. factus *sec.* Dꝑ^{1}LQRX* *cum a b c e ff*$_{1.2}$ *h q* (*non f g*$_{1}$), facta *d.* istut Z* (*corr.* Z^{3}), iste X*?. **et est**: hoc est DLQR. mirabilis F, ammirabilis X*, a mirabile X^{c}. occulis R, hoculis C.

43. dauitur O*. *Post* **facienti** *ras. fere* 7 *litt.* X. fructos O*; fructum DQR.

44. *om.* **et** D. caeciderit *bis* CE, cicid. *bis* DLR, cedderit W?. **istum** (iustum L*) + non R. confringuetur DL, confringitur O*; infringetur J. s. quem autem F.

45. **et cum** (quum CHΘ) **audissent** (uenissent R*): audientes autem J. pharisei CTW, farissaei R, farīs D, farissei L, farisei ꝑ. parabulas DꝑLR. *Post* **eius** *ras. quasi* 3 *litt.* X.

46. querentes CDELR^{sax}; uolentes R*. **quoniam**: quia EQ. propheta E, profetam DꝑLOR.

XXII. 1. dicit W. > eis in parabolis C. parabulis Dꝑ^{1}FLR. *om.* **eis** Q. *om.* **dicens** RW. > dixit (*pro* **dicens**) eis E.

2. *om.* **factum** DQRW. eaelorum L, cel. W. nubtias TY.

3. missit DL; miserunt W. seruosuos T. inuitatores J. nubtias BXY. noluerunt DQRX*.

4. + et *ad init.* R. missit DLR. **alios** + suos E*. **seruos** + suos JKMVZ. dicete ꝑ. *om.*

tauri mei et altilia occisa et omnia
parata uenite ad nuptias
5 illi autem neglexerunt
et abierunt alius in uillam suam
alius uero ad negotiationem suam
6 reliqui uero tenuerunt seruos eius
et contumelia adfectos occiderunt
7 rex autem cum audisset iratus est
et missis exercitibus suis perdidit
homicidas illos
et ciuitatem illorum succendit
8 tunc ait seruis suis nuptiae quidem
paratae sunt
sed qui inuitati erant non fuerunt digni
9 ite ergo ad exitus uiarum
et quoscumque inueneritis uocate ad
nuptias
10 et egressi serui eius in uias
congregauerunt omnes quos inuenerunt
malos et bonos
et impletae sunt nuptiae discumben-
tium.
11 (222. 10) Intrauit autem rex ut uideret
discumbentes
et uidit ibi hominem non uestitum
ueste nuptiali
12 et ait illi amice quomodo huc intrasti
non habens uestem nuptialem?
at ille obmutuit
13 tunc dixit rex ministris
ligatis pedibus eius et manibus
mittite eum in tenebras exteriores

---

ecce prandium meum paraui. tauri mei et saginata occisa sunt et omnia parata. uenite ad nuptias 5 illi autem neglexerunt et abierunt alius ad agrum suum. alius uero ad negotiationem suam. 6 reliqui uero. tenuerunt seruos eius. et contumeliis affectos occiderunt. 7 et audiens rex ille. iratus est. et mittens exercitum suum. perdidit homicidas illos. et ciuitatem illorum succendit. 8 tunc ait seruis suis. nuptiae quidem paratae sunt. sed qui inuitati erant. non fuerunt digni. 9 ite ergo ad exitus uiarum et quoscumque inueneritis. uocate ad nuptias. 10 et egressi serui illi in uias. congregauerunt omnes quos inuenerunt bonos et malos. et implete sunt nuptiae discumbentium. 11 intrauit autem rex ut uideret discumbentes. et uidit ibi hominem non uestitum uestem nuptialem. 12 et ait illi. amice quomodo huc intrasti non habens uestem nubtialem. at ille obmutuit. 13 tunc dixit rex ministris. alligate ei pedes et manus et tollite eum. et mittite in tenebras exteriores ibi erit fletus et

---

meum M. *om.* **et** *pr.* D. **altilia** + mea R. occissa DEQR, hoccisa C; + sunt QϚ𝔖𝔈; *ras. in* T *in qua* inuitatis *ut udtur scriptum erat.* **parata** + sunt ΘO^{saec}Q. nubtias XY, nupcias W.

5. neclexerunt CT. habierunt C. alii DQR. *om.* **suam** *pr.* R. alii DQR. **uero**: *om.* J; autem ℭR. negociationem V.

6. **seruos**: ser | *tantum* L. **eius**: suos D. contumilia DℭLMR; contumeliis BH^{1}Θ *vg. cor. uat. mg.* **adfectos** *cum* ADℭJLR^{saec}YZ*, *et* adfectus H; affectos CFΘKMMTVWXZ^{2} *vg. Tisch.*: adflictos BEOQR*; *graeci tantum* ὕβρισαν καὶ ἀπέκτειναν. hocciderunt C.

7. quum HΘ. audiss *tantum* L. **est** + nimis T. **missis** (misis EℭPL) **exerc. suis** (*πέμψας τὰ στρατεύματα αὐτοῦ fere omnes*) *codd. pl. et vg.*: missit exercitum suum (*τὸ στράτευμα αὐτοῦ* D *gr.* 1. 118. 209. 238) et DQR *fere cum a b c d e f ff*$_{1.2}$ *h q* (mittens *d f*). homicidias RY. **illorum**: eorum R. **succendit**: subuertit T.

8. nubtiae BY, nuptie W. parate W. herant C. **fuerunt**: sunt DQR.

9. **ad**: ex R* (ad R^{saec}). ex itus D. *om.* **et** Q. quosquumque H. inuenieritis O; inueneretis L; inueniretis Q. nubtias XY.

10. egresi ℭPL; egressis E*; + sunt F. in uia R. *post* **uias** *ras. in* E. *om.* **omnes** E. **quos**: qui T; quotquot DE(*ex* quodquod)QR. inuenierunt D; + et D. > bonos et malos EℭPORX*. **impletae** (-te WY): inpl. CDE*ℭPFORT. nubtiae CTXY; nuptie W. discumbentibus DR.

11. **ibi hominem** *bis lapsu* K. uestem H. nubtiali BTXY, nupciali W, nuptiale Z* (*corr.* Z^{3}).

12. amicae R. nubtialem BTXY, nupcialem W. **at** (ad C) **ille obmutuit** (hobm. C, omm. HKM MTVW, obmo. R): *om.* F.

13. **dixit rex** (*om.* **rex** R* *sed* + R^{saec}): rex dicit E. legatis HO*; alligatis J; alligate eum E. **pedibus eius et manibus** *codd. pl.*: pedibus (*om.* **eius**) et manibus JQ; > manibus et pedibus eius B *vg.*; > manibus et pedibus (*om.* **eius**) DE LR; pedibus eius T* (+ **et manibus** *int. lin.*);

ibi erit fletus et stridor dentium
14 multi autem sunt uocati
pauci uero electi.
15 (223. 2) Tunc abeuntes pharisaei
consilium inierunt ut caperent eum in sermone
16 et mittunt ei discipulos suos cum herodianis dicentes
magister scimus quia uerax es
et uiam dei in ueritate doces
et non est tibi cura de aliquo
non enim respicis personam hominum
17 dic ergo nobis quid tibi uideatur ?
licet censum dari caesari an non ?
18 cognita autem iesus nequitia eorum ait
quid me temtatis hypocritae ?
19 ostendite mihi nomisma census
at illi optulerunt ei denarium
20 et ait illis iesus
cuius est imago haec et suprascriptio ?
21 dicunt ei caesaris
tunc ait illis reddite ergo quae sunt caesaris caesari
et quae sunt dei deo
22 et audientes mirati sunt et relicto eo abierunt.
23 In illo die accesserunt ad eum sadducaei
qui dicunt non esse resurrectionem
et interrogauerunt eum 24 dicentes

---

stridor dentium. 14 multi enim sunt uocati. pauci autem electi. 15 tunc abierunt pharisaei. et consilium inierunt. quomodo eum caperent in uerbo. 16 et miserunt ad eum discipulos suos cum herodianis dicentes. magister scimus quia uerax es. et uiam dei in ueritatem doces et non est tibi cura de aliquo non enim respicis personam hominum 17 dic ergo nobis. quid tibi uidetur. licet censum dari caesari. aut non. 18 cognouit autem iesus. nequitiam eorum et ait. quid me temptatis hypocritae. 19 ostendite mihi denarium census. at illi. obtulerunt ei denarium. 20 et ait illis cuius est imago haec. et superscribtio. 21 dixerunt ei. caesaris. tunc ait illis iesus. reddite ergo quae sunt caesaris. caesari. et quae sunt dei. deo. 22 et audientes. mirati sunt et relicto eo. abierunt. 23 in illa die. accesserunt ad eum sadducaei qui dicunt non esse resurrectionem. et interrogauerunt eum 24 dicentes. magister.

> manibus eius et pedibus *corr. uat.* + et (*ante* **mittite**) EQ. mitte V*. **ibi**: ubi D; illic R.

14. **autem**: enim RW *vg. Tisch. om.* **sunt** JR*. uoci R* (+ sunt *et* at R^{sax}). aelecti C.

15. habeuntes C. pharisei CEW, $phar^{is}$ei O; farissei DLR, farisei ℭP. **inierunt**: fecerunt DLQR. carperent T* (r *pr. semi-erasa*). **eum**: ihm W *cor. uat.* (*post ras.* eum).

16. immittunt X (*ut propius reddat* ἀποστέλλουσιν ?), *cf.* immiserunt *ff*$_1$. herodianiis E, erodianis D, hirodianis L. hes C. **et uiam**: inuiam R. non enem T*?. **respicis** (-it L): + ad DLQR; + in E. personas DQR. hominis JO.

17. **uideatur** AFH*MXY: uidetur BCDEℭP H^cΘJKLMTOQRTVWZ *vg. Tisch. Hieron. Sed* uidetur *credo esse correctionem, partim ex ueteribus, qui omnes sic legunt, partim ex graeco* δοκεῖ. **censum dari** *similiter cum* ACℭPFHΘJLMWX YZ^3 *Hieron.* (*et comm.* solui) *et* dari *a c e f ff*$_{1.2}$ *q cf. Mc.* xii. 14: census dare (δοῦναι) BDEKMTOQ TVZ* *vg. Tisch. b d g*$_1$ *h, et* dare census R *cf. Lc.* xx. 22. cesari TW, caessari R, cessari DℭPL. **an**: aut BCELQT. annon *uno ductu* M.

18. cognouit . . . nequitias T. **quid me temtatis hypocritae** *int. lin.* X. **temtatis** (*ut* iv. 1, *etc.*) *cum* AHQT^{c}XZ^c (temtastis T*): temptatis BC DEℭPFΘJKLMMTORVWYZ* *Tisch.*, tentatis *vg.* hypocritae CLY, hyppochritae DE, hippochritae R, hipocrite ℭP(-tae)T, ypocritae Z^c, ypochrite W.

19. hostendite C. **nomisma** *codd. pl. et cor. uat. et corr. in marg.*: numisma DJO^{sax}W *vg. Hieron.*; nummisma EℭPLR; nouissima O*X*; nominis T. censue T*. ad C. **optulerunt** (*uide ad* ii. 11) AFHJKMMTOQVXYZ^4: obt. BDEℭP ΘLRTWZ* *vg.*, hobt. C.

20. hiesus C, ihesus T *cf. ad* i. 1. hymago C, ymago W. > et hec W. **suprascriptio** AℭPH* MY^{c}Z^4 *et* suprascribtio FJO*Y*: superscriptio BCDH^{1}ΘKMTQRTVW *vg. Hieron.*, super scriptio L; superscribtio O^{sax}XZ*, super scribtio E.

21. cessaris *etc.* DℭPLR, ces. *etc.* W. **tunc ait illis red. ergo q. s. c.** *om. propter homoeoteleuton* L. **illis**: eis E; + ihs JQR. > cessari quae cessaris sunt R. > quae caesaris (caesari T*) sunt caesari CT. que *bis* D.

22. habierunt C.

23. illa QR. diae C. *om.* **ad eum** DR. > sadducaei ad eum Q. sadducei CℭP, saducaei Y, saducei DLRW, sadduccaei E. *om.* **et** R.

24. **moses** *cum* ABCFMOQRXY*Z: moyses

magister moses dixit si quis mortuus fuerit non habens filium
ut ducat frater eius uxorem illius
et suscitet semen fratri suo
25 erant autem apud nos septem fratres
et primus uxore ducta defunctus est et non habens semen
reliquit uxorem suam fratri suo
26 similiter secundus et tertius usque ad septimum
27 nouissime autem omnium et mulier defuncta est
28 in resurrectione ergo cuius erit de septem uxor?
omnes enim habuerunt eam.
29 Respondens autem iesus ait illis erratis nescientes scripturas neque uirtutem dei
30 in resurrectione enim neque nubent neque nubentur
sed sunt sicut angeli dei in caelo.
31 De resurrectione autem mortuorum non legistis
quod dictum est a deo dicente uobis
32 ego sum deus abraham et deus isaac et deus iacob?
non est deus mortuorum sed uiuentium
33 et audientes turbae mirabantur in doctrina eius.
34 (224. 6) Pharisaei autem audientes quod silentium inposuisset sadducaeis

---

moyses dixit. si quis mortuus fuerit. non habens filios ut ducat frater eius uxorem illius. et suscitet semen fratri suo. 25 erant autem aput nos. septem fratres. et primus uxore ducta. defunctus est et non habens semen reliquit uxorem suam fratri suo. 26 similiter autem et secundus. et tertius usque ad septimum 27 nouissimae autem omnium et mulier defuncta est. 28 in resurrectione ergo. cuius de septem. erit uxor omnes enim habuerunt eam. 29 respondens autem iesus ait illis. erratis nescientes scribturas. neque uirtutem dei. 30 in resurrectione enim. neque nubent neque nubentur. sed sunt sicut angeli in caelo. 31 de resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a deo dicente uobis. 32 ego sum deus abraham et deus isaac et deus iacob non est deus mortuorum sed uiuorum. 33 et audientes turbae mirabantur in doctrina eius.

8. fatue LW. *post* **autem** *ras.* 6 *aut* 7 *litt.* ℜ. **sapientibus**: prudentibus D* (*sed corr.*); *graeci habent semper* φρόνιμοι *etc. sed ueteres plerumque cum uulgata concordant cum habeant* prudentes *alibi et* sapientibus *hic sc. b c f g*$_1$ *h q, sed* prudentibus *ff*$_1$; *contra d et r*$_2$ *habent ubique* sapientes, sapientibus. *De textu Africano uix possumus iudicare cum deficiat e, nec Cyprianus opem praestet: sed credo duas fuisse hoc loco uersiones quarum una habuerit* sapientes *et* stultae (*d*) *et altera* prudentes *et* fatuae. dixierunt L. **date**:

[9] responderunt prudentes dicentes
ne forte non sufficiat nobis et uobis
ite potius ad uendentes et emite uobis
[10] dum autem irent emere uenit sponsus
et quae paratae erant intrauerunt cum
eo ad nuptias
et clausa est ianua
[11] nouissime ueniunt et reliquae uirgines
dicentes
domine domine aperi nobis
[12] at ille respondens ait amen
dico uobis nescio uos
[13] uigilate itaque quia nescitis
diem neque horam.
[14 (269. 2)] Sicut enim homo peregre profi-
ciscens uocauit seruos suos
et tradidit illis bona sua.
[15 (270. 5)] Et uni dedit quinque talenta
alii autem duo
alii uero unum
unicuique secundum propriam uirtu-
tem
et profectus est statim
[16] abiit autem qui quinque talenta ac-
ceperat
et operatus est in eis
et lucratus est alia quinque
[17] similiter qui duo acceperat
lucratus est alia duo
[18] qui autem unum acceperat
abiens fodit in terra et abscondit pe-
cuniam domini sui
[19] post multum uero temporis uenit do-
minus seruorum illorum

potius ad uendentes et emite uobis. [10] dum autem irent. emere uenit sponsus. et quae paratae erant. intrauerunt cum eo ad nuptias. et clausa est ianua. [11] postea autem uenerunt relique uirgines dicentes. domine domine aperi nobis. [12] quibus respondens dixit. amen dico uobis quia non noui uos. [13] uigilate ergo quoniam nescitis diem neque horam. [14] sicut enim homo peregre proficiscens. uocauit seruos suos. et tradidit illis substantiam suam. [15] et uni dedit quinque talenta. alii autem duo. alii uero unum. unicuique autem. secundum propriam uirtutem. et profectus est. [16] statim autem abiit. qui quinque talenta acceperat. et operatus est in eis. et lucratus est alia quinque talenta. [17] similiter. et qui duo acceperat. lucratus est et alia duo. [18] qui autem unum talentum acceperat. abiit et fodit in terram et abscondit pecuniam domini sui. [19] post

da H*. olo R* (*sed corr. m. sax.*). lampadas X. nostre RW. **extinguntur** *codd.*: extinguuntur W *vg., Tisch.*

9. **responderunt**: respondens L; + autem DLQ. **dicentes**: + dixerunt X*; + non DELR. suffiat D, suficiet L. putius ℙLR, pocius W. **ad** + eos L. emitte LV*.

10. hemere C. que D. parate LORW, partae H; preparatae D; *om.* Y. intraurunt L*, intraberunt T. nubtias BY. claussa D.

11. nouissimae BQX, nouisime L, nouisseme O*; *graeci ὕστερον δέ, sed codices nostri plerumque non reddunt* δέ; + autem DEQR *f*; + uero W *ff*$_1$ *vg. Hieron. Tisch.* **ueniunt**; uenerunt ℙO^{c}RW, *cf.* ἦλθον D *gr. c d f.* *om.* **et** JTZ^c. relique DORZ; relinque LY*(-quae). apere R.

12. ad C; et E. a^{li}t O; eis C. amen amen D. **uobis**: + quia R; + quod DL.

13. uigelate D, vgilate L. **itaque** + et orate T^c *cor. uat.** *non mg.* > horam neque diem Q. hora H; + qua dñs uester uenturus est HQ (*ex* xxiv. 42).

14. **sicut**: si E^c. *om.* **enim** LR. **homo** + quidam W. perigre ℙR; *om.* CFH*JXZ*(+ Z^3) *g*$_1$. proficicens E, profeciscens L. > prof. homo per. ℙ. uocabit T.

15. **quinque**: ·v· DEFRW. tallenta L. ali E *bis*; alteri D. *om.* **autem** Q. **duo**: ·ii· DE. **uero**: autem Q. **unum**: ·i· E; + et ℙ^{mg}Q. hunicuique C, uni cuice L. **propr. uirtutem**: opera sua L. > statim profectus est X. > profectus est. statim [16] autem abiit R. istatim C.

16. R *uide supra* 15. habiit C, abit LQ. *om.* **qui** Y*. **quinque**: ·v· DERW, quinta M, cumque L. tallenta L, thalenta C. acciperat EℙR, acciperet L. *om.* **et operatus est** *usque ad* **acceperat** *uersu per homoeoteleuton* O*, *sed* + *in mg. inf.* O^1. hoperatus C. *om.* **est** ℙ*(+ *mg.*). **eis**: ea T. **alia**: + in Q; + duo qui L. **quinque**: ·v· DEFRTW.

17. **similiter**: + et DHLQW *vg.*; + autem et R. **duo**: ·ii· *bis* DE. acciperat EℙR, acciperet L. **est** + et O* *ut udtur, sed erasum.*

18. **autem**: uero R. **unum**: ·i· E; + talentum Q. acciperat EℙO, acciperet L. > acceperat unum R. **abiens**: habens L. *om.* **in** X*(+ X^c). terram EHJLO*TWX *vg.* paecuniam E.

19. tempus O*. *post* **seruorum** *rasura est in* E. possuit ℙLR; posui O*.

et posuit rationem cum eis
[20] et accedens qui quinque talenta acceperat
optulit alia quinque talenta dicens
domine quinque talenta mihi tradidisti
et ecce alia quinque superlucratus sum
[21] ait illi dominus eius
euge serue bone et fidelis
quia super pauca fuisti fidelis
supra multa te constituam
intra in gaudium domini tui.
[22] Accessit autem et qui duo talenta acceperat
et ait domine duo talenta tradidisti mihi
ecce alia duo lucratus sum
[23] ait illi dominus eius
euge serue bone et fidelis
quia super pauca fuisti fidelis
supra multa te constituam
intra in gaudium domini tui.
[24] Accedens autem et qui unum talentum acceperat
ait domine scio quia homo durus es

---

multum uero tempus uenit dominus seruorum illorum. et posuit raditionem cum eis. [20] et accedens qui quinque talenta acceperat. obtulit alia quinque talenta dicens. domine quinque talenta mihi tradidisti. ecce alia quinque superlucratus sum. [21] et ait illi dominus eius. euge serue bone et fidelis. quia super pauca fuisti fidelis super multa te constituam intra in gaudium domini tui. [22] accedens autem et qui duo talenta acceperat dixit. domine duo talenta tradidisti mihi. ecce alia duo talenta superlucratus sum. [23] ait illi dominus eius. euge serue bone et fidelis. quia super pauca fuisti fidelis. super multa te constituam. intra in gaudium domini tui. [24] accedens autem. et ille qui unum talentum acceperat ait. domine. scio te. quia homo durus es. metis. ubi non seminasti. et congregas ubi non sparsisti.

---

20. accidens O*. **quinque**: ·v· *quater* DEF RW. thalenta *hic et alibi* C, tallenta L *bis* (*sed tert. et* 22, talenta). acciperat EƎPR, acciperet L. **optulit** AFHJKMTOQVY: obtulit BDEƎPΘTW XZ *vg.*, hobtulit C, obtullit LR; + ei T. *om.* **talenta** R. *om.* **dicens** D*. *om.* dn̄e L. **quinque** *tert.*: quique L. > tradidisti mihi ƎPRTW *vg.*; > dedisti mihi Q. *om.* **et** CDEHΘKLQR^{saaz}(*uide inf.*)TVWX*Z *vg. Tisch.*; *om.* **et ecce** R*(+ ecce *tantum* R^{saaz}); > ecce et J. **quinque** + talenta J. super lucratus D.

21. + et *ad init.* QR. **eius**: meus R*. **serue bone** (δοῦλε ἀγαθέ *codd. gr. omn.*) *cum* DEHLO QRW *vg., et c d f ff*$_1$ *ff*$_2$ *g*$_1$ *q r* δ; *cf. u.* 23 *ubi hunc ordinem plures sequuntur codd.*: > bone serue ABC (bonae seruae)ƎPFΘJKMTVXYZ *a b h aur.* fideles X*. **super pauca** (ἐπὶ ὀλίγα) *codd. et vg.*: supra p. X*. paucae L. > fidelis fuisti Q. **supra multa** (ἐπὶ πολλῶν) *cum* HKMTX*Z *et Bentleio* (*Tr. Coll.* B. 17. 14) *ex B. M.* 1 B. vii, 1 E. vi, 1 E. vii, viii, *add.* 5463 (*Bentleii* F), *Cotton. Tib.* A. ii; *legunt etiam sic Walkeri* o (*Par. F. L.* 262) φ (*F. L.* 13171) *et S. ioh. oxon.*: super multa ABC DEƎPFΘJLOQRTVWY *vg. Tisch. Cf. uers.* 23 *ubi plures huic lectioni nostrae suffragantur, et uersionem Turicensem* 'in paucis fuisti fidelis multis te praeficiam,' *et Anglicanam* A.D. 1603. paucae L. **domini** + dei BOR*.

22. **accessit autem et**: et accessit Q; acces alter et L, accessit et alter R; accedens autem et KMTVZ; a. autem + ad eum et OX*. **duo**: ·II· DE (*sed* duo *sec.* D). thalenta C, talentu Z*(-ta Z^1). acciperat BEƎP, acciperet L. **et ait** (*om.* **et** KMTVZ): dicens R. dua Z* (*corr.* Z^2). thalenta C, tallenta R. > mihi tradidisti CDERT^c (mihi tr. mihi T*); *deinde* + et R*. **ecce** + et J. > duo alia R. superlucratus RT, super lucratus Q.

23. + et *ad init.* JQ. **dominus**: deus W. **serue bone** (δοῦλε ἀγαθέ *uid. ad u.* 21) BC(seruae bonae) DEƎPFΘJKLMOQR (>s.b.euge) VWXZ *vg. uett. pl.*: bone serue AHTY *cum uett. h* (bene) *r.* **super pauca** (ἐπὶ ὀλίγα) *codd. pl. et vg.*: supra p. HX. **supra multa** (ἐπὶ πολλῶν) ABFH*KOTXYZ *Bentl.*: super multa CDEƎPH^{c}ΘJLMQRVW *vg. Tisch., cf. uers.* 21. multe L. **domini** + dei BLOR. ttui W.

24. *om.* **et** R. tallentum L. acciperat BEƎPOR, acciperet L; + et EH^{c}ΘW. *om.* **quia** E. **durus**: austerus W, *cf.* austeris *b* (*ex Luc.* xix. 21). **es et** AƎPFHΘOQY: es (*om.* **et**) BCDEJKLMRTVW XZ *vg. Tisch.*; *graeci* θερίζων *quod non inepte redditur* et metis, *quod, qui corrigebant, non satis perspicientes delebant* et *ut graeco propius accederent; Bentleius uoluerat* metens *sed non reperitur nisi in d.* metes Z* (*corr.* Z^3) *cum c q.* hubi C *bis.* saeminasti C, semen. O; seminas JL. *om.* **ubi non sparsisti** D. sparasti L.

et metis ubi non seminasti
et congregas ubi non sparsisti
25 et timens abii et abscondi talentum tuum in terra
ecce habes quod tuum est
26 respondens autem dominus eius dixit ei
serue male et piger
sciebas quia meto ubi non semino
et congrego ubi non sparsi ?
27 oportuit ergo te mittere pecuniam meam nummulariis
et ueniens ego recepissem utique quod meum est cum usura
28 tollite itaque ab eo talentum
et date ei qui habet decem talenta.
29 (271. 2) Omni enim habenti dabitur
et abundabit
ei autem qui non habet
et quod uidetur habere auferetur ab eo.
30 (272. 5) Et inutilem seruum eicite in tenebras exteriores
illic erit fletus et stridor dentium.
31 (273. 10) Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua
et omnes angeli cum eo
tunc sedebit super sedem maiestatis suae
32 et congregabuntur ante eum omnes gentes
et separabit eos ab inuicem
sicut pastor segregat oues ab haedis
33 et statuet oues quidem a dextris suis
haedos autem a sinistris

---

25 et timens abii. et abscondi talentum tuum in terram. ecce habes quod tuum est. 26 respondens autem dominus dixit ei serue male et piger. sciebas quod meto ubi non semino. et colligo ubi non sparsi. 27 oportuit ergo te. committere pecuniam meam nummulariis. et ueniens ego. cum usuris utique recepissem quod meum est. 28 tollite itaque ab eo talentum et date ei qui habet decem talenta. 29 omni enim habenti dabitur et abundabit ei autem qui non habet et quod uidetur habere auferetur ab eo. 30 et inutilem seruum proice in tenebras exteriores. illic erit fletus et stridor dentium . . . 31 cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua. et omnes sancti angeli cum eo. tunc sedebit super sedem maiestatis suae. 32 et congrabuntur ante eum omnes gentes. et seperabit eos ab inuicem sicut pastor segregat oues ab haedis. 33 et statuet. oues a dextris suis haedos

---

25. **timens** + ego DLQR (**et** *ad* **tal. tuum** *atramento pallidiore* D). habii C, abui L. *om.* **et** EH*. abscondit L*. thalentum C, tallentum L. **in terra** (*om.* T*) : sub terra O (*m. rec.* '*at* in'). *om.* **est** *ad fin.* L.

26. *om.* **eius** DL. seruae malae C, seruae male L. scibas F. **quia** + ego Q. hubi C *bis.* saemino C, simino O*.

27. hoportuit C. *om.* **te** Θ. **mittere** (*βαλεῖν*) ABCE℘HJKMTTX^{c}Y : conmittere FO*, comm. D ΘLO^{c}QRVWX*Z *vg.* paecuniam E, peccuniam DR. nummularis ℘LY(-is), numulariis JW *vg.*, nummolariis C. > ego ueniens KR. recipissem D℘LR^{c}, requipissem R*. hutique C ; *om.* T. meum erat J. usuram Z* ; husura C ; ussura DLR ; usuriis E* *et* -ris E^{c}Q. > cum usuris quod meum est Q.

28. tollete ℘O. **itaque** : utique X ; *om.* R. hab E. thalentum *et* -ta C, tall. LR. **ei** : illi M ; *om.* R. abet T. decim KL ; ·x· DEFRW.

29. **enim** : autem ? X* ; *om.* L. dauitur O*. habundabit CDLMTR(-uit), abundauit OZ*(*corr.* Z^{2}). abet C. *om.* **et** E. **uidetur habere** (abere C) : habet R. auferatur B, aufertur T. *om.* **ab eo** 30 **et inutilem seruum** L.

30. **et inut.** : > inutilem autem DQ. iecite DL R, eiecite Q, eiicite *vg. Tisch.* ; mittite T *d* ; + foras Q *a b c d ff*$_{1\cdot 2}$, foris *h q*. **illic** : ibi EJW ; ubi Q.

31. **cum** (quum HΘ) **autem** : et cum DR. > fil. hom. uenerit W. uenerat E. magestate *et* -tis C. hangeli C, angueli D ; + eius 𝔖. sedet R* ; + is J. sede Θ*. sue W.

32. **gentes** + terrae Q. seperabit D ; separauit BFOTX ; + ante V. hab C *bis.* abinuicem *uno ductu* ℨ. sicuti C. obes OT, hobes C. **haedis** AD℘ΘQXYZ^{3} : hedis BCEFHKLMTORVWZ*, edis T ; hoedis J *vg.*

33. statuit OR. **oues** (houes C) **quidem** (-dam F) : > q. oues DQR. dexteris D. *om.* **suis** R. **haedos** AD℘FHΘLQRXYZ : hedos BCEKMTO VW, edos T ; hoedos J *vg.* ha C. sinixtris CT ; + suis D.

34 tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt.
Uenite benedicti patris mei
possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi
35 esuriui enim et dedistis mihi manducare
sitiui et dedistis mihi bibere
hospes eram et collegistis me
36 nudus et operuistis me
infirmus et uisitastis me
in carcere eram et uenistis ad me.
37 Tunc respondebunt ei iusti dicentes
domine quando te uidimus esurientem et pauimus
sitientem et dedimus tibi potum?
38 quando autem te uidimus hospitem et collegimus te
aut nudum et cooperuimus?
39 aut quando te uidimus infirmum aut in carcere et uenimus ad te?
40 Et respondens rex dicet illis
amen dico uobis
quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis
mihi fecistis.
41 Tunc dicet et his qui a sinistris erunt
discedite a me maledicti in ignem aeternum
qui praeparatus est diabolo et angelis eius

---

autem a sinistris. 34 tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt uenite benedicti patris mei. possidete regnum paratum uobis a constitutione mundi. 35 esuriui enim et dedistis mihi manducare. sitiui. et potastis me. hospes eram. et collegistis me. 36 nudus. et cooperuistis me. infirmus fui. et uisitastis me. in carcerem fui et uenistis ad me. 37 tunc respondebunt ei iusti dicentes domine. quando te uidimus esurientem et pauimus aut sitientem et potauimus. 38 quando autem te uidimus hospitem. et colleximus aut nudum et cooperuimus. 39 aut quando te uidimus infirmum aut in carcere. et uenimus ad te. 40 et respondens rex dicet illis. amen dico uobis quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis. mihi fecistis. 41 tunc dicet. et his qui a sinistris erunt. discedite a me maledicti in ignem aeternum. qui

---

34. dicit O*. hiis CE*ℙRW. dexteris D. possedite LR, possedete Dℙ, possidite O*. > regnum paratum uobis L*Q, > regnum quod u. paratum est DR; paratum est u. r. *inepte* E. **a const.**: ab origine DER(oreg.) *c d ff*$_1$ δ.

35. aesuriui C, essuriui DL, esuriu^{n}i Θ, essurii ℙ*. *om.* **mihi** EO*. dedisti *sec.* HLO*T*Y; didistis R. michi W. hospis BDℙOR, opes T*, ospes T^{c}. **collegistis** BDEℙ^{mg}H^{1}ΘJKQTWX*Z *vg.*, *et* collig. CLR: collexistis Aℙ*FH*M̄OVX^{c}Y. > *Clausulas sic inuertit* J infirmus et u. me, hospes eram et c. me (*om.* **nudus et op. me**), in carcere eram et u. ad me.

36. *om.* **nudus et op. me** JX*; **nudus** + eram QR; + fui ℙ^{1}. hoperuistis C; cooperuistis Eℙ^{mg} ΘKM̄RVZ*𝔖. uissitastis D; uisitasti L. carcerem O*Z*. **in c. eram** (*ἐν φυλακῇ ἤμην*) *cum* BCEH^{1} Θ(eam)JKLM̄OTVWXZ *vg.*, *Hieron.*: in c. fui QR; in c. *tantum*, ADℙFH*Y. *om.* **ad** KW.

37. **ei**: *om.* H*M̄; + et HΘM̄; + *ras.* 4 *uel* 5 *litt.* K. hesur. C, essur. DL. **pauimus**: + te BY𝔖; + te aut Eℙ^{mg}QR. **sitientem** (sic. W): + et pauimus D* *sed expunctum.*

38. *om.* **autem** D. ospitem T. **collegimus** *cum* BCDEℙ^{mg}H^{1}ΘJKLTWX*Z *vg.*, *Hieron.*, *et* collig. QR: colleximus Aℙ*FH*M̄OVX^{c}Y. *om.* **aut** D. co operumus L; cohoperuimus C; operuimus H*T; + te BCDEℙΘJKM̄OQTVW XZ *vg.*, *contra graecum.*

39. **quando**: quante E*. **aut in carcere** (*ἢ ἐν φ.*) BDΘJKLM̄ORTVWX*Z *vg. Hieron.*: et in c. ACEℙFHX^{c}Y; uel in c. Q. carcerem BCF HJLOXYZ*.

40. dicit LO. quandiu Dℙ LO*R𝔗. **de**: ex QRTW *vg.* hiis CE*QW. > ex minimis his fr. meis R, > ex hiis minimis fr. meis Q. *om.* **fr. meis** T*; *om.* **minimis** Q* (+ O^{1}).

41. dicent Z*. **et his**: rex et his H^{c}Θ; rex hiis R; his (*om.* **et**) LQTZ; *om.* **et his** J. hiis CE*RW. ha C; ad A*Y. sinixtris C, senistris ℙ*L; + eius DEQR. dicedite V*, discendite Y. ame Θ, ama H. etern. W; aeternam L*. **qui praep. est** Aℙ FHKLM̄O^{c}QTVXYZ^{1} (pre.) *fere cum q*: qui paratus est BCDEΘJO*WZ* *vg. Hieron. corr. uat. f*; quem praeparauit pater meus R *fere cum* D *gr. et a b c d ff*$_{1\cdot 2}$ *g*$_1$ *h r r*$_2$, *sed plurimi ex his* parauit. diabulo BCℙLRVZ*. anḡ. D. an]gelis *inc. rursus* M.

42 esuriui enim et non dedistis mihi manducare
sitiui et non dedistis mihi potum
43 hospes eram et non collegistis me
nudus et non operuistis me
infirmus et in carcere et non uisitastis me.
44 Tunc respondebunt et ipsi dicentes
domine quando te uidimus esurientem aut sitientem
aut hospitem aut nudum
aut infirmum uel in carcere et non ministrauimus tibi?
45 Tunc respondebit illis dicens
amen dico uobis
quamdiu non fecistis uni de minoribus his nec mihi fecistis
46 et ibunt hi in supplicium aeternum
iusti autem in uitam aeternam.

XXVI. (274. 1) Et factum est cum consummasset iesus sermones hos omnes
dixit discipulis suis
2 scitis quia post biduum pascha fiet
et filius hominis tradetur ut crucifigatur.
3 (275. 6) Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi
in atrium principis sacerdotum qui dicebatur caiaphas
4 et consilium fecerunt ut iesum
dolo tenerent et occiderent
5 dicebant autem non in die festo
ne forte tumultus fieret in populo.

---

paratus est diabolo et angelis eius. 42 esuriui enim et non dedistis mihi manducare. sitiui. et non dedistis mihi potum. 43 hospes fui et non suscepistis me. nudus et non cooperuistis me. infirmus et in carcerem et non uisitastis me. 44 tunc respondebunt ei et ipsi dicentes. domine quando te uidimus esurientem au sitientem. au hospitem. au nudum. au infirmum. au in carcerem et non ministrauimus tibi. 45 tunc respondebit illis dicens. amen dico uobis quamdiu non fecistis uni de minoribus his nec mihi fecistis. 46 et hibunt hii. in suplicium aeternum. iusti autem in uitam aeternam. XXVI. 1 Et factum est postquam consummasset iesus sermones hos omnes. dixit discipulis suis. 2 scitis. quia post uiduum pascha fiet. et filius hominis tradetur. ut crucifigatur.

3 tunc congregati sunt principes sacerdotum et scribae et seniores populi. in atrium principis sacerdotum qui dicebatur caiphas.

4 et consilium fecerunt ut iesum dolo tenerent et occiderent. 5 dicebant autem non in die festo. ne forte tumultus fieret in populo.

---

42. hesuriui C, ess. DL. *om.* **non** W. dedisti HO*Z*. sitibi T. **potum**: bibere R, beire Q.

43. hospis BDℭOR, ospes T. **collegistis** BC DEH[1]ΘJKOTWX*Z *vg.*, *Hieron.*, *et* collig. ℭ[mg]L QR: collexistis Aℭ*FH*MM̄VX[c]Y. nudu X* (*add.* s *fin. corr.*); + eram DQ; + fui ℭ[1]. hoperuistis C. cooperuistis Eℭ[mg]QRS̄ (*cf. uers.* 36). carcerem O*. **uisitastis** (uiss. D, uissitasti L) **me**: uenistis ad me Q.

44. **respondebunt** + ei CH[c]ΘTW *vg. Hieron.* dicenes Θ*. *om.* dn̄e L. **te** *om.* ℭ* (+ ℭ[1]). hesur. C, essur. DL. *om.* **aut sitientem** O* (+ O[1]). sicientem W. ospitem T. **aut nudum** *bis* E*; *om.* R. **uel in c.** *codd. omnes*: aut in c. *vg.* carcerem EHOZ*, carcem L. ministrabimus FT. te D* (**tibi** D[c]).

45. **respondebit** (-uit C) **illis**: resp. et illis W; respondebitur ipsis X*. *om.* **amen dico uobis** M. quandiu DℭPLMO*RS̄. **uni** *etc.*: uni ex his fratribus meis ambulantibus in nomine meo mihi nec fecistis Q. hiis CE*W; *om.* J. fecististis R.

46. **et**: tunc D; et tunc ℭ[mg]. ibun[t] Θ, Ibunt K. hii BCDE*ℭPLRTWZ*. suplicium DL, supplitium W, etern. *bis* W.

XXVI. 1. **et factum est**: factum est autem DR *sed inuitis ueteribus.* **ihs** + omnia uerba haec E*(*sed exp.*) $r\ r_2$. sermone M. *om.* **hos** J. *om.* **disc. suis** R* (+ ihs disc. suis R[sax]).

2. uiduum OX, bidum D. pasca DO. trahetur? O*, traditur O[c]. crucificatur L. *Ab hoc uersu usque ad u.* 15 *adscribuntur in mg. subinde litterae S et C* (=*Sacerdos et Chorus?*) *in* E *manu posteriori.*

3. saeniores C. in atriis J. principes L. dicibatur O, decebatur L; dicitur E. **caiaphas** AF MQY *cum graeco*: caiphas BEHΘJKLM̄OVW XZ *vg.*, caifas DℭPR, cayfas T, chayphas C, chaiphas I.

4. *om.* **et** *prim.* H. *om.* **et occiderent** *propter homoeoteleuton* L. hocciderent C.

5. **autem**: enim R* (*corr. sax.*). diae C. > in pop. fieret R.

6 (276. 1) Cum autem esset iesus in beth-
ania in domo simonis leprosi
7 accessit ad eum mulier
habens alabastrum ungenti pretiosi
et effudit super caput ipsius recum-
bentis
8 uidentes autem discipuli
indignati sunt dicentes
ut quid perditio haec?
9 potuit enim istud uenundari
multo et dari pauperibus
10 sciens autem iesus ait illis
quid molesti estis mulieri?
opus bonum operata est in me
11 nam semper pauperes habetis uobis-
cum
me autem non semper habetis.
12 (277. 4) Mittens enim haec ungentum hoc
in corpus meum ad sepeliendum me
fecit
13 amen dico uobis ubicumque praedi-
catum fuerit hoc euangelium in toto
mundo
dicetur et quod haec fecit
in memoriam eius.
14 (278. 2) Tunc abiit unus de duodecim
qui dicebatur iudas scarioth
ad principes sacerdotum 15 et ait illis

---

6 cum autem esset iesus in bethania in domo simonis leprosi. 7 accessit ad eum muleir habens alabastrum unguenti praetiosi. et effudit super caput eius recumbente eo.

8 uidentes autem discipuli eius indignati sunt dicentes. ut quid perditio haec. 9 poterat enim istut uenundari multo praetio et dari pauperibus. 10 quod cognito iesus ait illis quid molesti estis mulieri opus enim bonum operata est in me. 11 nam semper pauperes uobis habetis me autem non semper habebitis.

12 mittens enim haec unguentum hoc super corpus meum ad sepeliendum me fecit.

13 amen dico uobis ubicunque praedicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo dicetur et quod haec fecit in memoriam eius. 14 tunc abiit unus ex duodecim. qui dicitur iudas scariothes. at principes sacerdotum 15 et ait illis. quid uultis mihi dare et ego uobis eum

---

6. quum HΘ. essed T*. *om.* **ihs** R*(+ *corr. sax.*). > iesus esset *vg. sed corr. cod. caraf.* betania O*. domu DL, domum RZ* (-mo Z^c^). symonis CDETW. laeprosi E.

7. adcessit O*. > mulier ad eum B. abens C. alaba//strum H, alauastrum R* (*corr. sax.*), olbastrum L. **ungenti** *cum* ABD(F *Mc.*)HΘMY Z^c^: unguenti EƎPJKLMOQRTVWXZ* *vg. Tisch.*, hunguenti C. praetiosi BEƎPHΘ*JLMOR, pretiossi D, preciosi W. infudit DR *cum a b*, perfudit *d.* supra Ǝ^mg^. capud LRW. **ipsius**: eius E* Ǝ^mg^LQR. **recumbentis**: recumbente ipso DE* LOQR*X*, *et* rec. eo Ǝ^mg^, *cum a b c f* (rec. eo) *ff*$_2$ *h q r r*$_2$ (recumbentib; E^c^).

8. di^s^cipuli R; + eius Q. per^dictio^ R. hec W.

9. potui Q. *om.* **enim** WϚ. stud Z* (**istud** Z^3^); hoc QT. uaenundari W *vg.* **multo** (πολλοῦ): praetio magno Ǝ^mg^QR; pretio multo DL; multo pretio BY^c^, m. praetio EJ; multum O, *add. gloss.* p̄tii?

10. molestis estis M; + huic BEH^c^ΘKMO^gl^V WZ^3^ *vg.* (*post* **mul.** X*?). hopus C; *om.* R*; + enim R^sax^VZ^3^ℌℭ (e *erasa post* **opus** *in* A). > bonum opus DEƎPLQ. hoperata C.

11. *om.* **nam** Q. **habetis** (ἔχετε) AƎPFHΘJV WYZ*Ϛℌℭ *corr. uat. marg.*: habebitis BCDEK LMMOQRTXZ^3^ℌ. *om.* me aut. n. s. habebitis T* (*sed + in mg. m. rec.*). **habetis** *sec.* (ἔχετε) AƎPMYZ*ℌℭ: habebitis BDEFHΘJKLMOQR T^c^VWXZ^2^Ϛℌ, *et* abeb. C.

12. > haec autem mittens unguentum hoc R. mittiens L*. *om.* **haec** T. **ungentum** AEFHM RZ^c^: unguentum BDƎPΘJKLMOQTVWXYZ* *vg.*, hunguentum C. > hoc unguentum T. saepel. E, sepell. O, sepil. D, sepelendum Y.

13. hubicumque C, ubicunque Ϛℌ; ubi cumque, *et* pred. D. *om.* **hoc** F. aeuang. DE. **mundo**: orbe QR. **dicetur**: narrabitur QR *r*$_2$. > fecit haec EQ. **haec** + narrabitur E* (*sed exp.*). memoria MTZ*. **eius**: ipsius Q *b c h q r*$_2$.

14. habiit C. **de**: ex Θ. **duodecim**: ·XII· DEƎPFRW. **dicebatur** AHJ (dicib.) Y *vg. Hieron. ff*$_1$ *r* (*cf.* uocabatur *c*): dicitur BCDEƎPFΘIKLM MOQRTVWXZ *cod. caraf.*, *a b d ff*$_2$ *g*$_{1.2}$ *h q.* **scarioth** BCEƎPFHΘIKL^c^MOQRTVWXZ *a b g*$_1$ *r δ*: scariot AY *ff*$_1$, scharioth M, scariotha L* *c*, carioth *h* (*hic*), scariota *q*; isscariotha D; scariotes J *d Tisch.*, iscariotes *vg.*, iscariotis *Hieron.* > ad pr. sac. qui dicitur iudas scarioth Q.

15. quod Z* (quid Z^1^). mi V. dari Y*. *om* **eum** D. > tradam eum R. **at illi**: ait illis O* (*sed*

quid uultis mihi dare
et ego uobis eum tradam?
at illi constituerunt ei
triginta argenteos
16 et exinde quaerebat oportunitatem ut
eum traderet.
17 Prima autem azymorum accesserunt
discipuli ad iesum
dicentes ubi uis paremus tibi
comedere pascha?
18 at iesus dixit ite in ciuitatem
ad quendam et dicite ei
magister dicit tempus meum prope
est
apud te facio pascha cum discipulis
meis
19 et fecerunt discipuli sicut constituit illis
iesus
et parauerunt pascha.
20 Uespere autem facto discumbebat cum
duodecim discipulis.
21 (279. 4) Et edentibus illis dixit amen
dico uobis
quia unus uestrum me traditurus est.
22 (280. 1) Et contristati ualde
coeperunt singuli dicere
numquid ego sum domine?
23 (281. 2) At ipse respondens ait
qui intingit mecum manum in parap-
side hic me tradet
24 filius quidem hominis uadit
sicut scriptum est de illo.
(282. 6) Uae autem homini illi per quem
filius hominis traditur
bonum erat ei si natus non fuisset
homo ille.

---

tradam. at illi statuerunt ei xxx. argenteos. 16 et exinde quaerebat opportunitatem ut eum traderet.

17 prima autem die azimorum accesserunt discipuli ad iesum dicentes ei. ubi uis paremus tibi manducare pascha. 18 at ille dixit ite in ciuitatem ad quemdam et dicite ei. magister dicit. tempus meum prope est. aput te facio pascha cum discipulis meis. 19 et fecerunt discipuli. sicut praecepit illis iesus et parauerunt pascha. 20 uespere autem facto discumbebat iesus cum duodecim discipulis. 21 et edentibus illis. dixit amen dico uobis. quia unus uestrum traditurus est me. 22 et contristati ualde. coeperunt singuli dicere numquid ego sum domine. 23 at ipse respondens ait qui intingit mecum manum in parapside hic me tradet. 24 filius quidem hominis uadit sicut scribtum est de eo. uae autem homini illi per quem filius hominis traditur. bonum erat illi si natus non fuisset homo ille.

---

corr.). trigenta L; ·xxx· DƎPFMTRVWZ, xxx^{ta} E, xxx a T.

16. *om.* **et** E*. querebat CDILR; quaerebant X*. **oportunitatem** *codd. pl.* (hop. C): opport. FZ *vg.*; occansionem E. **eum** + morti EH. **traderet** + illis R.

17. **prima autem** *sine addit.* ACH*IMTVY*Z *Bentl. c* g_1 ff_1 *q* (*r*): + die BDEƎPFH^{c}ΘJKLMTO QWY^c *vg. Hieron., et* > pr. die autem RX; *cf. cor. uat.** '*Graecus non habet* die;' *sed mg. aliter habet.* azimorum FHJTVWX, azemorum DƎP LR, aziemorum E. ihesum *plene* C. > ad iħm discipuli W. hubi C. *om.* **tibi** L. > pascha (-ca D) comedere DR; manducare pacha Q.

18. **dixit**: + eis E; + ei R. quemdam BC̶. dicete ƎP, dicit^e D. **magister d. t. m. p. est** *lapsu repet.* O *et* dicet *pr. loco.* aput ƎPFZ* (*corr.* Z^2). fatio W. pasca D *et in* 19.

19. **discip.** + eius D. sicuti C. **constituit**: praecipit QR* (constituit R^{sax}) *abfhr.* illi Z* (*corr.* Z^1); + dn̄s D* (*sed exp.*). ihesus C. paraberunt T, praeparauerunt EL.

20. uesperae C. discubuit LR; + iħs T^c. **duodecim**: ·xii· DEFRW; *om.* J *cum syr. sch. Or. int.* 3. 896 (*ap. Tisch.*). **discipulis** *sine add.* ADƎPHMQRY: + suis BCEFΘJKLMTOTVWX Z *vg. Hieron., sed graeci* μετὰ τῶν δώδεκα μαθητῶν.

21. aedentibus CD; comedentibus E; manducantibus L. **dixit** + iħs E. uestrorum O*. **traditurus** (tradeturus X*) **est**: tradet LQ.

22. **contristati**: + sunt DEƎPLR; + sunt et Q. **ualde**: nimis L; + et DR. caeperunt L. num quid Y, nunquid ϚϢ.

23. *inc.* quibus ille respondens dixit L. **at**: ad O. intinguit CEƎPΘLT*; intinget J, -guet D; intigit O*; tingit Z* (*corr.* Z^2). **in** *om.* A* (+ *corr.*). parabside CDEIRTX*, paropside *vg.*; papsidem O*.

24. + et *ad init.* DEQ. > hominis quidem X. uadet J. sicuti C; *om.* EMT. scribtum EJOY*Z.

25 (283. 10) Respondens autem iudas qui tradidit eum dixit
numquid ego sum rabbi?
ait illi tu dixisti.
26 (284. 1) Caenantibus autem eis accepit iesus panem et benedixit ac fregit
deditque discipulis suis et ait
accipite et comedite hoc est corpus meum.
27 (285. 2) Et accipiens calicem gratias egit et dedit illis dicens
bibite ex hoc omnes
28 hic est enim sanguis meus
noui testamenti
qui pro multis effunditur
in remissionem peccatorum
29 dico autem uobis
non bibam a modo de hoc genimine uitis
usque in diem illum cum illud bibam uobiscum nouum in regno patris mei.
30 (286. 6) Et hymno dicto exierunt in montem oliueti.
31 (287. 4) Tunc dicit illis iesus
omnes uos scandalum patiemini in me in ista nocte.
(288. 6) Scriptum est enim percutiam pastorem
et dispergentur oues gregis

---

25 respondens autem iudas qui traditurus erat eum dixit numquid ego sum rabbi. ait illi iesus. tu dixisti. 26 caenantibus autem eis accepit iesus panem et benedicens fregit et dedit discipulis suis dicens. accipite et edite. hoc est enim corpus meum. 27 et accipiens calicem gratias egit et dedit illis dicens. bibite ex hoc omnes 28 hic est enim sanguis meus. noui testamenti qui pro multis effundetur in remissione. peccatorum. 29 dico autem uobis quia non bibam amodo ex hac generatione uitis usque in diem illum. cum illud bibam uobiscum nouum in regno patris mei.

30 et ymno dicto. exierunt in montem oliueti. 31 tunc dicit illis iesus. omnes uos scan-

---

de eo LQR*(*corr. sax.*)T. ue W. **uae autem**: uerumtamen uae R. *om.* **homini** L. > illi homini *uoluit* Z* *sed in scr. correxit.* **traditur** (*παραδίδοται*) ACFMOTX^{c}YZ* *cod. caraf. cum a b d f g*$_1$: tradetur BDE℘HΘJKLMQRVWX* Z^{2} *vg. Hieron. c ff*$_{1.2}$ *h q r δ. Millius laudat lectiones Uelesianas et Sabatarius MS. 1 pro παραδοθήσεται; sed de his nihil adnotat Tisch.; Uelesianae ex latinis codd. sunt.* **bonum** + enim ℘M*. *Post* **erat** *pergit* non nas hominem L, *et* non nasci ille homo R* (*expunctis* non nasci ille *et superscr.* ei si natus non fuisset . . . ille R^{c}); *deinde* **ei**: illi EX*?; + homini J. > non natus ℘Q. *Cf.* bonum erat homini illi non nasci *b c ff*$_2$.

25. respondit QR. **tradidit eum**: traduturus erat eum DQR; > eum traduturus erat J; > tr. eum erat L; > tr. est eum E. **eum** + et Q. **dixit**: *om.* DR* (+*corr. sax.*); + ei Q. num quid Y, nunquid ℘. rabi EW; + et H^{c}Θ. **ait**: at E. **illi** + ihs DEJLQR *cum* ℵ *a b c f ff*$_2$ *h q.* dixistis Y*.

26. **caenantibus** CDEHΘIJKMOQV: cen. AB℘FMTWXYZ, cann. R, coen. *vg.* > ipsis autem manducantibus L. accipit ℘LQR, accaepit D. *om.* **et** (*post* **panem**) Z* (+Z^{3}). hac CT. **deditque**: et dedit DL; dedit T. *om.* **suis** ℘M. **et ait**: dicens LQR. accipete ℘. *om.* **et** Q. commedite E, comidite O*, comedete ℘; edite Q; manducate LR; + ex hoc omnes Q *cum b.* **hoc est** + enim DE℘JQR. **meum** + quod confringitur pro saeculi uita Q *ex 1 Cor.* xi. 24 *et Ioh.* vi. 51.

27. **accipiens** + ihs X. **egit** + et benedixit F. diciens R*, dices T. biuite R, bibit Z* (*corr.* Z^{1}).

28. *om.* **enim** ℘*(+*mg.*). *om.* **meus** W. nobi L. **pro** + uobis et F. > qui effundetur pro uobis et pro multis Q. **effunditur** (*ἐκχυννόμενον*) AFH MOV *a d*: effundetur BCDE℘ΘJKLMQRTV WXZ *vg. Hieron. uett. plur. Cf. cod. caraf.* 'omnes *codd. grae. et ex lati. cod. môt. amati. legunt* effunditur.' remisionem LR; remissione CE℘*FT.

29. **autem**: enim K. **uobis** + quia DE℘^{mg}LQ R. amodo Θ *vg.*; *om.* J. de hoc geniminae L, d. h. gemine Z* (*corr.* Z^{2}), d. h. degenemine ℘. husque C. **in diem illum** BCDE℘FH^{c}ΘKMM OQRTVWXZ *vg., Hieron., et* > in illum diem L; in die illo J: in diem (*om.* **illum**) AH*Y *repugnantibus graecis et uett.* quum CΘT; quo LQX*? (qum X^{c}); quod R. **illud** *codd. pl. et vg.* (illut Z*): illum AH*MT*XY *g*$_1$; *om.* L. nobum O; *om.* T*.

30. imno LRT, ymno D℘WZ^{c}. holiueti C. olibeti OT, olieti R* (*corr. sax.*).

31. **dicit illis ihs**: dixit ihs discipulis suis L; ait disc. suis R. omnis R$^{sax.}$ patimini O*, pacie-

32 postquam autem resurrexero praecedam uos in galilaeam.
33 (289. 1) Respondens autem petrus ait illi
etsi omnes scandalizati fuerint in te
ego numquam scandalizabor
34 ait illi iesus amen dico tibi
quia in hac nocte
ante quam gallus cantet
ter me negabis.
35 (290. 6) Ait illi petrus etiamsi oportuerit me mori tecum non te negabo
similiter et omnes discipuli dixerunt.
36 (291. 1) Tunc uenit iesus cum illis in uillam quae dicitur gethsemani.
(292. 6) Et dixit discipulis suis
sedete hic donec uadam illuc et orem
37 et assumto petro et duobus filiis zebedaei
coepit contristari et maestus esse.
38 (293. 4) Tunc ait illis
tristis est anima mea usque ad mortem
sustinete hic et uigilate mecum.
39 (294. 1) Et progressus pusillum

---

dalum patiemini in me in hac nocte. scribtum est enim. percutiam pastorem. et dispargentur oues gregis. 32 sed postquam resurrexero. praecedam uos in galileam. . 33 respondens autem petrus ait illi etsi omnes scandalizati fuerint in te. ego numquam scandalizabor. 34 ait illi iesus amen dico tibi quia in hac nocte. antequam gallus cantet ter me negabis. 35 ait illi petrus. etiam si me opportuerit mori tecum non te negabo. similiter et omnes discipuli dixerunt. 36 tunc uenit cum eis iesus in locum qui dicitur gethsamani. et dixit discipulis suis sedete hic donec uadam illuc orare. 37 et adsumpto petro. et duobus filiis zebedei. coepit contristari. et maestus esse. 38 tunc ait illis iesus tristis est anima mea usque ad mortem. sustinete hic et uigilate mecum. 39 et progressus pusillum procidit in faciem suam

---

mini W. *om.* **in ista nocte** Z* (+Z²). scribtum EOTYZ. *om.* **enim** L. percuciam W; *om.* D* (+*mg.*). **dispergentur** BCDEℙFHΘKLMMTO QRVW *vg.*: dispargentur AJTXYZ. obes T, houes C. **gregis** + sui EL.

32. **postquam autem**: sed cum L. surrexero D. precedam D, praecidam R* (*corr. sax.*). galileam CEℙΘKLRVW, galeam O*, galiliam Oᶜ, galilaea MTZ*, galī D; + ibi me uidebitis HᶜΘ (*ex cap.* xxviii. 7) *cum a.*

33. **ait illi**: dixit L; dixit ei R; ait ei W; ait *tantum*, ℙ. et si DJ. scandalisz. *bis* E (*pr. loco corr.*). nunquam ϛ𝔎; num T.

34. **ait**: dicit L. *om.* **amen dico tibi** R* (+*in mg.*). quia: **quod** L. *om.* **in** DF. antequam FJVY *vg.* negauis O.

35. etiam si J, aetiamsi C, eciamsi W. > me oportuerit O^{a1}. hoportuerit C, oportet. T. *om.* **me** R. mor^{i} O. dixierunt L.

36. > iħs uenit D. *om.* iħs EℙH*(+*mg.*). in uilla HJZ*; in agrum L *d h* (agro). **quae dicitur** (qui d. DEFLR, quae ditur O*): *om.* J. **gethsemani** *cum* BCΘMWXᶜZ² *vg. ff*$_1$ *g*$_{1.2}$: gethsamani QRZ* *f*, gethzamani E; getsemani J, getsamani *d** *ff*$_2$ *r*; getzemani D; gedsemani V, gedsamani T *a b*; gessemani KMTO^{1}X*? *q*, gessamani *c h*; geszemani O^{a1}; gesemani AℙFHO*Y; gezamani L; + hic O^{a1}. **et dixit**: et dicit JL; ait R* (*corr. sax.*). *om.* **suis** ℙ*(+*mg.*)H*. sedite LR. hiic ER. **uadam**: eam L. > et illuc E. **et orem** (hor. C): orarem Q; adorare R; orare L.

37. **assumto** HMTXYZ²: adsumto ACFΘIQZ*: adsumpto BDEℙJLOR *Tisch.*; assumpto KM VW *vg.* **et**: de Z* (*corr.* Z²). **duobus**: ·II· D. filiiˢ O, filis L, filius Y. zebedei CEℙHLORW, zebē D; [+iacobum et iohannen F *ex Mc.* xiv. 33]. caepit L, cepit W. **maestus** BH(Θᶜ?)IKMTVXY ZℍSℭ: mestus ACDEℙFΘ*?MORTW, metus L, moestus [J *et* Q?] ϛ *Tisch.* aesse C.

38. **ait**: dicit L. **animam meam** O*; + ualde T *ut redderet* περίλυπος, *cf.* xxvii. 23. husque C. morte H, mor L. sustinite J. hiic E. uigelate DL.

39. progresus L, progessus M. posillum H*, pussillum DℙR. post illo J; *om.* L. procedit DEℙLOX. faciam R. horans C. **pater** *sine add.* (*cum graecis* LΔ, 1. 209 *al.*^{10} *Tisch.* 8) AFL R*X*? Y *cum a δ*: pater mi BℙHJKMTOQR^{sax} VXᶜZ *vg.* [*Hieron.*] *ff*$_1$; mi pater CDEΘIMTW *Hieron. comm. g*$_1$; pater meus *b c d f ff*$_2$ *h q r.* **possibile est**: fieri potest L. **transeat a me** *codd. pl. et vg. et Hieron. comm. cum gr. et uett.*: *om.* **a me** AℙH*Y. istae E. uerumtamen CJ Yℭ, ueruntamen ϛ𝔎, uerumptamen W; sed tamen R* (*corr. sax.*). **sicut**: *pr.*: quod D. **sicut tu** (ὡς σύ) *sine add.* ACℙ*(F)H*JKMMTVWY*Zᶜ *vg. Hieron. comm. f ff*$_1$ *g*$_1$ *q*: + uis BDEℙ^{mg}HᶜΘ LOQRTXYᶜZ* *a b c ff*$_2$ *g*$_2$ *h r.*

procidit in faciem suam
orans et dicens pater si possibile est
transeat a me calix iste.
(295. 1) Uerum tamen non sicut ego uolo
sed sicut tu.
40 (296. 2) Et uenit ad discipulos et inuenit
eos dormientes
et dicit petro sic non potuistis una hora
uigilare mecum ?
41 uigilate et orate ut non intretis in tem-
tationem.
(297. 4) Spiritus quidem promtus est
caro autem infirma.
42 (298. 6) Iterum secundo abiit et orauit
dicens
pater mi si non potest hic calix tran-
sire
nisi bibam illum fiat uoluntas tua
43 et uenit iterum et inuenit eos dormi-
entes
erant enim oculi eorum grauati
44 et relictis illis
iterum abiit et orauit tertio
eundem sermonem dicens.
45 (299. 4) Tunc uenit ad discipulos suos
et dicit illis
dormite iam et requiescite
ecce adpropinquauit hora
et filius hominis tradetur in manus pec-
catorum
46 surgite eamus
ecce adpropinquauit qui me tradit.
47 (300. 1) Adhuc ipso loquente
ecce iudas unus de duodecim uenit

---

orans et dicens. pater meus. si possibile est transfer a me calicem istum. uerumtamen non sicut ego uolo sed sicut tu. 40 et uenit ad discipulos suos et inuenit eos dormientes. et ait petro. sic non potuistis una hora uicilare mecum. 41 uigilatte et orate. ut non intretis in temtationem. spiritus quidem promtus est caro autem infirma.

42 iterum. secundo abiit. et orauit dicens. pater meus si non potest. hic calix transire a me. nisi illud bibam. fiat uoluntas tua. 43 et uenit iterum et inuenit eos dormientes. erant enim oculi eorum grauati. 44 et relictis illis. abiit iterum et orauit tertio eumdem sermonem dicens. 45 tunc uenit ad discipulos suos et ait illis. dormite iam et requiescite. ecce adpropinquauit hora. et filius hominis tradetur in manus peccatorum. 46 surgite eamus. ecce adpropinquauit qui me tradet. 47 et adhuc eo loquente ecce iudas unus ex duodecim uenit et cum eo turba multa cum gladiis et fustibus missi a principibus sacerdotum. et

---

40. **uenit**: inuenit L*. **discipulos** + suos BD EꝒFI^{mg}JLM*ORX^{c} *vg.* dixit Q. sic ? nõ 𝔐; *sed cod. caraf.* ϛ𝔖𝔈 **sic non** *et sic codd.* potuisti QR. ora T. uigelare D.

41. uigelate D. horate CL. huti non C; ne LR. intratis Z* (*corr.* Z^{1}). **temtationem** AH LQTXYZ: tempt. BCDEꝒFΘIJKMM̄ORVW *Tisch.*; tent. *vg.* **promtus** AFHOQTXY: promptus BCΘJMWZ* *vg. Tisch.*; prumtus LZ^{3}; prumptus DEꝒKM̄RV. *om.* **est** CMT. **autem**: uero Q.

42. **iterum secundo**: iterum autem sec. L^{2} *mg.*; iterum autem (*om.* **sec.**) D. habiit CL. horauit CL. pater meus R* (*corr.* R^{1}) *cum b d f ff$_{2}$ q*; pater mihi L. **potest**: potui W. hiic E. > calix hic F. **calix transire** *in ras. scr.* Ꝓ; *item om.* **calix** *ut udtur* I. **transire** + a me DQR *cum gr. mult. et f ff$_{2}$ q.* **nisi** + ut R. illud O. > illum bibam DꝒIQR *cf. a b d f ff$_{2}$ h q δ.* uolumptas C.

43. ^{in}uenit O. hoculi C, ocli R* (*corr. sax.*). *om.* **eorum** T*. **grauati** + a somno E.

44. *om.* **illis** R. **iterum**: *om.* J; + et E. habiit CT. horauit C, orabit T. tercio W. euntem L; *sequitur ras.* 3 *aut* 4 *litt.* Ꝓ.

45. **dicit**: ait O^{gl}R. *om.* **iam** F. requiestite O*. *om.* **ecce** F. **adpropinquauit** BCDꝒFJL MOX*, *et* appr. AH*QTX^{c}YZ^{2} *vg. Tisch.*: adpropinquabit EΘIRZ*; appropinquabit H^{1}KM̄VW. ora LT. **tradetur** *codd. et vg. et Hieron. a c d f ff$_{1.2}$ g$_{1}$ q r δ aur., graecis inuitis*: traditur (παραδίδοται) FY *b h. Cf. ad uers.* 24; *hic etiam laudantur Uel. et MS.* 1. **manus** + hominum QR* (*sed exp.*).

46. **adpropinquauit** ABCDEꝒFIJLMO*RT X* *et* appr. H*QX^{c}YZ^{2}𝔐𝔖𝔈 *Tisch.*: adpropinquabit ΘO^{c}Z*ϛ *et* appr. H^{1}KM̄W; appropinquat V. **qui me tradit** (ὁ παραδιδούς με) AHMX^{c}Y: q. me tradet BCDEꝒFΘJKLM̄OQRTVWX* Z *vg.*

47. + et *ad init.* FJ. athuc CFMXY, aducT; + autem E. **ipso**: eo BQR *vg.*; ipse M. **de**: ex Q. duodecem Ꝓ*; ·XII· DERW. gladis LR.

et cum eo turba multa
cum gladiis et fustibus missi
a principibus sacerdotum
et senioribus populi.
48 (301. 2) Qui autem tradidit eum dedit illis
signum dicens
quemcumque osculatus fuero ipse est
tenete eum
49 et confestim accedens ad iesum
dixit haue rabbi et osculatus est eum
50 dixitque illi iesus amice
ad quod uenisti?
tunc accesserunt et manus iniecerunt
in iesum
et tenuerunt eum.
51 (302. 1) Et ecce unus ex his qui erant
cum iesu
extendens manum exemit gladium
suum
et percutiens seruum principis sacer-
dotum
amputauit auriculam eius.
52 (303. 10) Tunc ait illi iesus conuerte gla-
dium tuum in locum suum
omnes enim qui acceperint gladium
gladio peribunt
53 an putas quia non possum rogare pa-
trem meum
et exhibebit mihi modo
plus quam duodecim legiones ange-
lorum?
54 quomodo ergo implebuntur scripturae
quia sic oportet fieri?
55 (304. 1) In illa hora dixit iesus turbis

---

senioribus plebis. 48 qui autem tradebat eum dedit eis signum dicens. quem osculatus fuero ipse est tenete eum. 49 et confestim accedens ad iesum dixit. habe rabbi. et osculatus est eum. 50 dixit autem illi iesus. ad quod uenisti amice. tunc accesserunt et manus iniecerunt in iesum. et tenuerunt eum. 51 et unus ex eis qui erat cum iesum. extendens manum. exemit gladium suum. et percussit seruum principis sacerdotum et amputauit auriculam eius. 52 tunc ait illi iesus. conuerte gladium tuum in locum suum. omnes enim qui peremerint gladio gladio peribunt. 53 an putatis quia. non possum rogare patrem meum et exhibebit mihi plusquam duodecim milia legiones angelorum. 54 quomodo ergo implebuntur scripturae prophetarum quia sic oportet fieri.

55 in illa hora dixit iesus turbis tamquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus

---

missi *codd.* (misi EPLR) *vg. Hieron.*: *om.* FM *cum graecis et d* g_1. saenioribus C.

48. tradebat F. **eum**: illum DE. dederat F. **illis**: eis Q, ei D. diciens R*. quemcunque 𝔓, quencunque 𝔗. hosculatus C, oculatus L, onsculatus? X*. **eum**: illum E.

49. *Post* **confestim** + *ras. fere* 8 *litt.* K; con *in ras.* P. accidens R. **haue** ADEPHMQRXY: habe BCFO*TZ; aue ΘJKLMVW *vg. Hieron.* rabi W. hosculatus C. *om.* **est** L.

50. **dixitque illi iēs**: et dixit illi iēs E; iēs autem dixit illi J. **illi**: *om.* R; illis H*. > ad quod u. am. Q *cum* D *gr. a (c) f.* **ad quod** (ἐφ' ὅ) *codd. et uett. et cor. uat.**: ad quid TW *vg. Hieron. cum c* ff_2 *cor. uat. mg.* **amice**: + fac Q; + fac̄ D; *difficultas oritur ex uocibus ambiguis* ἐφ' ὅ; *codices nostri per relatiuum exprimunt, quod glossa indigeat uel ea quae in* (D)Q *est* (*cf. Ioh.* xiii. 27 ὃ ποιεῖς ποίησον τάχιον) *uel simili e. g.* 'Hoccine est ad quod uenisti?'; *cum* DQ *interpretantur Euthymius Zygadenus, Meyer, Field,* ('*Otium Norvicense*'), *et Reuisio Anglicana* A. D. 1881. ingecerunt C, iniecierunt D, inierunt X. **eum** *om.* P*(+ *mg.*)L.

51. hunus C. hiis CE*RW. qui erat W. **ex** tens L, extendit? X*. **manum** + et ELY$^{cor.\ sax.}$. eximit DR. *om.* **suum** LR*. percuciens W; percussit EΘQRX*Z. **sacerdotum** + et EH^{c}ΘQ O*RX*$^{et\ c}$Z. hamputauit C; abscidit R. auricolam D. **eius** + dexteram R *ex Ioh.* xviii. 10.

52. omnis JO^{gl}R*. acciperint gladium BDE PLY; acceperit gl. J; accipiunt gl. QRX*; percusserint gladio O^{gl}. + in *ante* **gladio** DEP^{mg}L QR* (*sed* gaudi R* *corr.* R^{1}). peribit J.

53. han C; *om.* P. pussum O*; possim JR; + ego E; + me Q. et exibebit CELT; et exibit R* (*corr. sax.*); ut exhiberet Q *cf. uett. aliquot* posse me rogare *et Hieron. in Is. c.* 50 *lib.* xiii. *ad fin.* . . ut exhiberet . . . *om.* **modo** DR* (*corr. sax.*). plusquam D𝔓𝔖𝔈. duodēcīm A; ·XII· BDEFLRTW; + milia BJOXZ *cum b e f* ff_2 g_1 *h r.* hangelorum C.

54. quomo L. *om.* **ergo** T. inplebuntur CD P(inpe.*)LO. scribturae BEFJOYZ* (*corr.* Z^3), scripture W. **sic**: si Q. hoportet C; oportuit? X*.

55. **illa** + autem R* *sed exp.* ora T. **iēs** + discipulis D* *sed exp.* tamqu L; tanquam 𝔗𝔓;

tamquam ad latronem existis
cum gladiis et fustibus comprehendere me
cotidie apud uos sedebam docens in templo
et non me tenuistis.
56 (305. 6) Hoc autem totum factum est
ut implerentur scripturae prophetarum
tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt.
57 (306. 1) At illi tenentes iesum
duxerunt ad caiaphan principem sacerdotum
ubi scribae et seniores conuenerant.
58 (307. 4) Petrus autem sequebatur eum a longe
usque in atrium principis sacerdotum
et ingressus intro sedebat cum ministris
ut uideret finem.
59 (308. 2) Principes autem sacerdotum et omne concilium
quaerebant falsum testimonium contra iesum
ut eum morti traderent
60 et non inuenerunt
cum multi falsi testes accessissent.
(309. 6) Nouissime autem uenerunt duo falsi testes 61 et dixerunt
hic dixit possum destruere templum dei
et post triduum aedificare illud
62 et surgens princeps sacerdotum ait illi

---

conpraehendere me. cottidie apud uos sedebam docens in templo et non me tenuistis. 56 hoc autem totum factum est ut adimplerentur scribturae prophetarum. . tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. 57 at illi tenentes iesum, duxerunt ad caiphan. principem sacerdotum. ubi scribae et seniores conuenerant. 58 petrus autem sequebatur eum a longe usque ad domum principis sacerdotum. et ingressus intra sedebat cum ministris ut uideret finem rei. 59 principes autem sacerdotum et seniores et omnes concilium quaerebant falsum testimonium aduersus iesum ut eum morti traderent. 60 et non inuenerunt.

et cum multi falsi testes accessissent. non inuenerunt culpam. nouissime autem uenerunt duo falsi testes 61 et dixerunt hunc audiuimus dixisse possum destruere templum dei. et post triduum aedificare illud 62 et exurgens princeps sacerdotum. ait illi nihil

---

quassi R (*sed* s *exp.*). **existis** (ἐξήλθετε *uel* -ατε, *gr.*): uenistis (ἤλθατε D) BDE𝔓^{mg}L *a b c d ff$_2$ h q* + δ; uenisti R; + ad me D* (*sed exp.*). gladis 𝔓LR. **comprehendere** AMQWX *vg.*: compraeh. HIY; conpreh. BFJORTZ *et* conp̄h. KV, conpraeh. E𝔓^{mg}ΘM, conpraech. L, conpraeendere C; adprehendere D, adprae. 𝔓*. **cotidie** *codd. pl.*: cottidie HXZ, cotidiae C, cottidiae O; quotdidie Θ, quotidie D *vg.*; + autem Q. aput 𝔓FLO. > in templo docens ER. > tenuistis me D.

56. *om.* **autem** Z* (+Z^2). *om.* **totum** F. > f. est totum X. **implerentur** ABFH*ILMQTWY, inplerentur C: adimplerentur H^{c}Θ(u *sup. lin.*)KOVXZ^2 *vg.*, adinplerentur DE𝔓JR, adimpleretur MZ*. scribturae BEFOXYZ, scripture W. prophaetarum E, profet. D𝔓LOR. *om.* **tunc** L. **discipuli** + eius EQR*. **omnes** *om.* R* (*super* eius *scr.* omnis R^{saec}). relecto O. **eo**: illo J. fugierunt CHΘT; abierunt D* (*corr. mg.*).

57. **iħm**: eum R. adduxerunt R; duxerun O*; + eum EQ. **caiaphan** AMQY *cum graeco*: caiphan BEH*IKMOVWXZ^3; caifan 𝔓*LT, cayphan C; caipham H^{1}ΘJZ* *vg.*, caifam D𝔓^{mg}R. hubi C; quo KMVX*Z. scribe W. senores E*; farisei T. conuenerunt ELR.

58. **autem**: *om.* Q; uero 𝔓O. a longue D, álonge ϛ. husque C. **in**: ad Z* (*corr.* Z^2). principes L. ingresus 𝔓. **intro**: in atrio L. **finem** + rei E𝔓^{mg}H^{c}ΘLQTXZ* *b d* (τὸ τέλος D) *f*; + eius rei R*; *similiter* exitum rei *a ff$_2$ h n q r.*

59. princeps ϛ *cum a n.* **omne**: uniuersum E. concylium E, consilium TY*. querebant DLRW. **contra**: aduersus E. > ut morti tr. eum Q. accessisent 𝔓.

60. inuenierunt D; + et ER; + eum et L. quum CHΘ, cūm K. accessisent DR, accesserent L. > cum m. f. testes acc. non inuenerunt in eum quincam (*sic*) Q. nouissimae BX*. uenierunt D. **duo**: ·II· D.

61. distruere D𝔓LR, dextruere C; + hoc QR; *et post* **templum** + hoc DE𝔓^{mg}. **et post triduum** (et post tri *in mg.* O^c): et post tertium diem E. **aedificare** (ed. T): reaedificare D𝔓^{mg}H^{c}ΘO^{gl}W (reed.) *vg.*; resuscitare E; aedificabo R. illut Z* (*corr.* Z^3).

62. *om.* **et** LR* (+*corr. sax.*). exsurgens R. princens O*. nichil W. respondis ACFΘMT; respondens HQY; respondeas V. que D. **isti**:

nihil respondes ad ea quae isti aduersum te testificantur?
63 iesus autem tacebat
et princeps sacerdotum ait illi
adiuro te per deum uiuum
ut dicas nobis si tu es christus filius dei
64 (310. 1) dicit illi iesus tu dixisti.
Uerum tamen dico uobis
a modo uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis
et uenientem in nubibus caeli.
65 (311. 6) Tunc princeps sacerdotum scidit uestimenta sua dicens
blasphemauit (312. 2) quid adhuc egemus testibus?
Ecce nunc audistis blasphemiam
66 quid uobis uidetur?
at illi respondentes dixerunt
reus est mortis.
67 (313. 1) Tunc expuerunt in faciem eius
et colaphis eum ceciderunt
alii autem palmas in faciem ei dederunt
68 dicentes prophetiza nobis christe
quis est qui te percussit?
69 (314. 1) Petrus uero sedebat foris in atrio
et accessit ad eum una ancilla dicens
et tu cum iesu galilaeo eras
70 at ille negauit coram omnibus
dicens nescio quid dicis.
71 (315. 1) Exeunte autem illo ianuam
uidit eum alia

---

respondes ad ea. quae isti aduersum te testificantur. 63 iesus autem tacebat. et respondens princeps sacerdotum ait illi adiuro te per deum uiuum ut dicas nobis. si tu es christus filius dei. 64 dicit illi iesus. tu dixisti. uerumtamen dico uobis amodo uidebitis filium hominis sedentem ad dexteram uirtutis et uenientem in nubibus caeli. . 65 tunc princeps sacerdotum conscidit uestimenta sua dicens:

blasphemauit. quid adhuc egemus testibus. ecce nunc audistis blasphemiam eius 66 quid uobis uidetur. at illi respondentes dixerunt. reus est mortis. 67 tunc expuerunt in faciem eius. et colaphis eum caeciderunt. alii autem palmas in faciem ei dederunt 68 dicentes prophetiza nobis christe quis est qui te percussit. 69 petrus uero sedebat foris in atrio. et accessit ad eum una ex ancillis dicens. et tu cum iesu galileo eras. 70 at ille negauit coram omnibus dicens. nescio quid dicis: 71 exeunte autem illo ianua uidit eum alia et ait his qui

---

om. D; + dicunt Q. aduersus F. > testificantur (-atur L*) aduersum te LR.

63. **et princeps**: princeps autem DE. **nobis**: uobis Q. **dei** + uiui CDQRT(uibi) *cum graecis multis et ff*$_2$.

64. dixit Θ. **illi**: ei R. ihesus CT. uerumtamen CFJY𝔖ℭ, uerumptamen W, ueruntamen 𝔊𝔄. amodo JY. **uidebitis**: sedebitis D. *om.* **sedentem** R* (+ *sax.*). **a dextris** (-eris D): ad dexteram 𝔓^{mg}LR; + dei? X*. **uirtutis**: + dei FT *vg.*, *ex Luc.* xxii. 69; + altissimi Q. nuuibus C. celi W.

65. **sacerdotum** *bis lapsu* L. **dicens**: ait L. blasfemauit D𝔓LR, blasfemabit T, plasphemauit V; + hic D. aduc T, athuc Y, ahuc E. egimus OR, hegemus C. audististis L; audiuimus E. blasfemiam D𝔓LQRT, blasphemia Y; + eius DEQR*.

66. *om.* **at illi** L. **respondentes**: responderunt et R; + omnes F. morti BΘT.

67. exspuerunt BM. colafis BMTVZ, colophis DR*. ceciderun Θ*, caeciderunt EFJVXZ*; caederunt BLMYZ^c, cederunt D𝔓IR. in facie JZ*. **ei**: eius DEFL(Q)R *vg.*; *om.* T. > dederunt in f. eius Q.

68. profetiza nobis D𝔓(ti *expunct.*)LOR; prophetizabis C. **est** + iste F. *om.* **te** F. percusit 𝔓.

69. **uero**: autem EQ. foras K; + cum ministris 𝔓^{mg}. ancella D𝔓LR. **dicens**: dixit E. galileo CDE𝔓ΘKLORW.

70. **ille** *in rasura* H. nenegauit O. **omnibus**: hominibus E. **nescio quid** *codd. et vg. et uett.*: nescio quod A*. dicitis V.

71. **illo** + in H. ianua IR. **alia** *sine addit.* (ἄλλη) ACD𝔓H*JLMRTX*: + ancilla BEFH^{c}ΘK MOQ(ancella)VWX^{c}Z *vg.*, *cum* D *gr. a b c ff*$_2$ *h n q r r*$_2$; ancilla (*om.* **alia**) Y. hiis CERW; eis BQ. > ibi erant Q. *om.* **ihu** L. naszareno E, nazareo L, nazoreno X.

et ait his qui erant ibi
et hic erat cum iesu nazareno
[72] et iterum negauit cum iuramento
quia non noui hominem
[73] et post pusillum accesserunt
qui stabant et dixerunt petro
uere et tu ex illis es
nam et loquella tua manifestum te facit
[74] tunc coepit detestari et iurare quia non
nouisset hominem
et continuo gallus cantauit.
[75] (316. 2) Et recordatus est petrus uerbi
iesu
quod dixerat prius quam gallus cantet
ter me negabis
et egressus foras plorauit amare.
XXVII. (317. 2) Mane autem facto
consilium inierunt omnes principes
sacerdotum
et seniores populi aduersus iesum
ut eum morti traderent.
[2] (318. 1) Et uinctum adduxerunt eum.
Et tradiderunt pontio pilato praesidi.
[3] (319. 10) Tunc uidens iudas qui eum tra-
didit quod damnatus esset
paenitentia ductus rettulit triginta ar-
genteos
principibus sacerdotum et senioribus
[4] dicens
peccaui tradens sanguinem iustum

---

erant ibi. et hic cum iesu nazareno erat [72] et iterum negauit cum iuramento dicens quia non noui hominem. [73] post pusillum autem accedentes qui ibi stabant dixerunt petro uere et tu ex illis es. nam et loquella tua manifestum te facit. [74] tunc coepit detestari et iurare. quod non nouisset hominem. et continuo gallus cantauit. [75] et recordatus est petrus uerbi iesu quod dixerat ei. prius quam gallus cantet. ter me negabis. et egressus foras fleuit amare. XXVII. [1] Mane autem facto consilium fecerunt omnes principes sacerdotum et seniores populi aduersus iesum ut eum morti traderent. [2] et uinctum adduxerunt eum et tradiderunt pontio pilato praesidi. [3] tunc uidens iudas qui eum tradidit quia ad iudicium ductus est. paenitentia ductus. reuocauit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus [4] dicens. peccaui tradens sanguinem iustum. illi autem dixerunt. quid ad nos tu uideris.

---

72. **negauit**: regnauit L*. **iuramento** + dicens DΦ^{mg}LQR*. *om.* **quia** R* (*sed* + *sax.*). nouisset EKMTV.

73. posillum T, pussillum DΦL. > qui stabant accesserunt R. **qui** + ibi EΦ^{mg}QX*. **stabant**: erant Φ^{mg}. *om.* **et** *post* **uere** DLV. **loquella** *codd. pl.*: loquilla O, loquela DΦKMTV WZ^{c} *vg.*, *Tisch.*

74. **tunc** + *ras.* 3 *litt.* T. caepit L, cepit W. detestare MR; deuotare E. nouissent L*, nouisse O* (*corr. gl.*). cantabit T.

75. *om.* **est** EΘ. **dixerat** + quia JT. priusquam *uno ductu* AJ. negauis FLO. **egressus** + petrus F(*ex Luc.* xxii. 34)W. foris X*. **plorauit amare** (ἔκλαυσεν πικρῶς) ABCHΘX^{c}Y ϕ *Walkeri et b c ff*$_2$(*h*)*q*: fleuit am. DEΦFI? JK(L)MMTO(Q)RTV WX*Z *vg. Hieron. Tisch. f g*$_1$; fleuit amarissime DR* δ; > amarissime fleuit LQ(-ae) *ff*$_1$ *r*$_2$; κλαίειν *bis tantum occurrit in Mattheo hic et* ii. 18 rachel plorans filios suos; *in Marco bis*, v. 39 = ploratis, *et* xiv. 72 = flere; *in Luca nouies, ubi paene semper est* flere (vi. 21, 25, vii. 13, viii. 52, xix. 41, xxii. 62, xxiii. 28) *sed semel* vii. 32 non plorastis *et ib.* 38 *non redditur*; *in Iohanne contra septies est* plorare (xi. 31, 33 *bis*, xvi. 20, xx. 11 *semel*, 13, 15) *et semel* flere (xx. 11); *in locis parallelis Marc.* xiv. 72, *Luc.* xxii. 62 *codices nostri non uariant, ex quo colligo* fleuit *hic ab iis deriuatum esse.*

XXVII. 1. **autem**: *om.* T; iam R. **inierunt** (ἔλαβον): fecerunt BLO*(*corr. gl.*)QR, *cum* D *gr.* (ἐποίησαν) *a c f r*$_2$. *om.* **omnes** J. saeniores C, seniorib; O*; omnes L. aduersum OZ* (*corr.* Z^{1}). ihesum *plene* C *uide ad* i. 1. *om.* **eum** L.

2. > adduxerunt eum uinctum F; > uinctum eum duxerunt E. tradederunt O*; + eum DHΘ. pylato DR. presidi DT, praessidi Φ* (s *eras.*) R.

3. **uidens**: uidit L. ↘> iudas uidens Q. qod Θ*; quia BCDΦPLQRT. dampnatus DEΘRW. **esset**: est BCDLRX* *ut gr.* κατεκρίθη *propius reddant, cum b c d f* (ad iudicium ductus est) *g*$_1$ *h* (iudicatus est). **paenitentia** *codd. pl.* (-am E): penit. KRW, penet. L, poenit. DΦ *vg.* **ductus**: motus E. **rettulit** *cum* ABIMOTXZ; retulit CDEΦFHΘJKLMTQVWY *vg. Tisch.*, retullit R. trigenta ΦL; ·xxx· DMTRVWZ, xxx^{ta} ET. saenioribus C; + populi R.

4. peccabi T; + dñe D. **tradens** + *ras.* 3 *litt.* L.

at illi dixerunt quid ad nos ? tu uideris
5 et proiectis argenteis in templo
recessit et abiens laqueo se suspendit
6 principes autem sacerdotum
acceptis argenteis dixerunt
non licet mittere eos in corbanan
quia pretium sanguinis est
7 consilio autem inito emerunt ex illis
agrum figuli in sepulturam peregrinorum
8 propter hoc uocatus est ager ille acheldemach ager sanguinis usque in hodiernum diem
9 et tunc impletum est quod dictum est
per hieremiam prophetam dicentem
et acceperunt triginta argenteos pretium adpretiati
quem adpretiauerunt a filiis israhel
10 et dederunt eos in agrum figuli sicut
constituit mihi dominus.
11 (320. 1) Iesus autem stetit ante praesidem
et interrogauit eum praeses
dicens tu es rex iudaeorum ?
Dicit ei iesus tu dicis
12 (321. 4) et cum accusaretur a principibus

---

5 et proiectis argenteis in templo recessit et abiens laqueo se suspendit. 6 tunc principes sacerdotum acceptis argenteis dixerunt non licet eos mittere in corban quia praetium sanguinis est. 7 consilium autem accepto emerunt ex illis agrum figuli ad sepulturam peregrinorum 8 propter hoc uocatus est ager ille ager sanguinis. usque in hodiernum diem. 9 tunc adimpletum est. quod dictum est per hieremiam prophetam dicentem. et acceperunt triginta argenteos. praetium adpraetiati. quod adpraetiauerunt filiis rael 10 et dederunt eos in agrum figuli. sicut praecepit mihi dominus. 11 iesus autem stetit ante praesidem. et interrogauit eum praeses. dicens tu es rex iudaeorum. dicit ei iesus. tu dicis.
12 et cum accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus. nihil respondit. 13 tunc

---

5. pro iectis D; proiectus H. > in templo arg. T. *om.* in R. *om.* **arg. i. t. r. et ab. laqueo** L *linea ut uidetur perdita*; *sed potest fuisse lectio* proiectus se suspendit; *cf. Act.* i. 18 *πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησεν μέσος.* secessit DE. *om.* et F. habiens C. suscpendit D*.

6. **principes autem**: princeps autem H*; tunc principes LR; tunc autem princeps Q. accaeptis R. dixunt H*. > eos mittere JLQT *vg.*; > eos mitti DR. corbanam Cϛℌ; corbonan KMT; corbonam 𝔖ℭ; corban DƎPLR* (*corr. sax.*); curban Q. praetium CEƎPFH*Θ*JLMTOXY, precium W. > est sanguinis QR.

7. initio LR; + inter se J. aemerunt C. *om.* **figuli** R* (+ *corr. sax.*). saepult. E; sepultura HKMT. perigrin. DƎPL.

8. **hoc** *sup. lin.* K. **uoc. est** + et H^{c}. agger C. **ille** + lingua eorum T; *graeci legunt simpliciter διὸ ἐκλήθη ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος ἀγρὸς αἵματος ἕως τῆς σήμερον* (*sed* D *deficit*); *latt. omnes exc. f δ addunt* acheldemach (*uel tale quid*) *et multi etiam* hoc est *uel* quod est *etc., ex Act.* i. 19 *ὥστε κληθῆναι τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν Ἀκελδαμάχ, τοῦτ᾽ ἔστιν χωρίον αἵματος. Uariant autem sic*; **acheldemach** ABCDƎPFHΘIMMTOQRVWXY *Hieron. cum b c ff$_{2}$ g$_{1\cdot 2}$ h r$_{2}$*: achel demach EL, acheldemac *a*, acheldemagh Z, acheldemas *r*; achedemagh K; aceldemach *ff$_{1}$* (*Belsheim*), aceldemac T, aceldemae J, aceldema *q*; echeldemach *d*; hacel-dama ϛ, haceldama ℌ𝔖ℭ. **acheld.** *sine add.* ACDFH*X^{1}Y: + hoc est BH^{c}ΘJKMMTO VWX*Z *vg.* (hoc X^{2}) *a d ff$_{1}$*; + quod est EƎP^{mg}QR *b c ff$_{2}$ g$_{1\cdot 2}$ h q r r$_{2}$*; + id est LT. hagger C. husque C. odiernum LT, hordiernum E*, hodiernom O^{c}.

9. **et tunc** AHΘMO*Y *cum gr.* ℵ*: tunc (*om.* **et**) BCDEƎPFJKLMTO^{c}QRTVWXZ *vg. Hieron. Tisch. cum graecis et ceteris.* inpletum DƎPLR; adimpletum E. hierimiam E, hyerimiam H, heremiam DL(Q)R, ieremiam BW *vg.*, iheremiam CT. profetam DƎPLO(Q)R. > prof. heremiam Q. acciperunt EƎP, accipierunt R; accipiens D. **triginta**: ·xxx· DFORVWZ; xxx^{ta} EMT; tringenta ƎPL. praetium BCEƎPFHJMTO*. **adpretiati** *cum* DE(adp̄t)ΘIKMTX*Z, *et* adpraet. BCƎPFJLMTOR: appret. AQVX^{c}Y *vg. Tisch.*, appraet. H, apprec. W. **quem**: quod EQ. **adpretiauerunt** *cum* DΘIKMTV(adp̄t.)X*Z^{c}, *et* adpraet. BCEƎPFJLMTORZ*, ad prec. W: appret. AQX^{c}Y *vg. Tisch.*, appraet. H. **a filiis** (*ἀπὸ υἱῶν*): filii CDƎP^{mg}LQT^{c}, filiis R*T*. **israhel** *uide ad* ii. 6, hisrael D.

10. figuri Y* (-li *corr.*). sicuti C. mici T.

11. ihesus *plene* C *uide ad* i. 1. presidem D. interrogabit T. praesis ELR, preses D, praesens O*(*corr. gl.*)X. **dicens**: ns *in ras. scr.* ƎP; *om.* R*(+ *sax.*). iudeorum ƎPLW; + et R. **dicit ei** *codd.*: dicit illi Wℌ𝔖ℭ, dixit illi ϛ *Hieron.*

12. qum Θ*, quum CΘ^{c}. accussaretur EƎPLY; -rentur D*. principus D. saenioribus C. nichil W. respondebat EQR.

sacerdotum et senioribus nihil respondit
13 tunc dicit illi pilatus
non audis quanta aduersum te dicant testimonia ?
14 et non respondit ei ad ullum uerbum
ita ut miraretur praeses uehementer.
15 (322. 2) Per diem autem sollemnem consueuerat praeses dimittere populo unum uinctum quem uoluissent.
16 (323. 4) Habebat autem tunc uinctum insignem qui dicebatur barabbas
17 congregatis ergo illis dixit pilatus
quem uultis dimittam uobis
barabban an iesum qui dicitur christus ?
18 sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum.
19 (324. 10) Sedente autem illo pro tribunali
misit ad illum uxor eius
dicens nihil tibi et iusto illi
multa enim passa sum hodie per uisum propter eum.
20 (325. 1) Principes autem sacerdotum et seniores
persuaserunt populis ut peterent barabban
iesum uero perderent.
21 Respondens autem praeses ait illis
quem uultis uobis de duobus dimitti ?
at illi dixerunt barabban.
22 (326. 1) Dicit illis pilatus quid igitur faciam de iesu qui dicitur christus ?
dicunt omnes crucifigatur

---

dicit illi non audis. quanta aduersum te testificantur. 14 et non respondit ei ullum uerbum. ita ut miraretur praeses uehementer. 15 per diem autem sollemnem. consueuerat preses. dimittere populo unum uinctum quem uoluissent. 16 habebant autem tunc uinctum insignem qui dicebatur barabbas. 17 congregatis autem illis. dixit pilatus. quem uultis dimittam uobis. barabban an iesum qui dicitur christus. 18 sciebat enim quod per inuidiam tradiderunt eum 19 sedente autem illo pro tribunali. misit ad illum uxor eius dicens. nihil tibi et iusto illi. multa enim passa sum hodie per uisum propter eum. . 20 princeps autem sacerdotum et seniores persuaserunt populis. ut peterent barabban. iesum uero perderent. 21 respondens autem pilatus preses ait illis. quem uultis ex duobus dimittam uobis. at illi dixerunt. barabban. 22 dicit illis pilatus quid igitur faciam de iesu. qui dicitur christus. dixerunt ei

---

13. tunc T; *om.* L. **illi**: ei R. pylatus D. **te** + testificantur et E. **dicant testimonia** AP* FHJMXY: dicunt test. BCEP^{mg}ΘKLMTORTV WZ *vg. Hieron. Tisch., et* > test. dicunt D; testificantur Q.

14. *om.* **ad** T. hullum C; unum E. miretur E. praesis P*LR, presis D, preses FTW. uehimenter D^{c}R, uechementer L, uechimenter D*; multum Q.

15. **sollemnem** *codd. pl. et* S C: sollempnem DΘLRW, solennem S, sollennem P; [festum F *ex Marco*]. consuerat DPLQT; constituerat R. preses DFT, praesis LR. demittere R. > populo dimittere J *vg. om.* **unum** X*. uintum X. quemcumque H*. uoluisset S.

16. habebant EΘKLM. *om.* **autem** MV. **tunc**: *om.* EQZ*(+Z^2); + unum BEKMTO^{c}RVWX^{c}Z g_2, *sed sine auctoritate graeca*; *cf. Luc.* xxiii. 17, *Ioh.* xviii. 39. **uinctum** + quem uoluissent L. > insignem uinctum D. barrabbas R, barnabas Z* (*corr.* Z^2); + qui propter homicidium missus fuerat in carcerem H^{mg}ΘW *ex Luc.* xxiii. 19, *cf. Mc.* xv. 7.

17. **ergo**: uero EJ; autem R. pylatus DR. demittam LO. barrabban R, barraban W. han C; aut Q.

18. per inuidia Z* (*corr.* Z^2). **sciebat . . . tradidissent** *repet. lapsu* T*.

19. **illo**: eo R. missit DLR; accessit E. **illum**: eum EP*OQRWX* *vg.* nicil T, nichil W. **tibi** (*σοί*): + sit DP^{mg}R, *et* > sit tibi BELQ. **et iusto**: de iusto Q. pasa E, passas R. hodiae CO, odie T. uissum DP. propter illum ER* (p. illo R^c); per illum L.

20. **principes** *etc.* (**οἱ δὲ ἀρχιερεῖς**) BDEPH^{c}Θ JKLMTOQRTVWZ *vg.*: princeps ACFH*MXY *cum f h q.* saeniores C; + populi DP. persuasserunt DPLR. populo E*R; *om.* L. baraban L, barrabban W, barnaban Z*. **uero**: autem D.

21. preses DFW, praesis L, praessis R; *om.* T. **uultis** + dimittam D* *sed exp.* **duobus**: ·II· D. demitti LZ; dimittam QX*. barrabban W.

22. dixit DLS. pylatus CDR. **igitur**: ergo EF. faciemus E. + qui *ante* **dicunt** P. crucifigetur R. *Secundum Clem. et Tisch. lat., uers.* 23 *inc. ad* **dicunt omnes**; *nos Stephanum sequimur*

23 ait illis praeses quid enim mali fecit?
at illi magis clamabant dicentes crucifigatur.
24 (327. 10) Uidens autem pilatus quia nihil proficeret
sed magis tumultus fieret
accepta aqua lauit manus coram populo dicens
innocens ego sum a sanguine iusti huius uos uideritis
25 et respondens uniuersus populus dixit
sanguis eius super nos et super filios nostros.
26 (328. 1) Tunc dimisit illis barabban
iesum autem flagellatum
tradidit eis ut crucifigeretur.
27 (329. 4) Tunc milites praesidis suscipientes iesum in praetorio
congregauerunt ad eum uniuersam cohortem
28 et exuentes eum
clamydem coccineam circumdederunt ei
29 et plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius
et harundinem in dextera eius
et genu flexo ante eum inludebant dicentes haue rex iudaeorum.

---

omnes crucifigatur. 23 ait illis praeses. quid enim mali fecit. illi uero uehementer clamabant dicentes. crucifigatur. 24 uidens autem pilatus quia nihil proficeret sed magis tumultus fieret. accepta aqua. lauit manus coram populo. dicens innocens ego sum. a sanguine huius iusti uos uideritis. 25 et respondens uniuersus populus dixit. sanguis huius super nos. et super filios nostros. 26 tunc dimisit illis barabban iesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur . . 27 tunc milites praesidis susceperunt iesum in praetorio et congregauerunt ad eum uniuersam cohortem. 28 et exuentes eum. induerunt eum tunicam purpuream. et clamidem coxineum circumdederunt ei. 29 et plectentes coronam de spinis. posuerunt super caput eius et harundinem in dexteram eius. et procidentes ad pedes eius inludebant eum dicentes. habe rex

---

1555, *Hentenium et Tisch. gr., ed.* 8. *etc., cum quibus uersus inc. ad* **ait illis.**

23. **illis**: illi V*. praesis L, preses DW; pylatus ER. *Graeci uariant* ὁ δὲ ἡγεμὼν ἔφη *codd. pl.*; λέγει αὐτοῖς ὁ ἡγ. DL 1 *ut nos*; ὁ δὲ ἔφη ℵB 33. 69. 102. male E*H*M*R^{aax}. **illi**: illis E*; + multo T, *ut propius reddat* περισσῶς *cf.* xxvi. 38. clamauerunt Q.

24. uidentes H*. pylatus CDR. **quia nihil proficeret** (-it H*, profec. O*): nihil proficere E. tumultum fieri E. **tumultus** + in populo Ƥ^{mg}R, lauauit Ƥ^{mg}R; labit X. **manus** + suas EƤ^{mg}H. **coram** + omni C(homni)EQ. > ego innocens Q. ha C; *om.* L. sanguinem Z*. *om.* **iusti** E. > huius iusti W. uideretis Ƥ*LO; uidetis R.

25. respondit Q. huniuersus C; omnis LR. **populus** + ei J. **dixit**: *om.* R*; dicens R^{aax}. **eius**: huius LT. **nostros**: uestros Q.

26. dimissit DƤLY. barabbam ℌℭ, baraban L, barrabban W. ihu *ut uid.* H*. **autem**: uero Q. flagillatum DƤLR; flagellis caesum FJ *ex Marco* xv. 15. crucifigetur ER.

27. *om.* **tunc** F. presidis DT; *om.* J. suscipierunt DR. **in praetorio** *codd.* (pre. CTYW): in praetorium (εἰς τὸ πραιτώριον) D(pre.)E *vg.* congregaberunt T. huniuersam C. coortem L.

28. **exuentes** (ἐκδύσαντες) *codd. pl. et vg.* (excuentes E*, excuente E^c, exsuentes *ut uidetur* X* *et* X^c): exeuntes D*Ƥ^{c}ILQRT*V, *Tisch. lapsu. Post* **eum** *pergunt* induerunt tonicam purpuream et clamydem c. c. ei. Q, clamidem et ind. eum tunicam p. clamydem c. c. ei Y*. **clamydem** *cum* ABIJKMOXY*sec.*: clamidem EƤFH*MTVWY *pr.*; clamide H^{c}Θ; clammidem C; chlamidem Z*, chlamydem Z^c *vg.*; calamidem DLR. coccyneam E, cocineam DR, coccinea H^{c}Θ^c. circunded. ℨℌ. **ei**: eum M; + et uestem purpuream EƤ^{mg}(-iam). *Additamenta haec in* EƤ^{mg}QY *ex Ioh.* xix. 2 *sunt* καὶ ἱμάτιον πορφυροῦν περιέβαλον αὐτόν. *Ueteres a b c d ff$_2$ q pro* exuentes *habent* induerunt (*cum* ℵ^{ca}BD 157), *et* D *gr.* 157 *a b c d f ff$_2$ h gat. addunt de ueste purpurea*; *uide Tischendorfium ad locum.*

29. flectentes Ƥ* (*sed corr.*); plec^{t}entes O. choronam C. **spinis** + et E. possuerunt ƤL; inpossuerunt Q. capud BRT. **harundinem** *codd. pl.*: arund. ΘJLORTW *vg. Tisch.* **in** + caput D* *sed exp.* dexteram DƤ^{1}JLQR; dextra Mℨ. *om.* **eius** R. flexu BFHΘRTY. hante C. > inlud. ante *ut udtur* Q. illudebant W *vg.*; + ei D *vg., Hieron., corr. uat.**, *non mg.* = ἐνέπαιξαν αὐτῷ *gr. fere omnes et uett. plur.* (*sed om. cum codd. nostris gr. minusc.* 7 *et uett. b ff$_1$ g$_{1.2}$*). **haue** *codd. pl.*: habe BCHO*T, aue DΘJKMRVW *vg.* iudeorum CDƤLRW.

30 (330. 6) Et expuentes in eum
acceperunt harundinem
et percutiebant caput eius
31 et postquam inluserunt ei
exuerunt eum clamyde
et induerunt eum uestimentis eius
et duxerunt eum ut crucifigerent.
32 (331. 1) Exeuntes autem inuenerunt hominem cyreneum nomine simonem
hunc angariauerunt ut tolleret crucem eius.
33 (332. 1) Et uenerunt in locum qui dicitur
golgotha
quod est caluariae locus.
34 (333. 4) Et dederunt ei uinum bibere
cum felle mixtum
et cum gustasset noluit bibere.
35 (334. 1) Postquam autem crucifixerunt eum diuiserunt uestimenta eius sortem mittentes
36 et sedentes seruabant eum.
37 (335. 1) Et inposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam
hic est iesus rex iudaeorum.

---

iudaeorum. 30 et expuentes in eum acceperunt harundinem et percutiebant caput eius. 31 et postquam illuderunt eum exuerunt eum clamidem et induerunt eum uestimenta eius. et duxerunt ut eum crucifigerent. 32 exeuntes autem. inuenerunt hominem cyrineum nomine simonem. hunc angariauerunt. ut tolleret crucem eius. . 33 et uenientes in locum qui dicitur golgotha quod est caluariae locus. 34 dederunt ei bibere. acetum cum felle mixtum. et cum gustasset noluit bibere. 35 postquam autem crucifixerunt eum. diuiserunt uestimenta eius sorte mittentes. 36 et sedentes seruabant eum illic. 37 et imposuerunt super caput eius. cau-

---

30. **expuentes** *codd. fere omnes et vg.*: exspuentes A. *om.* **in** F. acciperunt DE𝔓LO*, accipierunt R, acceperun Θ*. arundinem 𝔓ΘJL ORTW *vg. Tisch.* percuciebant W; percutierunt R. **c**apud BERWY.

31. inlusserunt DLR; inluxerunt Z*, illuserunt W *vg.* **ei**: eum QR. exsuerunt Θ*X. *om.* **eum** R* (+*sax.*). **clamyde** AKMOXY: clamide CH ΘMTVW; clamydem IJ, clamidem BE𝔓FQR^{c}, calamidem DLR*, chlamidem Z*, chlamydem Z^{c} *vg. om.* **eum** E. uestimenta eius E; uestimentis suis D𝔓*Q* adduxerunt R; induxerunt L (*graeci enim* ἀπήγαγον). crucifigerint H*; crucifigeretur LQR; *patiente graeco* εἰς τὸ σταυρῶσαι *sed inuitis uett.*

32. + et *ad init.* T. exuentes CM. inuenierunt D. **cyreneum** (*cf.* mattheum *etc.*) *cum* ABCΘIK MMTOVXYZ: cyrineum DEFR, cyrin eum Q, cireneum HTW, cirineum 𝔓, cirenium L, cyrenaeum J *vg., Tisch.* **cyr.** *sine addit.* ACD𝔓*H*(H^{c}Θ *uide infra*)JKMMTO* $^{et\ z}$TVWX^{1}Y* *vg. Hieron. cum f ff$_1$ g$_1$ q*: + uenientem obuiam (obiam RY^{c}, obbiam X^{2}) sibi B𝔓^{mg}ILO$^{1\ et\ sax}$RX*$^{et\ 2}$Y^{c}Z; + uenientem in obuiam illis E; + uen. in obiam sibi Q; + uenientem de uilla *corr. uat.** *non mg.* (*ex. Luc.* xxiii. 26); *simile additamentum habet* D *solus ex graecis* εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ *et ex uett.* uenientem obuiam sibi *a b c ff$_2$ h* (> o. s. u. *d*), uen. ob. ei *g$_2$*. symonem CDEJWX*; + uenientem obuiam sibi Θ *et tale quid* H^{mg}. hangariauerunt C, angarizauerunt D𝔓^{1}LQR, angariszau. E. tollerent R.

33. uenerun Θ*, uenierunt D. **in locum**: *om.* E; ad l. Q. golgota T; golgoltha X; golgatha W; golgoltha *etiam* Δ *gr.* (*non* δ) *et syr. hierus. cf. ad Ioh.* xix. 17. **quod**: quae B. **est**: nominatur Q. caluarie MTW. **locus** + nominatus LR *cum ff$_1$.*

34. > bib. uinum EQ. fellem O. **mixto** J; mistum *vg.* quum CΘ. custasset M.

35. *om.* **autem** Z* (+ Z^{2}). diuisserunt DL; + sibi BQX. **mittentes** *sine additamento* (*cum gr. plur. et uett. d f ff$_{1.2}$ g$_1$ l*) CD𝔓*H*IJLMO^{c}RT V𝔖 *cor. uat. marg., cod. caraf.* ‘ *Graecus cod. Uat. uetustissimus et emendatissimus, omnesque lat. MS. non habent uerba uirgula signata habentur autem Io.* 19’: + ut impleretur (adimpl. E, inpl. 𝔓^{mg}) quod dictum est per prophetam (profetam 𝔓^{mg}Q + dicentem BE𝔓^{mg}ΘKMOQWXZ𝔊ℌℭ *Hieron.*) diuiserunt sibi (*om.* MO*) uestimenta mea (> u. m. s. BO^{1}X, s. mentimenta menea Z*) et super uestem meam (uestimenta mea BO, uestimentum meum X) miserunt sortem ABE𝔓^{mg}H^{c}ΘKMO*QWXYZ𝔊 ℌℭ *cor. uat. Hieron.* (*ex Ioh.* xix. 24) *cum graecis* Δ 1 *etc. et a b c g$_2$ h q r^{1}r$_2$* δ.

36. *Uersum om.* H*T* *c.* serbabant O; obseruabant B. [**eum** + ἐκεῖ *graeci fere omnes, et* illic *f solus latinorum.*]

37. imposu. BHJKWZ *vg.*, inpossu. 𝔓LR. capud BR. > eius **caput** T*. caussam D𝔍, cusam T*, causa E. *om.* **c. ips. scr.** L. scribtam BEJOTXYZ. hec ÷ hic est R* (hæc R^{c}, *dein linea per medium* æ *ducta est*). **ihs**: *om.* DE𝔓^{mg}HQW *cum graecis multis et a b ff$_1$ q, cf. Mc. et Luc.*; + xp̄s LR. iudeorum CD𝔓LRW.

38 (336. 1) Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones
unus a dextris et unus a sinistris.
39 (337. 6) Praetereuntes autem blasphemabant eum
mouentes capita sua 40 et dicentes
qui destruit templum
et in triduo illud reaedificat
salua temet ipsum
si filius dei es descende de cruce.
41 (338. 2) Similiter et principes sacerdotum inludentes cum scribis et senioribus dicebant
42 alios saluos fecit
se ipsum non potest saluum facere
si rex israhel est descendat nunc de cruce
et credimus ei
43 confidit in deo liberet nunc eum si uult eum
dixit enim quia dei filius sum.
44 (339. 2) Id ipsum autem et latrones qui crucifixi erant cum eo inproperabant ei.
45 (340. 2) A sexta autem hora tenebrae factae sunt super uniuersam terram usque ad horam nonam.

---

sam eius scribtam. hic est iesus rex iudaeorum. 38 tunc crucifixissent cum eo duos latrones. unum a dextris. et unum a sinistris. 39 praetereuntes autem blasphemabant eum mouentes capita sua 40 et dicentes. qui destrues templum dei et in triduo illud reaedificas. salua temet-ipsum. si filius dei es descende de cruce. 41 similiter et principes sacerdotum inludentes eum. cum scribis et senioribus. et pharisaeis dicebant. 42 alios saluos fecit. se ipsum non potest saluum facere. si rex sdrahel est descendat nunc de cruce. ut uideamus. et credamus ei. 43 confidit in deum liberet nunc eum si uult eum. dixit enim quia dei filius sum. 44 idipsum autem. et latrones qui crucifixi erant cum eo inproperabant ei . . 45 a sexta

---

38. **crucifixi sunt**: crucifixerunt DEPFLR, crucifixerant XRI Q. **cum eo**: eum L*. duos EPLQR, ·II· D. unum *bis* E. dexteris D. hunus *sec.* L. a senistris P, ha sinixtris C.

39. pretere. D. blasfemabant DPLRT; blasphemauerunt Z*; blasphemant Q.

40. **dicentes** *sine add.* ACP*H*JMQTXY: + ua BDP^{mg}(F *ex Mc.* xv. 29)ILO^{c}QR; + uah EH^{c}ΘKMO*VZ *vg. Hieron.*; + uath W. **destruit** (dext. C, dist. DP) . . . **reaedificat** (reed. C W) *cum* BCDP*FH*IJKMMOVWZ *corr. uat., cf.* dissoluit . . . aedificat *d.* destruet . . . reaedificat g_1 = ὁ καταλύων . . . οἰκοδομῶν: destruebat . . . reaedificabat AX^{c}Y *Tisch. cum a c ff*$_2$ *q r Hil. Ambr. ap. Sab., lectio forsan ex ueteribus deriuata ut alia hoc loco in* A; destruis . . . reaedificas H^{1}ΘT(redif.) *vg. Hieron. corr. uat. mg.*, g_2; distruebas (destr. X *et uett.*) . . . reaedificabas E(raed.)P^{mg}LQRX* *b ff*$_1$ *h* δ; *deinde* destrues . . . reaedificas *f*, distruas . . . redificabas r_2. **templum** *sine addit.* BCFHΘJLMO* RTX*Z* *cum* g_1 *h*: + dei ADEPIKMO^{gl}QVW X^{c}YZ^{3} *vg. Hieron. Tisch., a b c ff*$_{1.2}$ g_2 *q.* **triduo**: triduum O*X*; tribus diebus W. illut Z* (-d Z^{2}); *om.* W; + iterum J. > reaedificabas illud Q; > redificas illud T. salba O; + autem Q. temetipsum JWY *vg.*; te ipsum DLQR; temed ipsum T. **es** + *ras.* O; *hic interpungit* W *ut sit* salua te. si filius dei es. decende A*; discende DEPLR; + nunc BQR *ex uers.* 42.

41. **et**: *om.* J; + omnes R. illudentes W *vg.*; inludebant Q; + eum E. scribiis E*. saenioribus C; pharisaeis Θ *cum a b ff*$_2$ *q.* **dicebant** (ἔλεγον) EP*FJKMMOVWXZ *vg. Hieron., cum a b c d f ff*$_{1.2}$ *h q r r*$_2$: dicentes ABCDP^{mg}HΘLQRTY *et g*$_{1.2}$ *cum graecis* D 7^{pe}.

42. salbos CT. seipsum W *vg.* > sal. f. non p. E. salbum CT. **israhel** *uide ad* ii. 6: hisrael D. *om.* **est** E* (+ E^{1}). discendat DPLO^{c}R, discedat O*, discebat E*, discendebat E^{c}. credemus DEQ.

43. **confidit** BEH^{1}ΘJKMQWXZ^{c} *vg. Hieron. c f ff*$_{1.2}$ *q et* si conf. *b d* (*gr.* πέποιθεν, *pauci* εἰ πέποιθεν): confidet ACDPFH*LMORTVYZ* *aur. et* si conf. *a h.* **in deo**: in dn̄o DPR; in dn̄o CEQT; + et LQR; + ideo F. > nunc lib. LQR. **nunc eum si uult eum** BFMY *cum graeco et a b c d* (liueret) *f ff*$_2$ (*om.* **nunc**) g_1* *h q r* δ, *cf. Ps.* xxii. 9 *Heb. et LXX, et* nunc si uult eum X^{c}ⲤⲤ *et ita graec. cod. et unus ex lat. ap. cod. caraf.*: nunc eum si uult ACDEPHΘIJK(L)MO(QR)TVWXZ, *ff*, g_1^{c} *aur.* > fil. dei BDPMORTW *vg.*

44. idipsum JW *vg.* *om.* **id** O*. *om.* **autem** E. **crucifixi erant**: fixi erant A*CH*T* *et rec*X YZ* (*corr.* Z^{4}); crucifixerant L, crucifixerunt R, crucifixi sunt P. **cum**: eum L*. inpoperabant H*, impr. XW *vg.*, inproperant R.

45. *Ad init.* + et (*om.* R) postquam crucifixus est (crucifixerunt L) L*QR *cum a b c.* *om.* **autem** Q. tenebre facte W. huniuersam C. husque C. **ad**: in ER. oram T.

46 (341. 6) Et circa horam nonam
clamauit iesus uoce magna dicens
heli heli lema sabacthani
hoc est deus meus deus meus
ut quid dereliquisti me?
47 quidam autem illic stantes et audientes
dicebant
heliam uocat iste.
48 (342. 2) Et continuo currens unus ex eis
acceptam spongiam impleuit aceto
et inposuit harundini
et dabat ei bibere.
49 Ceteri uero dicebant sine uideamus an
ueniat helias liberans eum.
50 (343. 1) Iesus autem iterum clamans uoce
magna emisit spiritum.
51 (344. 2) Et ecce uelum templi scissum
est in duas partes
a summo usque deorsum.
(345. 10) Et terra mota est
et petrae scissae sunt
52 et monumenta aperta sunt

autem hora tenebrae factae sunt. super uniuersam terram usque ad horam nonam. 46 circa horam autem nonam clamauit iesus uoce magna dicens. heli. heli. limasabacthani. hoc est. deus meus. deus meus. ut quid me dereliquisti. 47 quidam autem. illic stantes. et audientes. dicebant. quia helian uocat iste. 48 et continuo adcurrens unus ex eis. accepta spongea impleuit aceto. et imposuit harundini. et dabat ei bibere. 49 ceteri autem dicebant. sine uideamus si uenit helias saluare eum. 50 iesus autem. iterum clamans uoce magna. emisit spiritum. 51 et ecce uelum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum. et terra mota est. et petrae scissae sunt. 52 et monumenta aperta sunt. et multa corpora

46. **et circa horam** BCEꝔFHΘJKLMMᵀOR T(oram)VWX*(+uero X^{c})Z *vg. Hieron. cum ff*$_1$ *g*$_{1.2}$: circa horam uero AY(X^{c}) *Tisch. quae lectio praeferenda uideretur si plurium codicum auctoritati niteretur, et* > circa uero horam D r_2; circa autem horam Q *c*; circa hor. autem *a d f ff*$_2$ *h*; circa autem (*om.* horam) *q*, circa horam (*om.* autem) *b*. **nonam** X* *et* X^{c} (X^{1} *deleuerat* no). exclamauit H*O*R. **heli heli** *cum* ACꝔ^{mg}FH*I JLMQRTWXY, *et* hel i hel i D, eli eli *vg.*: heloi heloi BEH^{c}ΘKMᵀOVZ, heloei Ꝕ*. **lema sabacthani** *cum* AFΘI*J*(*uno ductu*)MOX*Y: lamma sabacthani *vg.* (*uno ductu* 𝔓), lema sabactani H, lema sabachtani BZ, lemasabacdani C; lama sabacthani ꝔRX^{c}, lama sabactani D, laba sabacthani Q; lamath zabacthani E; lemazeptani J^{c}, lama zaptani KMᵀ(*uno ductu*)V, lama zabthani T, lama zabatani W, lamasabatha L. *Graeci uariant, Tisch.* 8 *legit* ἡλεὶ ἡλεὶ λεμὰ σαβαχθανεί, *W. H.* Ἐλωί ἐλωί λεμὰ σαβαχθανεί *et mg.* Ἠλεί ἠλεί λαμὰ ζαφθανεί. *Uarietas oritur ex duplici traditione, aramaica sc. et hebraica; aramaica fuisse uidetur* אֱלָהִי אֱלָהִי לְמָה שְׁבַקְתַּנִי (*cf. Mc.* xv. 34 *qui traditionem aramaicam propius sequi uidetur*); *hebraica est Ps.* xxii. 2 אֵלִי אֵ֫לִי לָמָה עֲזַבְתָּנִי; lama *et* zaptani, zabatani *etc. uerba hebraica* לָמָה *et* עֲזַבְתָּנִי *propius sequi uidentur. Cf.* ζαφθανεί D* *gr.* zapthani *d h*, zaptani *b*, sapthani *ff*$_2$. **hoc**: quod JKMᵀVZ. *om.* **meus** *primum* JQX*. utquid F; quare ERT. >me dereliquisti EJLO^{gl}RT, *et* me diril. D, me direl. Q. dereliquis me Z* (*corr.* Z^{2}); reliquisti me F. *om.* **me** X.

47. **illic st.**: milites stantes J. *om.* **et** Z*. eliam T *vg.*; helaam V*.

48. occurrens QR. ex illis Q; +et J. accepta spongia J. spongeam EK, spungiam O*T, spungeam ꝔL, sponguiam D; +et R. inpleuit CDꝔF; implebit T. acaeto L, acoeto BDE, acceto CR. *om.* **et** T. **inposuit** *codd. pl.*: imp. BWX *vg.*, inpossuit ꝔLR; posuit J. arundini ꝔΘJLORW *vg. Tisch.*; harundinem E^{c}.

49. caeteri DILR *vg.* **uero** + se D*. han C; si E; +uidiamus an *lapsu* L. ueniet L. elias T *vg.* **liberans**: et liberans J*; et liberat R, et liberaret Q; liberare DEꝔ^{mg}. *Post* **eum** *pergunt sic* alius autem accepta lancea (-cia R r_2) pupungit (pupunguit D, pupugit *Harl.*, popungit Ꝕ^{mg}) latus eius (*om.* eius Ꝕ^{mg}) et exiit (exiuit *Reg.*, exit L) aqua et sanguis (-gis Q) DEꝔ^{mg}LQR r_2, *Harl.* 1023, *B. M. Reg.* 1 E vi, *corp. oxon.*, *et* alius autem accepta lancea pepungit et aperuit latus eius et exiuit sanguis et aqua *gat.*, *fere cum graecis* ℵBCL(U)Γ 5. 48. 67. 115. 127* *quod ex Iohanne* xix. 34 *deriuatum uidetur, praecipue cum hoc loco ante mortem Saluatoris trad tur factum. Ex Tatiani Diatessaron plerumque ortum creditur, sed uide W. H.,* ‘*Select Notes,*’ *p.* 22 *et Ciasca*, p. 93.

50. exclamans QR^{sax}, exclans R*; clamauit L. aemisit C, emissit DLR.

51. scisum EꝔLRY. **est**: & H*; ē & H^{2}. ha s. husque dehorsum C. petre IW. scisae EꝔLO*R; scisse T^{c}W; fissae CT*?.

52. monomenta E. sun Θ*. qui dormierunt ELO^{gl}R^{sax}W*; dormientium DꝔO*QR*X*. resurrexerunt BCJO^{gl}TX.

et multa corpora sanctorum
qui dormierant surrexerunt
53 et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius
uenerunt in sanctam ciuitatem
et apparuerunt multis.
54 (346. 2) Centurio autem et qui cum eo erant custodientes iesum
uiso terrae motu et his quae fiebant
timuerunt ualde dicentes
uere dei filius erat iste.
55 (347. 6) Erant autem ibi mulieres multae a longe
quae secutae erant iesum a galilaea ministrantes ei
56 inter quas erat maria magdalene
et maria iacobi et ioseph mater
et mater filiorum zebedaei.
57 (348. 1) Cum sero autem factum esset
uenit quidam homo diues ab arimathia nomine ioseph
qui et ipse discipulus erat iesu
58 hic accessit ad pilatum
et petiit corpus iesu
tunc pilatus iussit reddi corpus.
59 (349. 1) Et accepto corpore ioseph
inuoluit illud in sindone munda
60 et posuit illud in monumento suo nouo
quod exciderat in petra
et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti et abiit.
61 (350. 6) Erat autem ibi maria magdalene et altera maria
sedentes contra sepulchrum.

---

sanctorum. qui dormierant. surrexerunt. 53 et exeuntes de monumentis. post resurrectionem eius. introierunt in sanctam ciuitatem. et apparuerunt multis . . 54 centurio autem et qui cum eo erant custodientes iesum. uiso terremotu. et his quae fiebant. timuerunt ualde dicentes. uere dei filius est iste. 55 erant autem ibi mulieres multae. a longe uidentes. quae secutae erant iesum a galilea ministrantes ei. 56 inter quas erat maria magdalene et maria iacobi. et ioseph mater et mater filiorum zebedei. 57 cum autem sero factum esset uenit quidam homo diues ab arimathia nomine ioseph qui et ipse discipulus erat iesu. 58 hic accessit ad pilatum et petit corpus iesu. tunc pilatus iussit dari corpus. 59 et accepto corpore iesu ioseph. inuoluit illud in sindone munda 60 et posuit eum in monumento suo nouo. quod exciderat in petra. et aduoluens saxum magnum ad ostium monumenti. abiit. 61 erat autem

---

53. **et exeuntes**: et euntes L; exeuntes (*om.* **et**) Z* (*corr.* Z^4); exeuntes autem **J. uenerunt**: abierunt D. adparuerunt O, apparunt L, aparuerunt (a *pr. in ras.*) ℙ. > multis app. DQR.

54. centorio DLR, centhurio C, centori Y. **ihm** + et R. uisso D, uisu BH. terraemotu DΘJ *vg.*, terre motu FMWZ, terrimotu O. hiis CE*W; ea R. que D. **uere** + dī Z*. **dei filius** e. *codd. pl.*: > fil. dei e. DℙORW *vg.*, > dei erat fil. Q. **iste**: ipse D.

55. *om.* **mulieres** L. multe W; + uidentes LR. a longue D, álonge ϛ; + uidentes *hoc loco* DE *a b c d f ff*$_2$ *h q r*$_2$ δ; + aspicientes H^{1}ΘM *cum Graecis* ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι (ὁρῶσαι 300). *om.* **quae** H*. saecutae E, sequutae ΘIX*Z, sequtae L, secute W. fuerant CDEQRWX. galilea CDEℙΘKLORVW. **ei**: illi QR.

56. **magdalene** AHJLMO*QTWXYZ* *vg.*: magdalenae BCDEℙFΘKMO^{gl}VZ^c; magdalena R. *om.* **mater** *pr.* R. **et mater** *sec.*: *om.* L; + quae E. zebedei CEℙLRW, zebē D.

57. quum HΘ. > autem sero CDELQRT *vg.* **autem** *erasum* ℙ. factom H*. hab C. **arimathia** *codd. pl. et* 𝔖: -atia CHTZ*, -ahia O*, -athaea ϛℌℭ. iosep T, iosph O. **erat**: fuerat E. > erat discipulus L.

58. pylatum CDR. **petiit** (ᾐτήσατο) CH^{1}ΘK MTVXZ^2 *vg. Hieron. et* petiuit L, peciit W: petit ABDEℙFH*JMOQRYZ*. pylatus CDER. iusit ℙL. **reddi** (ἀποδοθῆναι): dari DELQR *cum f g*$_2$ *h r r*$_2$ δ *gat.* **corpus**: + eius BO^{gl}; + ihu R*.

59. **et accepto corpore ioseph**: et cum accipisset ioseph corpus ihu L. **ioseph**: ihu QR; + ihu et E. *om.* **inuoluit illud** Y. illut JZ* (*corr.* Z^2). syndone DEW. mundo L.

60. possuit ℙLQR. illut Z* (*corr.* Z^2); eum LQ. monoment. *bis* E. *om.* **suo** ℙ* (+ *mg.*). *om.* **nouo** J. **ad** (*ante* **ostium**): et QR*; ab R^{sax}. hostium CDℙILOT. habiit C, abit Q; discessit L.

61. erant BH^{1}ΘO^{gl}X (*graeci* ἦν). *om.* autem D. > m. magd. ibi E. magdalenae CDℙΘIK MO^{gl}VYZ; magdalena LR. sepulcrum TZ^c.

62 (351. 10) Altera autem die quae est post parasceuen
conuenerunt principes sacerdotum et pharisaei ad pilatum 63 dicentes
domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc uiuens.
Post tres dies resurgam
64 iube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium
ne forte ueniant discipuli eius et furentur eum
et dicant plebi surrexit a mortuis
et erit nouissimus error peior priore
65 ait illis pilatus habetis custodiam
ite custodite sicut scitis
66 illi autem abeuntes munierunt sepulchrum
signantes lapidem cum custodibus.
XXVIII. (352. 1) Uespere autem sabbati
quae lucescit in prima sabbati
uenit maria magdalene
et altera maria uidere sepulchrum
2 et ecce terrae motus factus est magnus
angelus enim domini descendit de caelo
et accedens reuoluit lapidem
et sedebat super eum
3 erat autem aspectus eius sicut fulgur
et uestimentum eius sicut nix.
4 Prae timore autem eius exterriti sunt
custodes et facti sunt uelut mortui.
5 (353. 2) Respondens autem angelus dixit

ibi maria magdalene et altera maria sedentes contra sepulcrum. 62 altera autem die. quae est post parascedem. conuenerunt principes sacerdotum et pharisaei ad pilatum 63 dicentes. domine recordati sumus quod seductor ille dixit adhuc uiuens post tertium diem resurgam. 64 iube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium. ne forte uenientes discipuli eius furentur eum et dicant plebi. resurrexit a mortuis. et erit nouissimus error. peior priori 65 ait illis pilatus. habetis custodes ite et custodite sicut scitis. 66 illi autem abeuntes munierunt sepulcrum signantes lapidem cum custodibus. XXVIII. 1 Uespere autem sabbati quae lucessit in prima sabbati. uenit maria magdalene et altera maria. uidere sepulcrum. 2 et ecce terremotus factus est magnus angelus autem domini descendit de caelo et accedens reuoluit lapidem ab osteo. et sedit super eum. 3 erat autem aspectus eius sicut fulgur. et uestimenta eius candida sicut nix.

4 prae timore autem eius exterriti sunt custodes et facti sunt uelut mortui. 5 respondens

62. diae C. *om.* **post** FH*Y. que D. parasceue J, parascuen D, parascheuen KZ, parascefen T. conuenierunt + omnes D. pharissei C, pharisei W, farissei LR, farisei ℙ, faris– D. pylatum CDER.

63. **recordati**: rememorati LR. **quia**: quod EℙmgLQRZ* (*corr.* Z2). sedoctor M. dixerit J. athuc FMY, aduc T. uiuiens R. *om.* **adh. uiu.** B. tris dies ℙ; tertium diem ELQR, ·III· diem D *cum a b f ff2 h q (r) gat.*

64. custodire H* g_1. sepulcrum DTZc, saepulchrum E. husque C. **in**: ad J. **diem tertium** (-um Θ): diem ·III· D; hodiernum diem L. uenient L. **dicant** (*εἴπωσιν*): dicent (*ἐροῦσιν* Dgr *et d*) R*; dicunt Rc. *om.* **plebi** L. resurrexit T. priori BDℙ1H1ΘJLOgl.

65. **ait**: at *lapsu* ℍ. pylatus DER. **custodiam** (*κουστωδίαν*): custodes (*φύλακας* D*) J *cum a b c d f ff2 g1 q*; milites DLQR* *h r gat.* **ite** + et J.

66. habeuntes CO; euntes D. muniern Θ. > **cum custodibus** mun. sep. s. lapidem QR* (*et* + c. custodibus *iterum ad fin.* Rsaec). sepulcrum DHTZc, saepulchrum C. **cum custodibus** *latini cum* D* *gr.* *μετὰ τῶν φυλάκων* (*graeci ceteri μ. τῆς κουστωδίας*): *om.* D; + et discesserunt DEQR*.

XXVIII. 1. uesperae CE, uespera ℙ*. sabbato F; sabbathi ℭℍ *bis.* que DEW. lucessit EW; lucescet Z; luciescit R. **uenit**: en *in ras.* ℙ. magdalenae BCDEℙΘIKLMVYZ, -lena R. sepulcrum DTZc, saepulchrum CE.

2. terraemotus DΘJ *vg.*, terre motus O(*uno ductu*)WZ, terrimotus E. aggelus M, anguelus D. **enim**: autem EℙV. discendit DℙLQR; *et* > de c. disc. Q. celo OW. reuolbit T. **eum**: eam Yc.

3. **autem**: enim ÅBXcY *contra graecum et ueteres.* haspectus C. sicuti *bis* C. fulgor CDE ℙH*IJLQR. **uestimentum** (*τὸ ἔνδυμα*) *cum* ABCFΘJMOQWXcYℍℭ *ff1. cf.* uestitus *d e*: uestimenta DEℙHKLMRTVX*Zℭ𝔖, *a b c f ff2 g1. 2 h q r gat. aur.* **eius** *sine additamento codd. omnes* (*exceptis britannicis*) *et vg., cum c ff1 g1. 2 aur.*: + candida DEℙmgL *a b ff2 h q r gat.*; + candita R; + candidum Q δ; + albus *d e.*

4. pre DW. exteriti KLY. uelud BILRW, ueluti C.

5. aggelus M, anguelus D; + dñi BEH1ΘOXZ*.

mulieribus
nolite timere uos
scio enim quod iesum qui crucifixus
est quaeritis
[6] non est hic surrexit enim sicut dixit
uenite uidete locum ubi positus erat
dominus
[7] et cito euntes dicite discipulis eius quia
surrexit
et ecce praecedit uos in galilaeam
ibi eum uidebitis
ecce praedixi uobis.
[8 (354. 2)] Et exierunt cito de monumento
cum timore et magno gaudio
currentes nuntiare discipulis eius.
[9 (355. 10)] Et ecce iesus occurrit illis dicens
hauete
illae autem accesserunt et tenuerunt
pedes eius
et adorauerunt eum
[10] tunc ait illis iesus nolite timere
ite nuntiate fratribus meis
ut eant in galilaeam
ibi me uidebunt
[11] quae cum abissent
ecce quidam de custodibus uenerunt
in ciuitatem
et nuntiauerunt principibus sacerdotum
omnia quae facta fuerant
[12] et congregati cum senioribus consilio
accepto
pecuniam copiosam dederunt militibus
[13] dicentes
dicite quia discipuli eius nocte uene-

---

autem angelus. dixit mulieribus. nolite timere uos. scio enim quod iesum qui crucifixus est quaeritis. [6] non est hic surrexit enim sicut dixit. uenite et uidete locum. ubi positus erat dominus. [7] et cito euntes dicite discipulis eius quia resurrexit a mortuis. et ecce praecedit uos in galileam ibi eum uidebitis. sicut dixit uobis. [8] et exierunt cito de monumento cum timore et gaudio magno currentes nuntiare discipulis . . ut autem abierunt nuntiare discipulis eius. [9] et ecce iesus occurrit illis dicens. habete. illae autem accesserunt et tenuerunt pedes eius. et adorauerunt eum. [10] tunc ait illis iesus. nolite timere ite nuntiate fratribus meis. ut eant in galileam et ibi me uidebunt. [11] quae cum abissent ecce quidam de custodibus uenerunt in ciuitatem et nuntiauerunt principibus sacerdotum omnia quae facta fuerant. [12] et congregati cum senioribus. consilio accepto tollentes pecuniam copiosam dederunt militibus [13] dicentes. dicite quia discipuli eius nocte uenerunt et furati sunt eum nobis dor-

---

timere: timore W. **ihm** + xp̄m EL *gat.* queritis CDL^{e}W, quiretis L*.

6. **hic** + sed Q. **uenite uidete** (δεῦτε ἴδετε) ABℙJMOVYZ g_1 *q*: uenite et uid. CDEFHΘKL MṪQRTWX *vg. Hieron. cum a b c e f* $ff_{1.2}$ *h r gat. aur.* hubi C. possitus DℙLR.

7. scito W. eunte Y. discipuli E*. **eius** *sup. lin. add.* O^{c}. **surrexit** *codd. pl. et vg. Hieron.*: resurrexit CT *f*; **sur.** *sine addit. cum codd. plur. et vg. Hieron., et* D *gr.* 7^{pc}, *uett. a b d e* ff_1 g_1 *h l*: + a mortuis (ἀπὸ τῶν νεκρῶν *graeci*) DFJLQR *cum c f* ff_2 g_2 *q gat. aur. om.* **et** JZ*(+Z^{2}). *om.* ecce X* *cum* D *gr.* p^{scr} *et a b c* ff_2 *h.* praecedet HΘJLTϚ𝔖, precedet D (-dit D*?); praecidit OR. galileam CDEℙKLORWZ. uideuitis O; + et ER*T*?. **ecce praedixi** (pre.W) *codd. plurimi et vg. Hieron.* g_1 *q*: ecce dixi (ἰδοὺ εἶπον) CEILR*T^{c} *cum a b c d e* $ff_{1.2}$ *h* δ *gat., Harl.* 2788. 2826 *et Walkeri* α ο σ τ *et cod. caraf.*; sicut dixit DQ *f corp. oxon. ex Marco* xvi. 7; *om.* **ecce praedixi uobis** ℙ.

8. ex ierunt D; + mulieres E. monomento E. **magno gaudio** AFHMY *quod praeferendum uidetur cum ostendat* magno *cum* gaudio *tantum iungi non cum* timore: > gaudio magno (χαρᾶς μεγάλης)BCDEℙΘJKLṀOQRTVWXZ *vg. Tisch. Hieron. cum uett. quod scio omnibus.* current^{es} Θ. nunciare W𝔖𝔈. discipuli T*. e^{ius} O; suis Q.

9. ihu L. hoccurrit C, occurit L. auete DΘJ KṀRV *vg.*, aue te W; habete BCℙ^{mg}HOT; habetae L. **illae**: ille LRW. adoraberunt T; adoraunt L. *om.* **eum** F.

10. **timere** + sed DELR. nunciate W𝔖𝔈. galileam CℙΘKLORVW, galī D; + et J.

11. que W. quum CΘ; *om.* L. habissent C. abiissent DJL *vg.*; + et H. qui..... dam (*ras.* 9 *litt.*) E. uenierunt D. nuntiaberunt T, nunciau. W𝔖𝔈; adnuntiau. DR. que D; quaecumque X*.

12. saenioribus C. consilium Y. peccuniam D, paec. E. copiossam D.

13. > uenierunt nocte D. sun^{t} Θ.

runt et furati sunt eum nobis dormi-
entibus
14 et si hoc auditum fuerit a praeside
nos suadebimus ei
et securos uos faciemus
15 at illi accepta pecunia
fecerunt sicut erant docti
et diuulgatum est uerbum istud apud
iudaeos usque in hodiernum diem.
16 Undecim autem discipuli abierunt in
galilaeam in montem ubi constitu-
erat illis iesus
17 et uidentes eum adorauerunt
quidam autem dubitauerunt
18 et accedens iesus locutus est eis di-
cens
data est mihi omnis potestas
in caelo et in terra
19 euntes ergo docete omnes gentes
baptizantes eos in nomine
patris et filii et spiritus sancti
20 docentes eos seruare omnia quaecum-
que mandaui uobis
et ecce ego uobiscum sum omnibus
diebus usque ad consummationem
saeculi.

EXPLICIT EUANGELIUM SECUNDUM MATTHEUM.

---

mientibus. 14 et si hoc auditum fuerit a praeside. nos suademus ei. et securos uos faciemus. 15 at illi accepta pecunia fecerunt sicut erant docti. et diuulgatum est uerbum istud apud iudaeos usque in hodiernum diem. 16 undecim autem discipuli abierunt in galileam in montem in quo constituerat illis iesus. 17 et uidentes eum adorauerunt. quidam autem dubitauerunt. 18 et accedens iesus. locutus est eis dicens. data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. 19 euntes ergo docete omnes gentes. baptizantes eos in nomine patris et fili et spiritus sancti. 20 docentes eos seruare omnia quaecunque mandaui uobis. et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. amen.

---

14. preside D. suadebemus E; suademus TZ* (*corr.* Z[4]). faciamus R (*cum graecis multis* ποιήσωμεν).

15. peccuniam O* ?, peccunia W, paecuniam E. *om.* **erant** Q. **docti** *codd. fere omnes*: edocti Q *vg.*; instructi L. deuulgatum BDEƎPOR; defulgatum L. istut Z* (*corr.* Z[2]); hoc D. aput ƎPLT WZ* (*corr.* Z[2]); + omnes B. iudeos DƎPLRW. husque C.

16. **undecim**: ·XI· DƎP. **discipuli** + eius DE LR. habierunt C. galileam CDƎPKLORVW. hubi C. **illis**: eis KMTVZ.

17. **eum** *bis lapsu* L. hadorau. C, adorab. T. **dubitauerunt**: adorauerunt Z* (*corr.* Z[1]).

18. *om.* **ihs** Q. loquutus IXZ, loqutus Θ. omnes ORY. celo W. *om.* **in** *sec.* Θ*.

19. **ergo** + nunc DELQR. **baptizantes** (bab. DƎPLRT) **eos** (eas DR): *om.* V*. fili EFLY. sp̄u LY.

20. docente E, *om.* **eos** MT. obseruare DEƎPL QRX* *gat.* quecumque DW, que cumque V. mandabi T. *om.* **ego** E. husque C. **saeculi** (sec. WϚ𝔐) *sine additamento* BCDEƎP(F)ΘKMT TVWZ* *vg. Hieron.*: + amen AHJOQXYZ[2] (*deficit* M *post* **mandaui uobis**); + finit finit L; + finit amen finit amen finit R.

Subscr. **explicit euangelium secundum mattheum** *cum* BE(*abbreu. et* matheum)HΘJ (matthaeum) KMTV(*abbreu.*) X (*abbreu.*) Z (exp. euang.): euangelium secundum mattheum explicit Y; finit euangelium secundum mattheum amen dō gratias *litteris cursiuis* ƎP, *deinde litt. capitalibus et rubris* ΦINIT EUANGELIUM SECUNDUM MATTHEUM; expł A (*cod.*; *perperam Tisch. in proleg. p.* xvii explicit euangelium secundum mattheum); ЄXΠΛIKIT AЄVANΓVЄΛIωN KATA MATTHVM CPIΠTVM ATKVЄ ΦINITVM IN ΦHRIA MATTHI. D; *nihil habent ut uidetur* CLOQRW.

[PRAEFATIO UEL ARGUMENTUM MARCI.

Praefatio haec continetur in codd. nostris ACDEΦHΘKMΤOQTVWXYZ *l aur., editionibusque antiquis Hailbrun* 1476, *Wild de Ratisbon* 1481, *Paganini* 1487, *Froben* 1502, *Sacon* 1515 *et* 1519, *Benedicti, Par.* 1558; *cf. et Thomasium uol.* I *pp.* 303, 328, 329; *impresserunt etiam Sabatarius uol.* III. *p.* 185 *ex codice nostro ueteri c cum uariis lectionibus codd. Turonensium, et A. Maius in operibus Sedulii Scoti qui 'Explanatiunculam' conscripsit* (*Migne 'Patr. Lat.'* ciii. *p.* 279).

Deest autem in BFGIJLM 𝔜𝔖ℭ.

In ϛ, *Mareschal* 1531, *Benedicto* 1558 (*ante praefationem nostram*) *et Erasmo* (*graece tantum* κατὰ Σωφρόνιον) *habetur alia praefatio ex Hieronymo 'de uiris illustribus' desumpta* Marcus discipulus et interpres petri . . . succedente sibi aniano.

Item ante praefationem nostram habet codex noster T. Incipit praefatio euangelii scdm marcum. Marcus qui et colobodactilus est nominatus ideo quod a cetera corporis proceritatem digitos minores habuisset; hic discipulus et inter pretes fuit petri; quem sequtus sicut ipsum audierat referentem. rogatus rome a frīb; hoc brebe euangelium in italie partibus scribsit; quod quum petrus audisset probabit eclesie que legendum sua auctoritate firmabit; uerum post discessum petri. assumto hoc euangelio quod ipse confecerat perrexit egiptum; et primus alexandrie episcopus ordinatus xp̄m annuntians constituit illic eclesiam; Tante doctrine et uite continentie fuit. ut oñes sectatores xp̄i ad suum cogeret imitari exemplum. Explicit prologus.

Inscr. incp– praefatio A, incipit praefatio marco H, incipit praefatio secundum marcum E, incipit praefatio sc̄i hieronimi pr̄b in marco Θ, incipit prologus secundum marcum O, incipit prologus in marcum *c*, incipit prologus *cod. apud Sabat.*, incipit prologus secundus T, incipit argumentum V, argumentum marci D, argumentum in marcum *Sed.*, incipit argumentum marci euan̄g Φ, incipit argumentum in euangelio marci K, incipit argumentum euangelii secundum marcum MV *cod. apud Sabat.*, incipit secundum marcum GJ(*sed praefatio deest*)Z, incīp. praeph. euang. sēcun. marcum *aur., nihil habent* CWX?.

MARCUS euangelista dei et Petri in baptismate filius atque in diuino sermone discipulus, sacerdotium in Israhel agens, secundum carnem leuita, conuersus ad fidem Christi euangelium in Italia scripsit, ostendens in eo quid et generi suo deberet et Christo. Nam initium principii in uoce propheticae exclamationis instituens ordinem leuiticae electionis ostendit, ut praedicans praedestinatum Iohannem filium Zachariae in uoce angeli adnuntiantis emissum, non solum

---

37. ihesus C. emisa LMΤR. > magna uoce V. expirauit CΦΘIJKLMORTWYZ *vg.*; emisit spiritum B(*ex Mt.*).

38. **et** + ecce L. scisum ΦGLOR, cissum W. **duo**: duas partes LQ *gat.* **sursum** ABCΦ^{mg}G H*IJ(sors.)MRXY *l* δ: summo DΦ*H^{1}ΘKLMΤO QTVWZ *vg.*, *cum c d ff*$_2$ *i n q aur.*, *ex Mt.* husque dehorsum C.

39. uidiens L. centorio DLR; + et DΦL. **ex** *om.* Φ*(+ Φ^{1}). stabant Φ^{mg}L; erant DΦ*. **exspirasset** ABΦHMΤQVXZ: exp. CDGΘIJKL(+ et)MORTWY *vg.*; emisisset spiritum B. *cf. ff*$_2$ (emisit spiritum). > hic homo *vg.* > erat dei Q.

40. *om.* **et** *pr.* W. a longe ΦLMΤO; a longue D. haspicientes C, aspiciens R; aspiciebant Q. qua^{s} O. **et** *sec.* (καί *sine* ἦν ℵBL) *cum* ABCΦ^{mg} H*MRTVX^{c}Y *emendatio Hieronymiana ut udtur ex graeco*: erat GH^{1}ΘIKMΤOQWX*Z *vg.*, *c d ff*$_2$ *n aur.*, fuit *k*, *cum gr.* DΓ *etc.*; erat et LΔ *cum gr.* AC*Δ *etc.*, erant et *l*; *om.* DΦ*J. **magdalene** AGHMQRTWXZ* *vg.*: magdalenae BCΦΘIJL MΤOVYZ^{s}, magdalena K, magdā D. **salome** (*cf.* magdalene) *cum* DGΘLMQWXZ* *vg.*, *c d ff*$_2$ *l q* δ *et gr.* Σαλώμη, solome ΦL, same O*: salomae AB CFHIJKO^{c}TVYZ^{s} *n aur., et* solomae MR.

41. quum CΘ. aesset C. galilea CDΦHMΤO RW, galilia L; galileam G. sequeba^{n}tur DG, sequibantur O*(i *in* e *corr.*). *om.* **eum** Z. alie multe W; + mulieres O(*sed* ier *in ras.*). que D. *om.* **cum eo** M. hascenderant C; ascenderunt R. **hierosolyma** *cum* BGIJMOZ *et graeco ut* xi. 11, 15, 27, *cf. ad* iii. 8, *et* hierosolima Y, hieru. ΦR, hyero. H, hyeru. DQ: hierosolymam ACTVX *Tisch. et* Θ *post ras.*, hierosolimam M, hierusolymam K, hierusolimam L, ierosolymam *vg.*, ierosolimam W.

42. quum CHΘ. > sero iam T. > factum esset Θ. qui K(+ a *sup. lin.*)V. parascheue CK VZ, parascaeue G, parascephe T, parasciue L, parasue D. *om.* **quod est** W. hante C. sabatum L, sabbathum ϚΗ.

43. **ioseph**: iħs *inepte* D. arimatia CO, arimazia T, arimathaea ϚΗℭ. nobillis L, nubilis Q. decorio L, decuria M. quia R^{c}(**qui** R*)Z*(*sed corr.*). exspectans ΦMΤRX*Z^{2}. audaciter DΦ^{mg}J LMΤR *gat.* **introiit** (εἰσῆλθεν) *codd. plur. et* Φ*

44 pilatus autem mirabatur si iam obisset
et accersito centurione
interrogauit eum
si iam mortuus esset
45 et cum cognouisset a centurione do-
nauit corpus ioseph.
46 (228. 1) Ioseph autem mercatus sindo-
nem et deponens eum inuoluit sin-
done
et posuit eum in monumento
quod erat excisum de petra
et aduoluit lapidem ad ostium monu-
menti.
47 (229. 6) Maria autem magdalene
et maria ioseph aspiciebant ubi po-
neretur.

XVI. (230. 8) Et cum transisset sabbatum
maria magdalene et maria iacobi et
salome emerunt aromata
ut uenientes ungerent eum.
2 (231. 1) Et ualde mane una sabbatorum
ueniunt ad monumentum
orto iam sole
3 et dicebant ad inuicem
quis reuoluet nobis lapidem
ab ostio monumenti?
4 et respicientes uident reuolutum la-
pidem
erat quippe magnus ualde
5 et introeuntes in monumentum
uiderunt iuuenem sedentem in dextris
coopertum stola candida
et obstipuerunt.
6 (232. 2) Qui dicit illis nolite expaues-
cere
iesum quaeritis nazarenum crucifixum
surrexit non est hic
ecce locus ubi posuerunt eum

H*X^{c}, introiuit $\mathfrak{P}^{1}$H^{1}ΘQRWX* *vg.*: introit L. pylat. CDR *et* 44. **petiit** (ἠτήσατο) CDH^{1}ΘIKT VWXZ* *vg.*: petit AB$\mathfrak{P}$GH*JLM$\mathfrak{M}$OQRYZ^{c} *et uett. omn. excepto c*; *cf. Luc.* xxiii. 52 *et ad Ioh.* v. 24.

44. mirabantur L* (*improbat* n L^{2}). **si**: se L. **iam** *pr.* + cum L. hobisset C, obiisset J *vg.* arcersito $\mathfrak{M}$; arcessito DQRT *l* r_{2}, arcesito L, aduocato *k*, uocato *ff*$_{2}$, uocans *c d aur.* centorione DL $\mathfrak{M}$R. interrogabat $\mathfrak{P}^{mg}$QR. **eum** *om. cor. uat. mg.* **esset**: est T.

45. quum CΘ. cognuuisset R, cognouissent Z* (-set Z^{1}). *om.* **a** L. centorione DL$\mathfrak{M}$. **corpus** + iesu QT *gat.*

46. **mercatus** + est D$\mathfrak{P}^{mg}$QR; > mercauit autem ioseph L. syndonem BDJ; sindone GKZ; *et* + mundo G. *om.* **et** *pr.* X. in||uoluit O; + in CD$\mathfrak{P}$M$\mathfrak{M}$OQX*$\mathfrak{S}$. syndone BDJ; sindonem LM*(m *erasa*)OQ. possuit D$\mathfrak{P}$LR. *om.* **in** O* (+ O^{1}). monimento R; monumentum GL. excissum D. > excisum erat Q. in petra D*(de *mg.*)Θ *cor. uat. mg.* **aduoluit**: adposuit CΘT (app.). hostium CD$\mathfrak{P}$LM$\mathfrak{M}$OR. **monumenti**: + et abiit Q; + abit autem L (*quod Scriuenerus ad uersum* 47 *iungit*).

47. **magdalene** AGHMOQTWXZ* *vg.*: magdalenae BC$\mathfrak{P}$ΘIJM$\mathfrak{M}$RVYZ^{3} *gat.*; -na KL, magda– D; + et maria iacobi W *gat.* iosep C. hubi C.

XVI. 1. quum CΘ. transiisset D, transiset $\mathfrak{P}$L. sabatum D, sabbathum $\mathfrak{H}$. mariae L* (e *erasa*). **magdalene** AHL*MOQTWXYZ* *vg.*: -nae BC $\mathfrak{P}$GΘIJKL^{1}M$\mathfrak{M}$RVZ^{3}; magda– D. **salome** B$\mathfrak{P}$ (sol.)GΘL(sol.)MOQWXZ* *vg.*: salomae ACDF HIJKRTVYZ^{2} *et* solomae M$\mathfrak{M}$. aemerunt C. haromatha C. unguerent DΘIJM$\mathfrak{M}$ORZ*, hunguerent C, unguerunt K. **eum**: iesum *vg. cum graecis* K^{2}MX *minusc.*

2. **una**: prima D$\mathfrak{P}$GOX *cum k q.* sabbathorum $\mathfrak{H}$. uenerunt $\mathfrak{P}$, uenierunt D. ad monumento J. **orto** (horto C, horte L) **iam sole** *codd. omn. et vg.*, *l cum gr.* ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου: oriente s. *uett. c d n q et gr.* D ανατελλοντος τ. η., *cf. Aug. de cons. euang.* III. 134. c. '*hoc intelligitur Marcus dicere* ualde mane oriente iam sole,' *et Tichon. Reg.* v. *p.* 61 b '*Marcus dicit* oriente sole *non* orto'.

3. **reuoluet** (ἀποκυλίσει) *cum* ABCD*HΘKMV WY *vg.*: reuoluit D^{c}$\mathfrak{P}$GIJLM$\mathfrak{M}$OQRT(-bit)XZ *d l.* **nobis** *bis scr., pr. erasum* J. **ab**: a J. hostio CD$\mathfrak{P}$LM$\mathfrak{M}$O; ostium Q, osteum G; *sequitur rasura in* Θ. momenti O*, monomenti L; + erat autem magnus nimis LQ *cf. c d ff*$_{2}$ *n uersu* 4.

4. **uident** *cum* ABCD$\mathfrak{P}$*FGH*JLM$\mathfrak{M}$TX^{c}Y *cod. caraf., Bentl. cum k l* et graeco*: uiderunt $\mathfrak{P}^{mg}$H^{1} ΘIKM$\mathfrak{M}$OQRVWX*Z *vg. cum l*^{c} *q δ.* reuoluum R. **quippe**: autem CT *cf. u.* 3. *Uersum sic habent c d ff*$_{2}$ *n cum* D^{gr} 2^{pe} erat enim magnus ualde et ueniunt (-erunt *ff*$_{2}$) et inueniunt (-erunt *ff*$_{2}$) reuolutum (amotum *n*) lapidem.

5. **in monumentum** (εἰς τὸ μνημεῖον) *cum* BC D$\mathfrak{P}$GΘIKM$\mathfrak{M}$O*TWX^{2} *vg., et uett. c d ff*$_{2}$ *l δ aur.*: in monumento AHJL(mono.)MO^{c}QRVX*YZ *n q.* uident L. iubenem T. dexteris D. cohopertum C, cooperto H, co opertus L. sthola J, stolam GZ*(m *perlin. cor.*) *Bentl.* candidam G *Bentl.* **obstipuerunt** BC(hobst.)$\mathfrak{P}$GΘIJM$\mathfrak{M}$RTXZ: obstu. ADHKLOQVWY *vg. Tisch.*

6. di^{c}it X; dixit . illi L. queritis L. > cru |

7 sed ite dicite discipulis eius
et petro
quia praecedit uos in galilaeam
ibi eum uidebitis sicut dixit uobis.
8 (233. 2) At illae exeuntes fugerunt
de monumento
inuaserat enim eas tremor et pauor
et nemini quicquam dixerunt
timebant enim
9 surgens autem mane prima sabbati
apparuit primo mariae magdalenae
de qua eiecerat septem daemonia
10 illa uadens nuntiauit his qui cum eo
fuerant
lugentibus et flentibus
11 et illi audientes quia uiueret
et uisus esset ab ea
non crediderunt.
12 Post haec autem duobus ex eis ambulantibus ostensus est in alia effigie
euntibus in uillam
13 et illi euntes nuntiauerunt ceteris
nec illis crediderunt.
14 Nouissime recumbentibus illis undecim
apparuit
et exprobrauit incredulitatem illorum
et duritiam cordis
quia his qui uiderant eum resurrexisse
non crediderant.
15 Et dixit eis euntes in mundum uniuersum
praedicate euangelium omni creaturae
16 qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit

cifixum natzarenum D. > nazarenum non est hic crucifixum surrexit Q. hubi C. possuerunt ƎPLR.

7. sedite *uno uerbo* Y; + et BDƎPΘJKLMTRXZ. **dicite**: *om.* C; *sequitur ras.* T. *om.* **eius** D. > ite discipulis eius et dicite et petro Q. **quia** + ecce LQ. praecidit LOR, precedit D; praecedet HΘWϚS. galileam CƎPGΘMTORTVW, galiliam DL. uideuitis CO. dixi W.

8. ille GOW. fugierunt DH¹Θ. de monumentum G. inuasserat DƎPL. > pauor et tremor DƎPOMT; timor et tremor X*; tenior et pauor *gat.* quidquam CZSℭ. dixerant G, dixerint M. **timebant enim** 9 **surgens autem** *prorsus uno tenore* L. *De clausula cod. k, etc. uide paginam sequentem.*

9. **autem** *sine addit.* ACD*Ƒ*H*IJLMYℍℭ *cu\n uett.* (*l*) *n q* δ *et gr. plur.*: + iesus BD¹Ƒ^c (*sup. lin.*)GH¹ΘKMTOQRTVWXZϚS, *gat.* (nam iesus mare), *cum c ff₂, gr.* F^w 13. 28. 69. 124 *al.* **sabbati**: bb *in ras.* H: sabbathi Ϛℍ, sa|bati L. **apparuit** + iħs LQ. marie W; *om.* Q. **magdalenae** BCƎPGΘIJKLMTRZ^sϚℍ: -ne AHM (-ēne)OQTVWXYZ*Sℭ, magda– D. egecerat C, iecerat DƎPLM, eicerat GMR; eiciebat Q. **septem**: ·uii· DRTW. demonia DƎPLRWY.

10. + at *ad init.* LQ. **uadens**: uidens J. nunciauit Wℭ, annuntiauit M. hiis W. **eo**: ea WX. **lugentibus**: loquentibus L.

11. *om.* **et** *ad init.* DƎPX. uiuerat DƎP; uiuus L. uissus DƎP. aesset C; est T. hab C. crediderunt H; + eis F.

12. hec W. **duobus**: ·ii· D. *om.* **ex** O*(+ *sup. lin.*). **eis**: his Ƒ^mgLR(hiis) *vg.* hambul. hostensus C. **ostensus . . . euntibus** *om.* G*, + *in ima pag.* G¹. *om.* **in alia eff.** F. effigiae JY. eutibus L; + eis CT; + illis L. uilla J. *om.* **in uillam** F.

13. heuntes C. nunc. Wℭ; enuntiauerunt L. caeteris DƎPLRϚℍ; + sed LQ.

14. nouissimae BCI; + autem DGMTQϚS *c ff₂ o q aur. cum gr.* AD *al.* 10. undecem Ƒ, hundecim C; ·xi· DW, ·xii· R. **apparuit**: + iesus DH¹ΘQ; + illis iesus *cor. uat.** exprobrabit X, exprobauit LM. incredulitati X. **illorum**: eorum DƎPMQY *vg.* duriciam W, durit am L; duritiae X*Z. **cordis**: + illorum LQY; + eorum D. **his**: hiis RW, eis *vg.*, is J. uiderunt KMTOVZ* (*corr.* Z¹) *sine auct. uet.*; uidederant F; *graeci τοῖς θεασαμένοις αὐτόν.* **resurrexisse**: surrexisse *uoluit Bentl.*; + a mortuis *cor. uat.**; + et nuntiantibus illis B(*om.* et)MTOX*(*om.* et)Z, *uide et* LQ *infra.* **non** *litt. min.* B. crediderunt DƎPLMT QR *vg.*, credider B; + nuntiantibus L(-entibus)Q. *Additamentum aliud nec in nostris nec in uett. nec in graecis codicibus inuentum commemorat Hieron. contra Pelag.* ii. 15 '*In quibusdam exemplaribu et maxime in graecis codicibus iuxta Marcum in fine eius euangelii scribitur* postea quum accubuissent undecim apparuit eis iesus et exprobrauit incredulitatem et duritiam cordis eorum quia his qui uiderant eum resurgentem non crediderunt. Et illi satisfaciebant dicentes saeculum istud iniquitatis et incredulitatis substantia (*cod. uat.* sub satana) est quae non sinit per immundos spiritus ueram dei apprehendi uirtutem. Idcirco iam nunc reuela iustitiam tuam.'

15. **eis** + iesus BKMTOVZ *o²*. heuntes C. huniuersum C; *om. gat.*; > uniuersum mundum DƎPO (uni *sup. lin.*). predicate D, praedite G. euanguelium D. craturae Y*(+e *sax.*); creature W.

16. babtizatus LRY, baptitzatus (tus *iterum in mg.*) D. salbus C, salus L. condempnabitur ƎPG HΘMTRW, contempn. DL, condemnauitur O.

qui uero non crediderit condemnabitur
17 signa autem eos qui crediderint haec sequentur
in nomine meo daemonia eicient
linguis loquentur nouis
18 serpentes tollent
et si mortiferum quid biberint non eos nocebit
super aegrotos manus inponent et bene habebunt.
19 Et dominus quidem postquam locutus est eis adsumtus est in caelum
et sedit a dextris dei
20 illi autem profecti praedicauerunt ubique
domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis amen.

EXPLICIT EUANGELIUM SECUNDUM MARCUM.

17. crediderunt D, crederint O. hec W. demonia DΦLWY; daemones J. aeicient C, eiecient M, iecient D, iecent L, eiicient *vg. Tisch.* **nouis**: nobis LMOZ*. > loquentur linguis nouis Q.

18. stollent L. liberint *inepte* R, biber rint W; biberunt L. eis HΘKVWX*Z^2 *vg.* supra GJ. **aegrotos** (*cf.* vi. 13) FGHMMX^{2}Y *et* egr. AC ΦΘ(igr. *cor.*)LT: aegros BJOQVX* *vg. Tisch.*, egr. DIKRWZ. manūs Y. imponent BKMWX *vg.* > inponent manus Q. habebant L, abebunt C.

19. **quidem** *sine addit. cum* ACDΦGH*IJM QRY *Par. lat.* 13171, *M. B. Harl.* 2788, *l Bentl. et gr. plur.*: + iesus BH^{1}ΘKLMOT(quidam)VWXZ *Par. lat.* 2 *et* 262, *Harl.* 2826, *vg.* (*non cod. caraf.*) *cum c o q δ aur. et gr.* C*KLΔ *minusc.* loquutus ΘI. adsumtus AGRTXYZ*(ass. Z^2): adsumptus BCΦHΘIJLMOQ *Tisch.*; assumptus DKVW *vg.* celum W. **sedit** (ἐκαθίσεν): sedet BKLWϚ ŠC. ad G. dexteris D.

20. autem illi Q. predicauerunt D. hubique C. quohoperante C. sermone GJZ. *om.* **confirmante** L. sequetibus R. **signis** + finit DL. **amen** *ad fin.* AD(*litt. graecis*)FGHJMOX *c o et graec.* C*EGKL *al. pl.*: *om.* BCΦΘIKLMQRTV WYZ *vg. Tisch. q aur., gr.* AC^2, 1. 33. *al. mu.*; *om. totum uersum l.*

explicit euangelium secundum marcum BΦ (+ amen)IM(+ feliciter)MOTZ: euangelium secundum marcum explicit G; explicit eugl̄m scd̄ marcum. v̄ IDCC (*i. e.* uersus mille septingentos *cum gr.* K *al. aeth.*)V, *et* expl̄. euangl̄m secd̄ marcū haƀ ū. IDCC K, *de his uersuum numeris hic et alibi uide epilogum*; *in Mattheo casu omissi sunt*; explicit liber marcus Y, finit euangelium marci R; exp̄l̄ A(*simpliciter quamuis Tisch. in prol. p.* xvii explicit euangelium secundum marcum) H; *nihil habent* CDΘJLQWX *vg.*

Finem euangelii ita habet k [8]illae autem cum exirent a monumento fugerunt. tenebat enim illas. tremor. et pauor. propter timorem Omnia autem quaecumque praecepta erant et qui cum puero erant breuiter exposuerunt posthaec et ipse hiesus adparuit. et ab orientem usque. usque in orientem. misit per illos. sanctam. et incorruptam. praedicationis salutis aeternae. amen. *corrige* Omnia autem quaecumque praecepta erant et qui cum petro erant breuiter exposuerunt. Posthaec et ipse hiesus adparuit et ab oriente usque in occidentem misit per illos sanctam et incorruptam praedicationem salutis aeternae. amen. *Simile additamentum habetur in graeco parisiensi* L *et* 274^{mg}; *plura uidesis ap. Tisch. T. G.* 8 *ad loc. et O. L. Bibl. Texts*, II. p. 115.

[PRAEFATIO UEL ARGUMENTUM LUCAE.

Praefatio haec continetur in codd. nostris AB(C)DƎPHΘIKMTOQ(T)VWXYZ *l aur.* (*sed* CT *tantum uariant ut separatim imprimi curauerimus*), *editionibusque antiquis Hailbrun* 1476, *Wild de Ratisbon* 1481, *Paganini* 1487, *Froben* 1502, *Sacon* 1515 *et* 1519, *Benedicti Par.* 1558; *cf. et Thomasium uol.* I *pp.* 305, 334, 340; *impresserunt etiam Sabatarius uol.* III. *p.* 253 *ex codice nostro ueteri c, subnexis uariis lectionibus codicis aurei Turonensis, et A. Maius in operibus Sedulii Scoti qui 'Expositiunculam' conscripsit* (*Migne 'Patr. Lat.'* ciii. *p.* 285); *olim ipsi Hieronymo adscripta erat, sed inter scripta supposititia posuit Uallarsius uol.* XI. *p.* 833.

Deest autem in EFGJMRHSC.

In ϛ, *Mareschal* 1531, *Benedicto* 1558 (*ante praefationem nostram*) *et Erasmo* (*graece tantum* κατὰ Σωφρόνιον) *habetur alia praefatio ex Hieronymo 'de uiris illustribus' desumpta* Lucas medicus Antiochensis, ut eius scripta indicant . . . . ossa eius cum reliquiis Andreae apostoli translata sunt de Achaia; *cf. et Thomasium* I. *p.* 339.

De praefationibus in CT *uide infra p.* 271; *item aliam in* Θ *et in Thomasio* I. *p.* 340; *u. p.* 272.

Inscr. inc⁻ praefatio A, incipit praefatio lucae HY, inc̄. secund. luca X, praefatio B, argumentum lucae D, incipit argumentum in euangelio lucae K, incipit argumentum euang. sc̄d lucam IQ, explicit interpraetatio nominū eb⁻: incipit argumentum eiusdem Ƀ, incipit prologus euangelii secundum lucam MTV *Turon.*, prologus in euang. lucae *c*, prologus Z, inc̄pt praefatio hieronimi pr̄b in luca Θ, incipit praefatio beati Hieronymi presbyteri in euangelium secundum Lucam *edd.*; *nihil habent* OW *l aur.*

LUCAS Syrus natione Antiochensis arte medicus discipulus apostolorum postea Paulum secutus usque ad confessionem eius seruiens domino sine crimine. Nam neque uxorem umquam habens neque filios septuaginta et quattuor annorum obiit in Bithynia plenus spiritu sancto. Qui cum iam descripta essent euangelia per Mattheum quidem in Iudaea per Marcum autem in Italia sancto instigante spiritu in Achaiae partibus hoc scripsit euangelium significans etiam ipse in principio ante alia esse descripta; cui extra ea quae ordo euangelicae dispositionis exposcit ea maxime necessitas fuit laboris ut primum graecis fidelibus, omni

---

1. **natione** *cum* ADƎPHΘKQVX *c Uall. edd.* (*et* > natione syrus *c Mai.*): *om.* BOYZ *l aur.* **antiochensis** ΘKMTQ(ante.)VZ² *c edd.*, antiocensis XZ*: anthiocensis ABƎPH(-ses*)O *l aur.*; anthiocensiae Y, antiochensionis D. **discipulus** + fuit W. apostulorum *aur.*

2. **postea** + uero HΘW *c Mai.* (*non Sed.*). sequutus ƎPHΘX. **confessionem**: passionem KMT WZ *c Turon. Mai. Sed.*; consummationem *edd. ant. et Uall.* **domino**: deo DQ.

3. unquam OW *edd.* **habens**: habuit HΘ *c Mai.* (*non Sed.*) > habens umquam D. > n. f. habens Q. **filios** + procreauit HΘ. **sept. et quatt.** BW*l aur. et* sept. et quat. *c Mai. Uall. etc.*: sept. quattuor KOX; ·LXXIIII· ADƎPMTQYZ, ·LXX· & quattuor Θ, ·LXX· et tres H*, & quattuor H^mg.

4. **obiit**: abiit X. **bithynia** MT *c Mai. edd.*, bythynia B, bithinia DΘWY, bythinia AKVX, bitthinia H^c: bythiniam Z*, bithyniam Z³, bythyniam *ut udtur* O; bethania ƎPQ, bitthania H*, bethaniam *l aur.* **qui**: igitur HΘ. quum HΘ. **descripta** *codd. plur.* (-bta Q): scripta KMTOVW *c l aur. edd.*, scribata Y, scribta XZ. esset Z*(*corr.* Z²). aeuanguelia D.

5. matheum DQW, matthaeum *Mai. Uall.* (*non autem edd. ant.*). **quidem**: *om.* DƎP; inquid *l.* iudea DƎPQW; iudaeam *l aur.*, iudeam Y. italiam *l.* instigatus H (ininstigantus H*); inscicante *l**, insticante *l^c*.

6. **spiritu** + sancto A. achaie W. scribsit O QX(*ras.* 3 *litt. inter* b *et* s)YZ; descripsit A². > scripsit hoc *l.* aeuanguelium D. **etiam**: et W.

7. **ante** + suum *edd. plur.* (*non autem Froben*). describta OXYZ, discripta D. que H. euangelice expositionis W; aeuanguelicae dispossitionis D.

8. maxima OXZ*; -mae Q. necesitas ƎP; necnecess. Q. **fuit laboris** ABDƎPΘV: > laboris fuit HKMTOWXYZ *c l aur. edd.* graegis B; grecis A^c?DƎPKMTOQVWXZ* *l aur.*

perfectione uenturi in carnem dei manifestata, ne iudaicis fabulis intenti in solo legis desiderio tenerentur neue hereticis fabulis et stultis sollicitationibus seducti excederent a ueritate elaboraret; dehinc ut in principio euangelii, Iohannis natiuitate praesumta, cui euangelium scriberet et in quo electus scriberet indicaret contestans in se completa esse quae essent ab aliis inchoata. Cui ideo, post baptismum filii Dei, a perfectione generationis in Christo impletae, et repetendae a principio natiuitatis humanae potestas permissa est, ut requirentibus demonstraret in quo adprehenderat, per Nathan filium introitu recurrentis in deum generationis admisso, *indispartibilis Dei praedicans in hominibus* Christum suum perfecti opus hominis, redire in se per filium faceret qui per Dauid patrem uenientibus iter praebebat in Christo. Cui Lucae non inmerito etiam scribendorum apostolicorum actuum potestas in ministerio datur, ut deo in deum pleno,

---

1. **perfectione** *edidimus cum* A*DP : prophetatione *codd. rell.* (prof. O) *et* A^{mg} *et edd.*, prophetationem *l*; praefatione profectione Q. carne AHΘ V. >in carnem uenturi *l.* **dei** *cum* ADPQ : dei christi *codd. rell. et edd.*; christi (*om.* **dei**) Θ. **manifestata** (omni perfectione manifestata *abl. abs. sc. per nuntium angeli et sanctarum mulierum prophetationes*) ADPQ : manifestata humanitate *c edd. plur.*; manifestata humanitas KMVZ *Turon.*, manifesta humanitas BHΘOXY *l aur.*; fieret manifestata humanitatis W; manifesta esset humanitas *Froben* 1502 *cf. Sed.* 'quatenus graecis fidelibus uenturi in carnem dei christi manifestata esset humanitas.' **ne** : neque *aur.*, nec H. **intenti** *cum* ADPΘQV : attenti *codd. rell. et edd.* (adtenti BY *l*). *om.* **in** P.

2. **legis** : regis *l**. dessiderio D. detenentur Q. **neue** ABƆMV *Turon.* : ne uel HKOXYZ *c l aur. Mai.*; et ne uel W; uel ne DPQ *edd.* haereticis OZ^3, eret. Q, erraticis D; hereticorum Θ. fabulis *l.* **stultis** + et Θ. solicitationibus D; sollicitudinibus Y.

3. excid**e**rent OQ *c edd.* uritate O. elauoraret O, elaboret *aur.*; et laborarent H; elaborare K; *om. l*; *item cum seqq. coniungunt* KV. *om.* **euangelii** XZ*(+Z^2); aeuangu. *bis* D. ioannis *Uall. Mai. etc.*; iohannes O. natiuitatem K.

4. praesumpta PHKMTOQV *c l aur. edd.*, presumpta DW. *om.* **et in quo el. scriberet** *aur.* eletus Q, electos H; electis *cod. ap. Sabat.* **scriberet** : *om.* B; + et Y. indicauit *l.*

5. contestificans DPQ; + et Y. **completa** AHΘKVY *edd.*: copleta BDPMTOQXZ *l aur. om.* **in se** P. >conpl. esse in se D. que D; *seq. ras. l.* *om.* **essent** Q. **ab aliis** *i. e. pseudoeuangelistis, a quibus non erant perfecta sed praue inchoata, ita explicat Sed.* incoata HXY; + sunt Q. *Ordo uerborum ut uidetur turbatus est; forsan huiusmodi fuit* ea maxime necessitas fuit laboris ut primum | cui euangelium scriberet et in quo electus scriberet | indicaret contestans in se completa esse quae essent ab aliis inchoata; | dehinc ut | graecis fidelibus | in principio euangelii iohannis natiuitate praesumta | omni perfectione uenturi in carnem Dei manifestata ne iudaicis fabulis intenti . . . excederent a ueritate elaboraret.

6. babtismum DY. *om.* **in christo** W. inpletae BPQ *aur.*, implete *l*; completae *cod. ap. Sabat.*, complete W. **et repetendae** ABD(repp.)PΘK MTQV *Turon.* (**repet.** *dupl.*) *Froben* : *om.* **et** HOW (-tente)XYZ *l*(-de) *aur. edd.*

7. humane W*l*; *om.* D. permisa Q; missa DO*.

8. **quo** : quod H. **adprehenderat** D : adprehendens erat *codd. rell.* (adprae. BPHΘQY *l*, appre. KMTVWZ^2 *c edd.*); *cf. Sed.* '*non per Salomonem quomodo Mattheus sed per Nathan filium Dauid introitum recurrentis in deum generationis apprehenderat*;' *cf. Phil.* iii. 12. *om.* **per** BHΘOW XYZ *l aur.* natan H^{1}O; natham PYZ; natum? H*, natam Q. **filium** + dauid *edd., cf. Sed.* **introitu** (-tum OXZ *cf. Sed.*, introtu K) **recurrentis** (resc. H, raec. Q, -tes O) : introiture · currentis *l sic diuisum*, introire currentis Y.

9. **generationis** : congregationis O. >generationis in deum *aur.** *sed corr.* ammisso KMO VXZ^2, admiso PQ; admissum H^{1}Θ; + et P. **indispartibilis** ADPQ *Sed.* (*et infra* '*ipse pater a filio inseparabilis est. Alii namque et loco et tempore a filiis suis sunt* dispertibiles') : indisparabilis *codd. plur. edd. aliq.*; indisper. O *edd.*; indesper. *edd.*; inseparabilis *aur. Uall.*, insperabilis *edd. Locus** *corruptus est et fortasse legendum* praedicans ut indispartibilis Deus in hominibus *etc., cf. lectiones codd.* DPQ. deus DPQ *aur.*; + ut DQ *Mai. et Sed. et edd. aliq.* predicans DY. **in** *om.* OXZ*(+Z^2); + omnibus Q. *om.* **hominibus . . . hominis** Y. *om.* **suum** H. >suum chr. Q. >chr. suum in hominibus *aur.*

10. *om.* **hominis** A*(+A^2). >faceret per filium *aur.*

11. **iter praebebat** (preb. DHW, praebebant *l*): interprebebat V, interpretabat Y; iter praebebat interpraetabat *aur.* luce HΘQWZ*(*corr.* Z^3). immerito WZ^2 *c edd.*; merito Z*. **etiam** : et W.

12. apostulorum *aur.*, apostolorum *edd. et* >act. apost. *edd. aliq.* *om.* **in** *pr.* Y. **ministerio** DPQV

ac filio proditionis extincto, oratione ab apostolis facta, sorte domini electionis numerus compleretur, sicque Paulus consummationem apostolicis actibus daret quem diu contra stimulos recalcitrantem Dominus elegisset. Quod legentibus ac requirentibus Deum etsi per singula expediri a nobis utile fuerat, scientes tamen quod operantem agricolam oporteat de fructibus suis edere, uitamus publicam curiositatem, ne non tam demonstrare uolentibus Deum uideremur quam fastidientibus prodidisse.

EXPLICIT.]

edd., ministerium *c*: mysterio *codd. rell. Sed.*, mist. W *aur.*, moest. *l.* **in** *sec.*: et X.

1. **ac** ADƎPOQ: et BHΘKMTVWXYZ *c l aur. edd.* perditionis DK. exstincto *Sabat. Mai.* orationem OZ. **ab**: *om.* Y; + ipsis *Froben, Uall. etc.* factam H*. sortem H*. **domini**: dominicae *Froben.*

2. conpleretur BƎPMTOQVXZ; *om.* Y. sicquae O(c *sup. lin.*)QX*, sitque Z* (*sed corr.*). consummatione H *l.* daretur *aur.*

3. **quem** (*om. aur.*) **diu**: quamdiu *Sacon* 1519, *Uall. etc.* stimulum W *c edd.* > recalcitrantem stimulos (*om.* **contra**) *aur.* recalcitrancem H*. eligisset O. **quod** + et *edd.* **ac**: aut Y.

4. *om.* **deum** *aur.* **etsi**: et D*K; si O *aur.*; haec si Q. sincula O; *seq. ras. unius lit.* Ɛ. expediari Y. utili H. fuit Q; fuerit *l.* **scientes** ABD ƎPQ: sciens HΘKMTOV(scies)WXYZ *c l aur. edd.*

5. **quod**: quo *Mai.* agriculam ƎO. oportet DƎPQ; + primum *edd.* *om.* **suis** K; *cf.* 2 *Tim.* ii. 6, *sed Hieronymus legit* laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere, *et Graece legitur* μεταλαμβάνειν. aedere Q. **uitamus** AB DƎPHΘQ(uid.): uitauimus KMTOVXYZ *c l aur. edd.* puplicam DƎPQ.

6. curiossitatem D. no^{n}tam H. **demonstrare** ADƎPQ *edd.*: *om.* BHΘKMTOVWXYZ *c l aur. Mai. Sed.* > uolentibus deum demonstrare Q *edd.*, *et* u. d. demonstrasse *Kesler, Sacon* 1519, *Uall.* uideamur DQ.

7. **prodidisse** BH(proded. H*)ΘKMTOQVWZ *c l aur. edd. cf.* prodisse ADƎPXY(-ssae): prodesse *Thom. Mai., et cf. Sed. qui explicat* utilitatem conferre. *ad fin.* + amen H.

Subscr. **explicit** A: explicit praefatio KMTZ, explicit praefatio lucae H, praefatio secundum luca exp̄ praefatio O, expl. praep. euan. lucae *aur.*, exp̄l. praefatio euangelii secundum lucam B, explicit argumentum secundum lucam B, explicit prologus X *c l*, incipit praefatio V, incipit argumentum lucae D; *nihil habent* QWY.

[*Praefatio ita habetur in* CT; *edidimus ex codice* C, *lectionibus cod.* T *in notulis adhibitis.*
Inscr. Incipit prefatio euangelii secundum lucam T; *nihil habet* C.

Lucas Antiochensis Syrus arte medicus discipulus apostolorum postea uero Paulum secutus est . husque ad confessionem eius seruiens domino . sine crimine . huxorem numquam habuit . filios numquam procreauit . hoctuginta quattuor annorum obiit in Bytinia plenus spiritu sancto . hygitur quum iam descripta essent heuangelia . per Matthaeum quidem in Iudea . per Marchum autem in Hytalia . sancto instigante spiritu in Acayae partibus hoc descripsit heuangelium . significans per principium suum antea alia esse descripta sed et sibi maximam

---

1. antiocensis sirus. **medicus** + ut eius scribta indicant greci sermonis non ignarus fuit.

2. sequutus. usque.

3. uxorem. nunquam *bis*. lxxxiiiior.

4. bitinia. igitur. describta.

5. euangelia. matheum.

6. italia. acaie. describsit. euangelium + quod non tantum ab apostolo didicerunt qui cum domino in carne non fuit sed a ceteris apostolis magis qui cum domino fuerunt.

7. **suum**: ipsius *et* + euangelii. ante. describta; *ita pergit* T et a quibus audierit apostolis ipse declarat dicens: sicut tradiderunt nobis qui a principio ipsi uiderunt et ministri fuerunt sermonis: de quo et apostolus ait: missimus cum illo fratrem cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias et ad colosenses salutat uos lucas karissimus. Igitur hoc euangelium sicut audierat ipse composuit significans per principium eius maximam necesitatem *etc.*

necessitatem incumbere . Graecis fidelibus cum summa diligentia homnem dispositionem xp̄i in carne uenturi narratione sua exponere . Propterea ne iudaycis fabulis adtenti . in solo legis desiderio tenerentur . neue hereticis fabulis et stultis sollicitationibus seducti . exciderent a ueritate . Itaque per quam necessariam statim in principio sumpsit . ab Iohannis natiuitate quae est initium euangelii . praemissus domini nr̄i ih̄u xp̄i et fuit socius ad perfectionem populi . Item inductionis baptismi adque passionis socius . Cuius profecto dispositionis exemplum meminit Malacihel propheta . unus de duodecim . Deinde . ipse Lucas scripsit hactus apostolorum . Post hunc Iohannes Euangelista scripsit Apocalipsin in insula Pathmos . deinde euangelium in Asia.]

---

1. grecis omnem ueritatem gestorum domini eorum dispositionemque sue narrationis exponere.
2. **propterea** : ideo. iudaicis.
3. attenti. **neue** : ne uel. **fabulis** : questionibus.
4. **itaque** : ita. necessarium.
5. **statim** : statuit. sumsit. ioañis. que.
6. nr̄i ih̄u xp̄i. **inductionis** : introductionis.
7. babtismi atque disposicionis.
8. malacias. scribsit.
9. actus. **apostolorum** + in urbe roma. **euangelista** : euangelium. scribsit.
10. **deinde** : post.

Subscr. explicit praefatio C ; *nihil habet* T.
Deinde sequitur in Θ Item alia praefatio (*cf. et Thom.* I. *p.* 340, *e Cod. Orat.* E. 16).

Lucas euangelista syrus genere arte medicus discipulus apostolorum postea paulum usque ad confessionem sequutus est Scripturus euangelium suum causam quur (cum *Thom.*) scriberet indicauit Uidelicet quoniam multi alii (*om. Thom.*) temere praesumpserant narrare his quae sibi magis erant ad liquidum compertae Uolens ergo abstrahere nos (> nos abstr. *Thom.*) a ceterorum narrationibus fidem facit per se conscriptae ueritati (-tis *Thom.*) Certus quod ea uel paulo exponente, uel aliis apostolis qui ab initio ipsi uiderant et haec sibi trad̄ituram (*sic* ; ?tradiderant) consequutus sit et haec nobis per (*om. Thom.*) proprium Euangelium tradat Interpretatur autem Lucas ipse leuans (eleuans *Thom.*) siue ipse consurgens (*cf. Sed.* Unde et Lucas eleuans uel consurgens interpretatur) Quia Christi gesta a perfectione idest a baptismi regeneratione in mysterio conpraehendens, generationem quam Matheus secundum carnem descendendo per Salomonem perduxit ad Christum Ipse a Christo secundum adoptionem per Nathan reuocans in Adam reducit ad Deum Qui tertius in euuangelistarum ordine uituli figuram gerit Quoniam a Zaccharia sacerdote atque a sacrificio inchoans sic effatur (aff. *Thom.*) fuit sacerdos quidam nomine Zaccharias.

Subscr. explicit prologus Θ, explicit prologus *Thom.*

PRAEFATIO MATTHEI E COD. KENANENSI (Q).

Cum mense Iunio anni MDCCCXC *Dublinium uisitaremus, et praecipue codices Biblicos Bibliothecae Collegii S. Trinitatis propius scrutaremur, experti sumus editorem codicis Kenanensis* (Q) *praefationes euangeliorum praetermisisse. Addidimus ergo praefationum istarum collationes in fasciculo nostro secundo et sequentibus, sed euangelium Matthei iam publici iuris factum erat. Itaque nunc, occasione data, et ne haec pagina uacua maneret, praefationem hanc typis mandauimus. Lectiones multis in locis cum* DΦP *concordant, quos codices prae aliis in hac re, quamuis momenti minoris, secuti sumus.*

[INCIPIT ARGUMENTUM EUANGELII SECUNDUM MATTHEUM.

MATTHEUS ex iudaeis sicut primus ponitur in ordine ita euangelium in iudia primus scripsit cuius uocatio ad dominum ex puplicanis actibus fuit duorum in generatione christi principia praesumens unius cuius prima circumcisio in carne alterius cuius secundum cor electio fuit et ex utrisque in patribus christus. Sicque quaterno denario numero triformiter posito principium a credendi fide in lectionis tempus porrigens et ex electione in transmigrationis diem dirigens adque a transmigratione usque in christum desiniens decursam aduentus domini ostendit generationem ut et numero satisfaciens et tempori et se quod esset ostenderet et dei in se opus demonstrans etiam in his quorum genus possuit christi operantis a principio testimonium non negaret. Quarum omnium rerum tempus ordo numerus dispositio uel ratio quod fidei necessarium est deus christus est qui factus est ex muliere factus sub lege natus ex uirgine pas^{us}s in carne omnia in cruce fixit ututriumfans ea in semetipso resurgens in corpore et patris nomen in patribus filio et filii nomen patri restituereret in filiis sine principio sine fine ostendens unum se cum patre esset quia unus est. In quo euangelio ut ille est desiderantibus deum sic prima uel media uel perfecta cognoscere ut et uocationem apostoli et opus euangelii et dilectionem dei in carne nascentis per uniuersa legentes intellegant adque id in eo in quo adpraehensi sunt et adpraehendere expetunt recognoscant. Nobis enim hoc in studio argumenti fuit et fidem factae rei tradere et operantis dei intellegendam esse diligenter dispositionem quaerentibus non tacere.

Finit argumentum euangelii secundum mattheum.]

CAPITULA IN EUANGELIUM

Capitula exstant in ABCDƎPGHΘJ(*capitula et breues*)KOQTVXY *aur.*

In W *habetur tantum breuis capitulatio ut sequitur* De uisione zacharie qui uerbum angeli quia non credidit obmutuit ; Elisabeth uxor eius concepit. maria quando de sp̄u sc̄o concipiens salutauit elisabeth ; elisabeth salutata prophetauit et peperit ; et ut nomen filii sui iohannis zacharias scripsit ; locutus est.

Desunt capitula in EFLMMTRZ, *et vg., editionibusque antiquis exc. Kesler* 1487 *quae post praefationem ita habet* Incipit registrum in Lucam cuius sunt uiginti quatuor capitula ; *deinde sequuntur capitula.*

AHVY *Harl.* 2797.

Edidimus ex codice A (*ed. Tisch.*) *cum collatione codd. rell.* ; *cf. Thomasium uol I. p.* 305, *ubi ex* V *nostro impressit.*

I. Praefatione lucas theophilo euangelium indicat per ordinem descripturum.

II. Sacerdotium iusti zachariae refertur et uisio in templo qua ei filius angelo reuelante promittitur nasciturus cuius etiam conceptio memoratur.

III. Missus angelus ad mariam nasciturum loquitur saluatorem quo mox concepto salutatur ab elisabeth exultante in utero iohanne unde post iii menses reuersa est in domum suam.

IIII. Nato iohanne uox eloquii muto redditur patri ilico prophetanti puer in deserto est usque in diem ostensionis suae ad israhel.

V. Refertur edictum caesaris et natiuitas christi pastoribus ab angelo nuntiatur cum quo caelestis multitudo canit gloria in excelsis deo.

VI. Angelis descendentibus pastores profecti saluatorem in praesepio positum reppererunt deum super his quae uidebant conlaudantes.

I. praefatio H.
III. *om.* ab *Harl.*
V. *om.* et *Harl. Thom.* caelestis + militiae HY *Harl. Thom.* deo + et in terra pax etc H.
VI. discedentibus H *Harl.*$^{cor.}$ *Thom.* uiderant H.

C(T) *Thom. I. p.* 334.

Edidimus ex codice C *adhibitis in notulis uariis lectionibus exceptis iis quae ad meram orthographiam spectant. Litterae nigriores in codice rubricatae sunt.*

Collatio capitulorum codicis T *nobis non praesto erat.*

I. Zaccharias uiso angelo quia non credidit hobmutuit.

Aelisabeth huxor eius concepit.

Maria quoque de spiritu sc̄o quum concepisset salutauit helisabeth.

Aelisabeth salutata prophetauit et peperit.

Et hut nomen filii sui Iohannis zaccharias scripsit locutus aest hac filium praeiturum ante dominum prophetauit.

Posteaquam peperit Maria Iĥm infantem in praesepio posuit.

Quem pastores iuxta hangelorum indicia inueniunt.

I. **Zaccharias** + offerens *al. ap. Thom.* **aelis. salutata** : illa salutata *Alex.* 14. Iohannes + esset *Thom.*

BΘJ(*breues*)OX *Par. Lat.* 10438.

Cf. Thom. I. p. 340.

Edidimus ex codice X *et uarias lectiones exceptis iis quae ad orthographiam spectant, in notulis adhibuimus.*

I. Zacharias angelo non credens obmutuit

ac posteaquam elisabeth peperit locutus est zacharias et prophetauit

natiuitas ih̄u ab angelis pastoribus indicata

I. **zacharias . . . credens** *om.* O. **zach.** + uiso BΘ *Thom.* et posteaquam O. elesabeth O*. angelo J. indicatur BΘJ *Thom.*

SECUNDUM LUCAM.

Inscr. Item indicia siue capitula lectionum euangelii sēc lucan A, incipiunt capitula in euangelium lucae K, incipiunt capitula XY, incīp elencus eiusdem B, incipit aelenckus C, incipit elencus T, INcip⁻ breues interpretatio secundum Lucanum D, incipit nunc breuis disputatio lucae euang ℙ, incipiunt breues eiusdem euangēl Θ, incipit breuis eiusdem H *aur.*, expl secundum marcum incipit secundum lucam GJ(*breues*), incī secundū lucā inc̄ tituli eiusdem O. *nihil habent* QVW.

DℙGQ *aur.* *Edidimus ex codice* D *uariantibus lectionibus, exceptis iis quae ad orthographiam spectant, in notulis adhibitis.*	J (*capitula*).	K *Harl.* 2790 *Nanc. Bamb.* *Ex codice* K *transcripsimus uariantibus lectionibus in notulis adpositis.*
	I. Incipit capitulatio secundum lucan de initio euangelii.	
I. Zachariae sacerdoti apparuit anḡ Annuntiauit ei filium iohannem et idem mariae annuntiauit anguelus ihm filium.	II. De natiuitate sancti iohannis et adnuntiatione christi et sanctae mariae.	I. Uisio zachariae generandi iohannem et beatae mariae uisionem
II. Natiuitatem ihu annuntiauit pastoribus anguelus.	III. De natiuitate christi ubi post dies octo adtulerunt in templum et circumcisus est.	II. Natiuitas dn̄i ihu xp̄i

I. *pm.* **apparuit** *aur.* **anḡ** : dn̄s D*; + et ℙQ ; + gabriel et G *aur.* **iohannem** + et iohannes praecederet dn̄m in sp̄u heliae G *aur.* > angelus adnunt. mariae G *aur.* > filium ihm ℙGQ *aur.*

II. adnuntiat GQ *aur. et* > ang. past. adn. ℙG, > adn. ang. past. Q *aur.*

AHVY *Harl.* 2797.	C(T).	BΘJ(*reues*)OX *Par. Lat.* 10438.
VII. Octauo die circumcisionis eius prophetia praesentis symeonis iusti uel annae prophetissae narratur.	Quique ad hoctaua diae circumciditur.	quique die octaua circumciditur.
	II. Symeon iustus xp̄m manibus sumptum benedicit.	II. Symeon iustus xp̄m paruulum benedicit
	Anna prophetissa uidua multa de xp̄o praedicit.	
VIII. Duodennis ipse remansit a suis in templo quaerenti matri dicens in his quae patris mei oportet me esse.	Iħs annorum duodecim in templo cum Doctoribus legis inuentus in Patris se hopere aesse hoportere pronuntiat.	iħs annorum duodecim in templo cum doctoribus legis disputat.
VIIII. Anno xv tiberii caesaris iohannis orta praedicatio dicitur qua cunctos ad paenitentiam cohortatur et calciamentis domini se fatetur indignum.	**III. Anno quinto decimo tiberii caesaris curante pylato Iohannes babtisma praedicat dicet et fortiorem xp̄m ueniturum designat.**	III. Anno xv tiberii caesaris iohannes iħm baptizat quem aestimabat filium ioseph qui fuit filius heli.
X. Herodes carceri dat iohannem et xxx annorum baptizato domino trinitatis in baptismo mysterium declaratur generationum lxxvii a christo sursum uersus ad deum ordo contexitur.	Quo babtizato columbae figura spiritus supra descendit uox hetiam de caelo filium dei indicat quem putabant filium ioseph.	
XI. xl dierum ieiunium et trina temtatione diabolus superatus ostenditur.	**IIII. Ductus in desertum Iħs quadraginta diebus geiunauit et a diabulo temptatum dicit.**	IIII. Iħs temtatus a diabolo uicit
XII. Fama regressi in galilaeam refertur et quod Esaiae librum	Reuersus in Galileam docet.	reuersus in galilaeam et ingressus nazareth in

VII. prophetiae AHV.
VIII. **matri**: patri H. **mei** + sunt *Thom.*
X. uersusque *Harl.*; uersus usque *Thom.*
XI. **trina**: trinita H*.

I. quique octauo die *Thom.*
II. **praedicit**: *al.* prophetat *uel* prophetizat *ap. Thom. om.* **hopere** *Thom.* **pronuntiat**: praenuntiat *Uat.* 4221.
III. **tiberii**: imperii *Thom.* **curante pylato**: pilato iudaeam procurante *Thom.*; pilato curante iudaeam *Alex.* 10. **babtisma praed.**: baptista poenitentiam praed. *Thom.* **dicet** = dicit *sc. euangelista, ut c.* IIII, *cf.* A *c.* VIIII. **babtizato** + in *Thom. om.* **uox** *Uat.* 4221.
IIII. temptatus uicit *Thom.*

I. **quique**: que *eras.* O. octauo BΘJ *Thom.*
III. **xv**: + imperii Θ *Thom.* aestimabant *Thom.*; existimabat BΘJ.

DPGQ *aur.*

III. Accepit semion puerum iħm et benedixit dn̄m et dedit annae profetiae.

IIII. Anno igitur ·xii· iħs in templo docebat seniores.

V. Ubi iohannis babtizat populum babtismo Poenitentiae.

VI. Babtitzatus iħs ab iohanne fuit fere annorum xxx qui putabatur esse filius ioseph et generatio usque adam qui filius dī fuit Et in diserto agebatur a diabulo temptatus et Ieiunauit xl diebus.

VII. Et In natzareth legit iħs librum issaiae et dixit non

III. + et *ad init.* GQ. accipit Q. **dn̄m**: deum Q *aur.* et de anna profetissa PQ; et anna erat prophetizans G, et erat anna prophetissa *aur.*

IIII. annorum PQ *aur.*, ubi annorum G. *om.* **igitur** PGQ *aur.* > docebat in templo G. **seniores**: sermones *lapsu* D.

V. *om.* **ubi** *aur.* baptismum Q *aur.*

VI. + et *ad init.* PGQ. **babt.** + autem *aur.* **qui** *pr.*: quod G *aur.* **filius** *pr.*: filium *aur.* **generatio** + iħu P. **usque**: *om.* P; + ad Q. *pro* **generatio** *etc. legunt sic* G *aur.*; enumeratio generationum in superiores patres usque ad adam et filius dī in deserto *etc.* G.; in supereriores patres usque ad adam et filium dī et in deserto *etc. aur.* > fuit filius dī PQ. *om.* **et** *ante* **ieiun.** PGQ *aur.*

J (*capitula*).

V (*sic*). Ubi remansit iesus a parentibus in templo et docebat.

VI. De baptismo iohannis et doctrina et ubi baptizauit iesum.

VII. Ubi ieiunauit iesus et temtauit eum diabolus.

VIII. Ubi uenit in templo et legebat prophetam et dicit

K *Harl.* 2790 *Nanc. Bamb.*

III. De circumcisione iħu.

IIII. Ubi iħs annorum duodecim docens.

V. Ubi iohannes baptizat et ubi iħs baptizatur generationes patrum.

VI. Ubi iħs temptatur.

VII. Ubi iħs nazareth librum legit.

IIII. >duodecim annorum *Nanc.*

AHVY *Harl.* 2797.

accipiens de se impletum dixerit nec habere prophetam honorem in patria sua relata etiam uidua de serapta uel leprosi neman syri mundatione quod per medium eorum qui eum de monte praecipitare uolebant transierit indicatur.

XIII. Confitentem in synagoga daemonem pellit ex homine.

XIIII. Socrus petri et multorum infirmorum turba sanatur et confessio daemonum prohibetur.

XV. Duabus nauiculis captura piscium in uerbo domini repente completis timor pauescentis petri sociorumque eius edicitur.

XVI. Leproso mundato multi uirtute domini curantur infirmi.

XVII. Paralyticum nudato tecto dimissum ante se et a peccatis et a paralysi curat.

XVIII. Leui qui et matheus de teloneo uocatur murmurantes de publicanorum conuiuio uel de ieiunio adhibita sponsi et uestimenti ac uini noui comparatione redarguit.

XII. mundationem H. quodque V*Harl.*
XIII. **daemonem** + potestatis iure H.
XV. dicitur V *Harl.*
XVI. uirtutis H.
XVII. peccati *Harl.* **curat** + solita iussione H.
XVIII. murmurante *Harl.*; + quoque H. > noui ac uini V *Harl.*$^{cor.}$

C(T).

Sabbatis synagogam ingressus Ysayam se signare hac nullum prophetam in patria sua dicit acceptum.

De qua electus aput capharnaum hominem a daemonio sabbatis liberat.

Et socrum Symonis a febribus.

Et multos male habentes curat.

Et daemonia se confitentia increpat.

De naui adloquitur.

De qua pisces multos capi facit.

Ubi aetiam petrum Iohannem et Iacobum heligit.

Leprosum mundat.

In deserto horat.

V. Paralyticum dimissum per tectum Ihesus a peccatis aet hab infirmitate liberat.

Leui publicanum sequi iubet.

Aput quem murmurantibus pharisaeis cenans dicit sanis non aesse hopus medicum.

De geiunio disputans parabulam panni et hutrium ponit.

IIII. **sabbatis** + in *Thom.* **se signare**: *al.* legit ubi de eo prophetauerat *ap. Thom.* **electus**: eiectus *Thom.* **heligit**: elegit *Thom.*
V. Leuin *Thom.* et de ieiunio *Thom.*

BΘJ(*breues*)OX *Par. Lat.* 10438.

synagogam esaiam legit

de qua eiectus hominem a daemone sabbatis liberat

et multos alios curat

de naui alloquitur

qua pisces multos capi fecit

et petrum iohannem et iacobum elegit

leprosum mundat
et in deserto orat.

V. Paralyticum dimissum per tectum curat

leui publicanum sequi iubet

et pharisaeis dicit non esse opus sanis medicus

IIII. synagoga J *Thom.* **legit** + prophetam J. daemonio Θ. nauicula J. loquitur J; + de BΘ *Thom.*; + e J. facit BΘJ *Thom.* **petrum** + et BΘJ *Thom.* *om.* **et** *post* **iohannem** O. eligit J.
V. **tectum**: lectum *lapsu* X. **curat** + et J. **medicum** BΘO *Thom.*, medico J.

DΦPQR *aur.*	J (*capitula*).	K *Harl.* 2790 *Nanc. Bamb.*
est Acceptus profeta nisi in patria sua.	de multis uiduis sub helia et de leproso sub helisaeo.	
VIII. IN synagoga hominem habentem demonium mundauit.	VIIII. Ubi in synagoga hominem daemonium habentem curauit et socrum petri a febribus liberauit et alios multos sanauit.	VIII. Ubi in synagoga daemonem pellit socrum petri uel alios multos sanat.
	X. Ubi in stagno gennesar in nauicula sedet et de captura piscium et de simone et iacobo et fratribus eorum.	VIIII. Ubi de nauicula docet populum et captura piscium.
VIIII. Ubi apostolis dicit ihs Uenite post me faciam uos fieri piscatores hominum.	XI. Ubi leprosum mundauit.	X. De emundatione leprosi.
X. Ubi leprosus rogauit ihm et mundauit eum.		
XI. Paraliticum Curauit dns qui tollens grauattum suum abiit in domum suum.	XII. Ubi paralyticum curauit qui et lectum suum portauit.	XI. De paralitico sanato.
XII. Et secutus dnm puplicanus nomine leui et dixit ihs Nemo mittit uinum nouum in utres ueteres.	XIII. Ubi leui uocauit de telonio et cum publicanis edebat et ubi requirunt quare discipuli eius non ieiunant et pannus et utres ueteres.	XII. De euocatione leui matthei apostolatum.

VII. > proph. acceptus G *aur.* *om.* **nisi** ΦPGQ *aur.*
VIII. mundat G.
VIIII. *om.* **ubi** G *aur.* *om.* **ihs** Q. *om.* **post me** ΦPGQ *aur.* **fieri**: uiuificare G; *om.* Q.
X. *om.* **ubi** *aur. et* > rogauit ihm leprosus. **leprosus**: *incepit* apos *scribere* D *sed correxit. Ita legit* G quod leprosum mundauit ihs.
XI. + ubi *ad init.* G. **curauit**: mundauit G. tolleret *aur.* domum suam ΦPQ *aur.*
XII. **et** *ad init.*: *om. aur.*; ubi G. **secutus** + est ΦPGQ. **dnm**: dns *lapsu* D; ihm Q.

XI. **sanato**: curato *Nanc. Bamb.*
XII. uocatione *Nanc.* apostolatu *Nanc.*

AHVY *Harl.* 2797.

XIX. Quaerentes de euulsione spicarum in sabbatis relato dauid exemplo conuincit.

XX. In synagoga manum aridam sanat repletis insipientia pharisaeis.

XXI. Pernoctans in oratione mane duodecim apostolos nominat tangentes eum sanantur egroti.

XXII. Pauperes esurientes flentes persecutionem patientes beatos uocat uae diuitibus ac ridentibus dicens etiam inimicos praecipit diligendos et percutienti uel nudanti minime resistendum.

XXIII. De festuca et trabe arbore quoque bona et mala atque domo aedificanda parabolam ponit.

XXIIII. Centurionis seruum curat rogantibus pro eo senioribus et amicis.

XXV. Filius unicus uiduae matris mortuus iam ciuitate elatus de feretro suscitatur.

XXVI. Regressis iohannis nuntiis multa de eius magnitudine loquitur et pueris sedentibus in foro generationem comparat iudaeorum.

XIX. uulsione Y. spicatorum H.
XX. arida H.
XXI. orationem H. **mane** : manet *Harl.*$^{cor.}$ apostolis *Harl.*
XXII. praecepit A*HY *Harl.* percutientes Y.
XXIII. festucae H. *om.* **et** *pr.* H. parabola Y.

C(T).

Spicas uellentibus discipulis panes propositionis commemorat.

Hominem manum haridam abentem sabbatis curat.

In horationem pernoctat.

Apostolos heligit.

Turbas alloquitur beatitudinem aliorum et aliorum infelicitatem promittens.

Parabulam praeferens de ducatu caeci.

Et magistri aet discipuli.

Et festucae in hoculo uel trauis.

Et arboris boni fructus uel mali.

Et hominem qui domum super petram uel super harenam hedifichauit.

VI. Centurionis puerum curat.

Uiduae filium resuscitat.

Ioahnnes discipulos mittit ad Ihm.

Et xp̄us de Iohanne loquitur subnectens similitudinem puerorum in foro sedentium.

V. **heligit** : *codd. Alex. et Uat.* elegit. **praeferens** : proferens *Thom.* **trauis** + oculi *Uat.* 4221. **hominem** : de homine *Thom.* supra petram *Thom.*
VI. **centurionis . . . resuscitat** : de centurionis puero et uiduae filio resuscitato *Alex.* **sedentium** : *al.* ludentium *ap. Thom.*

BΘJ(*breues*)OX *Par. Lat.* 10438.

discipuli spicas uellunt

manum aridam habentem sabbatis curat

apostolos eligit

turbis beatitudinem aliorum et aliorum infelicitatem cum parabolis praedicat et mandatis.

VI. Centurionis puerum curat

uiduae filium mortuum resuscitat

ihs testimonium de Iohanne dicit cum similitudinem puerorum in foro sedentium

V. euellunt O. elegit BO. + et *ante* **turbis** BΘJ *Thom.* praedicit J. **et mandatis** : *om.* Θ ; + de ceco et trabe et festuca O^{c} ; + quod non sit iudicandum de festuca fratris cum trabem conspicit proprii reatus *Par. Lat.* 10438.
VI. **resuscitat** *partim in ras.* X. **iesus** : christus Θ. > de ioh. test. dicit BΘJO *Thom.* similitudine BΘJO^{c} *Thom. om.* in O.

DℙGQ *aur.*

XIII. Die sabbati discipuli uellebant spicas et manducabant Et in synagoga iħs hominem curauit manum aridam habentem.

XIIII. Ubi discipulos elegit et nomina eorum signat et docet beatitudinem.

XV. De fistuca et trabe et oculo eruendo.

XVI. De domu aedificata super petram et harenam.

Ubi centorionis seruum curauit iħs.

XVII. Mortuum unicum filium uiduae resuscitauit iħs et matri restituit.

XVIII. Iohannis de carcere ad dn̄m mittit discipulos tu es qui uenturus es.

XIII. *om.* **iħs** G *aur.* > curauit **hominem** ℙG(homini)Q *aur.*, *et* + dexteram *aur.* > habentem man. arid. ℙGQ. *Inc.* XIIII **et in syn.** Q *et* XV **ubi disc.** *etc.*

XIIII. **ubi** + dn̄s G *aur.* **signat**: designat ℙQ *aur.*, designauit G. **et nomina eorum signat** *bis scriptum* D. *om.* **docet** *aur.*

XV. fistucae Q, festucam *aur.* trabem *aur.* **et oculo**: de oculo ℙGQ *aur.*

XVI. + et *ad init.* GQ *aur.*, *et om.* **de** *aur.* **de domo** *etc. in* XVI *comprehendit* Q (*u. ad* XIII) *et in* XV *aur.*; *inc.* **ubi cent.** XVI *aur.*, XVII ℙQ. **curauit**: sanauit *aur.*

XVII. **mortuum unicum**: ubi *tantum* G. > filium unicum ℙ. *om.* **uiduae** *aur.* resuscitat ℙQ. *om.* **et matri restituit** G.

XVIII. + ubi *ad init.* G. *inc.* D mortuum unicum *sed expunxit.* **dn̄m**: iħm ℙQ *aur. et* > mittit ad **iħm G. discipulos**: dicens ℙQ *aur.*; *om.* G. *om.* **tu e. q. u. es** G.

J (*capitula*).

XIIII. Ubi discipuli uellebant spicas et manducabant et de homine qui manum aridam habebat.

XV. Ubi in monte orabat et de beatitudine docebat et de inimicis diligendis et non iudicandum de ceteris.

XVI. Ubi dicit non esse discipulum super magistrum et de festuca et trabe et arbore bona et mala et spina et rubo et de domo aedificata super petram.

XVII. De filio centurionis.

XVIII. De filio uiduae suscitato.

filius hominis qui est in caelo
14 et sicut moses exaltauit
serpentem in deserto

---

natum est ex spiritu. spiritus est. 7 non mireris quia dixi tibi. oportet uos denuo nasci. 8 spiritus ubi uult spirat. et uocem eius audis. sed non scis unde ueniat. aut quo uadat sic est omnis qui natus est ex spiritu. 9 respondit nicodemus. et dixit ei. quomodo possunt haec fieri. 10 respondit iesus et dixit ei. tu es magister israhel et haec ignoras. 11 amen amen dico tibi. quia quod scimus loquimur et quod uidimus testificamur. et testimonium nostrum non accipitis. 12 si terrena dixi uobis. et non creditis quomodo si dixero uobis caelestia credetis. 13 nemo ascendit in caelum. nisi qui de caelo descendit filius hominis qui est in caelo. 14 et sicut moyses exaltauit serpentem. in deserto. ita exaltari oportet

---

et ex (de H^{c}Θ *Tert.*) deo natus est BFH^{1}ΘOQZ* *a Tert. de carne, Sent. Episc. ap. Cypr. l. c., Auctor de fide etc.*; *plura uidesis apud Sabat.*; + οτι εκ του πνευματος εστιν *gr. min.* 161* *non autem latini.*

7. non mineris R; noli mirari *a m aur.* hoportet C. **uos**: nos C *gr. min.* 69. 118 *etc.*; + omnes R. nas^{ci} O. dinuo E; de nouo DPQR *cf. u.* 3. > denuo nasci *f ff$_2$ q*(renasci)*aur.*, iterum renasci *m*; renasci denuo *b e*, renasci (*om.* **denuo**) *a.*

8. hubi C. aspirat OQ *non uett.* **audis** *om.* E. **sed**: et CT. **non scis**: nescis DR *vg. a b l m q r δ cor. uat.*(' *moderni* ')*Aug.* hunde C; u^{n}de Y. **et quo** (και που) *codd. plur.* 𝔓 *Bentl. e ff$_2$ l m r δ aur.*: aut quo JW𝔖𝔏 *a*(ubi)*b c f q et gr.* AC^{scr} ἢ που. uadit DR *q δ*; eat *b r.* **est** *pr.*: et GX* *q aur.*; + et *b.* omnes R. **natus est**: renascitur *a.* **ex**: de *a.* **spiritu**: + sancto Z* *aeth.*; aqua et spiritu *a b e ff$_2$ m aur. gr.* ℵ; aqua et spiritu sancto E (*r*) *Hil, cor. uat.*

9. nichodemus FWZ*, nycod. E, nicodimus KR, nichod. C, necod. D. **ei** *bis scr.* R. **possunt haec** (hec W *et* 10): poss̄ G *in rasura scr.*

10. **tu es** *in ras. arctius scr.* Y. **magister**: doctor *a ff$_2$ q.* **in israhel** (του Ἰσραήλ *uide ad* i. 31) A*BFCD (hisrael) ΔE (ꝛsrahel) G (israel) HΘIK MOQRT(*rasura post* in)VWXZ *vg.* (israel) *a c aur. Aug.*: israhel (*om.* in) A^{c}PFJMSY *b e f ff$_2$ l q δ Bentl. Tisch.*; *uertit* israelis *Erasm.*

11. **quia**: *om.* T*(+T^{1}) *e l*; + nos *cor. uat.** **quod** *pr.*: quae *a.* **scimus**: nouimus *q.* **loquimur**: m *semi erasa* C; loquitur H* (*corr.* H^{1}). uidemus EFJ δ (*non* Δ). tetamur R* (*superscr.* s *cor. sax.*). testificamur E (-cemur) *f ff$_2$ q aur.*; testimonium perhibemus *l*, t. dicimus *e.* **nostrum** *om.* T*(+T^{1}). accepitis E, accipistis DP^{mg}R, accepi^{s}tis D; recipitis *b.*

12. **si**: et Z*(*corr.* Z^{2}). **terrena**: terrestria *a b e q r.* **dixi**: dixero T. **uobis** *pr. om. l.* **et** *om.* T *gr. min.* **creditis**: credistis D, credidistis P^{mg}R. **dixero**: locutus fuero *e.* **uobis** *sec. om.* E *a e ff$_2$ r et gr.* EH *etc.* celestia W. **credetis** (πιστευσετε *plur.*): creditis ΔH*(*corr.* H^{1})QRS *ff$_2$ l aur. cum gr.* T^{b}Λ *etc.* πιστευετε.

13. **et**: *om. a b e f*; dico enim uobis *l aur.* nem^{o} P. hascendit C. in celum W; in caelo Q. ni^{si} H; + is *ff$_2$ l.* discendit DΔEPRS. celo *pr.* C, *bis* W; caelis *sec. a.* > de caelo desc. (D^{c}E)HZ* *uett.* (*exc. c*) *Bentl.* **qui est** (ὁ ὢν *gr., sed om.* ὁ ὢν ἐν τ. οὐρ. ℵBLT^{b} 33): qui erat *e, sed cf. Orig.* (*De la Rue*) iv. 622 '*non dixit* qui fuit *sed* qui est in caelo.'

14. **et** *ad init. om.* J. **sicut**: *litt. min.* G; sicuti C. moyses EPHΘIJKQV *vg. Tisch.*; moises ΔTW, mōy D, mos R. exaltabit T. > exalt. moyses Q. diserto D; solitudine E *b r*; eremo *Aug.* **exaltari**: exalta R. hoportet C. > oportet exaltari *a cum gr.* A 26^{ev}.

ita exaltari oportet filium hominis
15 ut omnis qui credit in ipso
non pereat
sed habeat uitam aeternam.
16 Sic enim dilexit deus mundum
ut filium suum unigenitum daret
ut omnis qui credit in eum
non pereat
sed habeat uitam aeternam
17 non enim misit deus filium suum
in mundum ut iudicet mundum
sed ut saluetur mundus
per ipsum
18 qui credit in eum non iudicatur
qui autem non credit
iam iudicatus est
quia non credidit in nomine
unigeniti filii dei
19 hoc est autem iudicium
quia lux uenit in mundum
et dilexerunt homines
magis tenebras quam lucem
erant enim eorum mala opera
20 omnis enim qui mala agit
odit lucem
et non uenit ad lucem
ut non arguantur opera eius
21 qui autem facit ueritatem

filium hominis. 15 ut omnis qui credit in eum habeat uitam aeternam. 16 sic enim dilexit deus mundum ut filium suum unigenitum daret. ut omnis qui credit in eum non pereat. sed habeat uitam aeternam 17 non enim misit deus filium suum in hunc mundum ut iudicet mundum. sed ut saluetur mundus per ipsum. 18 qui credit in eum non iudicatur. qui autem non credit iam iudicatus est. quia non credit in nomine unigeniti fili dei. 19 hoc est autem iudicium. quia lux uenit in hunc mundum. et dilexerunt homines. magis tenebras quam lucem. erant enim eorum mala opera. 20 omnis enim qui male agit odit lucem. et non uenit ad lucem. ut non arguantur opera eius. 21 qui autem facit ueritatem uenit ad lucem.

15. homnis C. omnes . . . crediderint . . . habeant *e*. **in ipso** (ἐν αὐτῷ BT^{b}, ἐπ' αὐτῷ L) *codd. plur.* 𝔖 *Bentl. c l aur.*, in eo *r* : in ipsum (εἰς αὐτόν ℵΓ ΔΛΠ *etc.*, ἐπ' αὐτόν A) CJT*(*in ras.*)W𝔓𝔊𝔈, in eum *a b e f q*, in illum *ff*$_2$, in eum uel ipsum δ. periat R *et* 16. *om.* **non per. sed** *a f cum gr.* ℵBLT^{b} *min.* **uitam** + abeat R. heternam C ; eternam W *et* 16.

16. > deus dilexit W *vg.* hunc mundum DE 𝔓^{mg}QR *a m q r.* **ut** *pr.* + etiam *e.* flium R. hunigenitum C ; unicum E *a b d e m q r.* **daret** (ἔδωκεν) : mitteret *e ff*$_2$ *aur. et* ἀπέστειλεν *Athan.* 535 *codd. plur.* ; traderet *m* ; *deinde* + pro mundo T^{rec}, + pro saeculo E *gat.*, + pro illo *m* ; + in hunc mundum *e.* **ut** *sec.* : et E ; + omnis *e aur.* crediderit *e aur.* in eo *m r.*

17. missit DR. **in mundum** : *om.* J *e* (*deinde* saeculum *bis*) ; in hunc m. DE *b f ff*$_2$ *l m q r* ; in mundo *a. om.* **sed** R. saluus fiat *b r.* **mundus** : mundum R *a.* **ipsum** : eum E *b l r.*

18. *ad init.* + propter hoc *d*, + ideo *a.* **in eum** : in me *Iren.*(*Mass. p.* 325)' *et propter hoc dominus dicebat* qui credit in me ' *et sic Hil. Ambr. et Orig.* **iudicatur** (κρίνεται) *codd. plur. et vg.* : iudicabitur BCDEGOR *b d l q r* δ. **autem** *om. ff*$_2$ *l cum gr.* ℵB. **non** *sec.* + iudicabit R. **credit** *sec.* : + in eum G, + in ipsum *ff*$_2$. **credidit** (πεπίστευκεν) : credit DE𝔓K*RTW𝔖𝔊 *f ff*$_2$* *q* δ. hunigeniti C ; unici *a d e Cypr.* fili BEG. **dei** : eius K.

19. *om.* **autem** 𝔓. iuditium W ; *om. c* ; + eius R ; + dei *ff*$_2$ *l aur.* **quia lux** : quod lux F ; qui lex G*(*corr.* G^{1}). hunc mundum *f ff*$_2$ *l q aur.*, hoc mundo *a b* ; saeculum *e Cypr.* **dilexerunt** : dixerunt R. **magis** : potius *a b ff*$_2$ *q.* > magis dil. hom. *e Cypr.* (*semel*). **quam** : quas K. **lucem** : lumen *b q.* **eorum** *om.* E. hopera C. **eorum mala opera** (αὐτῶν πονηρὰ τὰ ἔργα ℵABGKL *etc.*) : > opera eorum mala B *a*(illorum)*q*, > mala eorum op. *l* δ *cum gr.* EFH *etc.*, malae operae eor. *b* (*Aug.*), eorum opera iniqua *e*, illorum mala facta *d.*

20. *om.* **enim** W *a. om.* **qui** E. **mala agit** (φαῦλα πράσσων) 𝔓FGIM *Ox. Bodl.* 155, *Par. lat.* 2, 257, 259, 264, 274, 17226, *Bibl. S. Genoueuae* A. 4. 14, *e* (> agit mala) *ff*$_2$ *q*, *Lucif.*, *Hieron. in Ezech.* (mala operatur) *Bentl.*, praua agit *a* ; *cf.* v. 29 *ubi paene omnes habent* **mala**, *et canonem nostrum ad Mt.* iv. 5 : male agit AB𝔉FCDΔEHΘ JKΜΟQRSTVWXYZ *vg. Tisch. b c d f l* δ *aur. Iren. Ambr.* hodit C. lumen *bis b e* (*r*), *pr. q.* **et** + qui E. **ad** : in *a. om.* **et non . . . lucem** *c.* **ut** : et Z*(*corr.* Z^{1}). **ut non** *bis scr.* E. arguatur O, arguant W ; arceantur *c*, manifestentur (*e*) *q.* hopera C. **eius** : + de luce *d* ; + quoniam mala sunt *r cum gr.* L 13. 33.

21. **autem** : enim E *cf.* nam qui *a.* fecit Z* (*corr.* Z^{1}). lumen *e.* manifestantur R, -tetur O. *om.* **eius** Θ*T*. **eius opera** (αὐτοῦ τὰ ἔργα ℵ^{c}A

uenit ad lucem
ut manifestentur eius opera
quia in deo sunt facta.
22 Post haec uenit iesus et discipuli eius
in iudaeam terram
et illic demorabatur cum eis
et baptizabat.
23 (25. 3) Erat autem et iohannes baptizans
in aenon iuxta salim
quia aquae multae erant illic
et adueniebant et baptizabantur.
24 (26. 4) Nondum enim missus fuerat in
carcerem iohannes.
25 (27. 10) Facta est ergo quaestio ex dis-
cipulis iohannis cum iudaeis de puri-
ficatione
26 et uenerunt ad iohannem
et dixerunt ei
rabbi qui erat tecum
trans iordanen
cui tu testimonium perhibuisti
ecce hic baptizat et omnes
ueniunt ad eum.
27 Respondit iohannes et dixit
non potest homo accipere
quicquam nisi ei fuerit
datum de caelo.
28 (28. 1) Ipsi uos mihi testimonium

---

ut manifestentur opera eius. quia in deo sunt facta . . [22] post haec. uenit iesus et discipuli eius. in iudaeam terram. et illic cum eis demorabatur. et baptizabat. [23] erat autem et iohannes baptizans in deserto. iuxta salim. quia aquae multae erant illic. et adueniebant. et baptizabantur. [24] nondum enim missus fuerat in carcerem iohannes . . [25] facta est ergo questio. inter discipulos iohannis. et iudaeos de purificatione. [26] et uenerunt ad iohannem et dixerunt ei. rabbi. qui erat tecum trans iordanen. cui tu testimonium perhibuisti. ecce hic baptizat et omnes ueniunt ad eum [27] respondit iohannes et dixit. non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de caelo. [28] ipsi uos mihi testimonium perhibetis

---

BT^{b} *etc.*): > opera eius EPGORT^{c}W *vg. uett.* (*exc. c δ*) *et gr.* LU *min.*, opus eius *a.* **quia**: quae T*(*sed corr.*). **in**: ex X^{c}. sunt operata *b d e r*, sunt perfecta *q*; est factum *a Lucif.*, est operatus *Iren.* (*Mass. p.* 325) *et* εστιν ειργασμενον ℵ*.

22. hec˙W; +autem T. **uenit** (ἦλθεν): profectus est *b r*; exiit *a* (*d*) *l*, *et* ἀπῆλθεν 33. iudeam CDEPR(-diam)W. > terram iudeam SC *et edd. ant. Hailbrun* 1476, *Wild* 1481, *Kesler* 1487, *Paganini* 1497, *Froben* 1502, *Sacon* 1515 *et* 1519. **demorabatur** (διέτριβεν) *codd. plur.* (-antur T) HSC *c f* (*ff*$_2$) *l δ aur.*: morabatur AΔSXYΥ *a b d e q*(moratur)*r*. *om.* **cum eis** J. babtiz. ΔPRS, baptisz. E, babtitz. D. **et baptiz.**: *om. b*; et baptizabantur ab eo *l*.

23. *om. uers. l**, + *in marg. l*^{2}. **autem**: enim E. *om.* **et** *pr.* EZ^{c} *a b e q.* iohannis DΔEP^{1}OR, ioannes SC *et semper.* babtizans ΔP, baptiszans E, babtitzans D; *om.* J. aennon SC, henon C, ennon R, enon EFGHW; eremo *e*, deserto *f*. iusta O; prope *a*. **salim** + trans iordanen E. qu^{i}a G. aque W; que R*(+a *sax*). multe W. **aduenie bant** (παρεγίνοντο): ueniebant ΔPJKO TVWX*Z *vg. a b d e* (uenientes) *q r aur. Aug.*; +multi DR *r aur. gat.*; +ad eum *e*. babtiz. P, baptisz. E, babtitz. D; +ab eo HΘ *ff*$_2$ *aur., et cf. l ad u.* 22.

24. misus fu. EPR; erat . . . coactus *b*. carcere Y; arcerem R*(+c *cor. sax.*). iohannis DE P^{1}OR. > io. in carcerem KW *vg. aur.*

25. factam M* (m *expunct.*); +autem E. **ergo**: autem GO *vg. b et gr.* ℵ* 47 δε; enim J; +ut fieret *q*. questio FDPGW. discipulis (discentibus *e*) + eius R. **iudaeis** (-eis DPRW) *codd. omnes et vg. et uett.* (*et δ non autem* Δ^{gr}). inter discipulos ioh. et iud. *f q*, inter iud. et disc. ioh. *a*. **purificatione** (purgatione *e*) + iudaeorum D.

26. uenierunt D. iohannen ACFSTX^{c}YZ. erant Y*(*corr.* Y^{1}). iordanem BGM *vg.*; iordannen O. *om.* **tu** BDPJM^{1}OX* *a l r*. peribuisti CRT, reddidisti *a d*, dixisti *e q*. babtiz. PR, baptisz. E, babtitz. D. > babt. hic R. **ueniunt**: uenerunt Δ.

27. iohannis DEP^{1}OR. **dixit** + eis R. **accipere**: facere *e*; +ex se *c cum gr.* LΛ *min. et cf. e infra.* quidquam SC; +de terra D; +a se *e*. **ei fuerit datum** AΔFGΘMSXY *correctio ut uidtur Hieronymiana*: > fuerit ei datum BFCEHIJK M^{1}OQRTVWZ *vg. Tisch. c f l q aur.*, datum fuerit ei P δ, datum ei (illi *r*) fuerit *e ff*$_2^{c}$ *r*, ei (illi *a b d*) datum fuerit D *a b d Aug., uoluit* fuerit datum ei *Bentl. cum gr.* ᾗ δεδομένον αὐτῷ.

28. ipse R. **uos** + uero E. *om.* **mihi** Z *aur. et gr.* ℵEFH *etc.* test. peribetis CT, test. redditis *d*, testes estis *e Cypr. Test.* ii. 19, *Firmic. c.* xx

perhibetis quod dixerim
ego non sum christus
sed quia missus sum ante illum.
29 (29. 10) Qui habet sponsam sponsus est
amicus autem sponsi qui stat
et audit eum
gaudio gaudet propter uocem sponsi
hoc ergo gaudium meum
impletum est
30 illum oportet crescere
me autem minui
31 qui de sursum uenit
supra omnes est
qui est de terra de terra est
et de terra loquitur
qui de caelo uenit
supra omnes est
32 et quod uidit et audiuit
hoc testatur
et testimonium eius
nemo accipit
33 qui accipit eius testimonium
signauit quia deus uerax est
34 quem enim misit deus
uerba dei loquitur
non enim ad mensuram
dat deus spiritum.
35 (30. 3) Pater diligit filium
et omnia dedit in manu eius.
36 (31. 10) Qui credit in filium
habet uitam aeternam
qui autem incredulus est filio

---

quod dixerim quia non sum ego christus. sed quia missus sum ante illum . . [29] qui habet sponsam sponsus est. amicus autem sponsi. qui stat. et audit eum. gaudio gaudet propter uocem sponsi. hoc ergo gaudium meum impletum est. [30] illum oportet crescere. me autem minui. [31] qui desursum uenit super omnes est qui est de terra. de terra est et de terra loquitur. qui autem de caelo uenit super omnes est. [32] et quod uidit et audiuit. hoc testificatur. et testimonium eius. nemo accipit. [33] qui enim accipit testimonium eius. signauit quia deus uerax est. [34] quem enim misit deus. uerba dei loquitur. non enim ad mensuram dat spiritum . . [35] pater diligit filium et omnia dedit in manu eius. [36] qui credit in filium habet

---

(= *Migne P. L.* xii *p.* 1026). **dixerim**: + uobis DR *a*; + eis qui missi sunt ab hierosolymis ad me *e Cypr. Firmic.* **ego non sum**: > non sum ego EMTW *vg. b e f q* δ *et gr.* οὐκ εἰμὶ ἐγώ; *om.* **ego** *a d ff₂ aur. Cypr. Firmic.* **quia**: quoniam KVWZ; *seq. ras. unius lit.* A. **missus** (misus EGR, praemissus *b*) **sum**: missum O. **illum**: christum T.

29. abet G, habebat *l.* sp^on^sam T. **sponsi** *pr.* + est *e.* **qui** *sec. om.* MT. stans et audiens *a.* **eum** *om.* R. + cum *ante* **gaudio** DΞP^mg^R; + et *ante* **gaudio** MTQ *e.* gaudiet E* (*sed* i *exp.*). **sponsi** *sec.*: spons R; eius *b.* **ergo**: autem X inpletum CDΞPGOR, adimpl. *e*, compl. *b r*, repl. *q.*

30. **illum**: + autem T; + enim *q.* hoportet C; + et M. cre^s^cere Y. minorari *b r.*

31. **qui** *pr.* + autem *ff₂*, + enim *l q.* desursum *uno ductu* DΔFMOST(de^su^rsum)Y *vg.*, disursum R, de susum E *a b d e.* **supra** (ἐπάνω) *pr.*: super BD IKRVWX *vg. b c e f ff₂^c q r.* **est** *pr.*: *om. gat.*; uenit D; + et (ex R) de sursum (susum E) loquitur ER *gat.* **qui** *sec.*: qui autem DMTR *a b*(uero)*d l q*; et qui *r aur.*; nam qui E *gat.*; *gr.* ὁ δέ ℵ*D. **est de** (ex *r*) **terra** (ὢν ἐκ τῆς γῆς): *om.* **est** ϛ δ; > de (ex *b*) terra est E *b d l aur. gat.*; supra terram est *a*, est super terram *e*, *et* επι της γης ℵ*. *om.* **su. omn. est q. est de terra** *ff₂**. **de terra est et** (ἐκ τῆς γῆς ἐστὶν καί): terra est et J *gat.*; *om.* D (*sed habet* **et**)E *l aur.*, *cf. Orig.* (*Del.*) iv. 121 'qui est de terra de terra loquitur,' *et Tert. orat.* 1, *baptism.* 10. ex terra loquitur E; *deinde om.* **qui d. c. u. s. o. est** E. **qui** *tert.*: + autem *b*; nam qui *e.* celo W. **supra** *sec.*: super DW *vg. c q*; + est R. **supra omnes est** [32] **et** *om. a b d e ff₂* l r gr.* ℵ*D *min.*

32. uidet R. **et** *sec.* + quod *ff₂.* audit QY, audet R. *om.* **hoc** *a b d e ff₂* l r et gr.* ℵD *min.* testificatur *a f q*, testimonium perhibet *ff₂** *l*, testis est *e.* accepit DEH.

33. **qui**: + autem EHΘWϛϑ *b q*; + enim *e f ff₂ l.* **qui accipit** (ὁ λαμβάνων Λ *min.*): qui accepit (ὁ λαβών *plur.*) EHΘJK *vg. Tisch. a d*; qui acceperit ϛ *cor. uat. mg.* **testimonium** + eius R.

34. *om.* **enim** E. missit DR. **deus** *sec. om. b e f l cum gr.* ℵBC*LT^b^ 1. 33. **spiritum** *partim in ras.* K.

35. **pater**: deus *d*; + enim H. dilegit DΔΞPR. manus DEJMT *gat. b r* δ; sinu *c.*

36. ut qui . . . habeat *d et* D^gr^. filiom G* (*sed corr.*), filio *b r.* habebit D. **autem**: *om. a e ff₂ l cum gr.* ℵ*. **incredulus est** (*om.* MT*, *sed* + MT¹)

non uidebit uitam
sed ira dei manet super eum.
IV. [1] Ut ergo cognouit iesus quia
audierunt pharisaei quia
iesus plures discipulos facit
et baptizat quam iohannes
[2] quamquam iesus non baptizaret sed
discipuli eius.
[3 (32. 7)] Reliquit iudaeam
et abiit iterum in galilaeam.
[4 (33. 10)] Oportebat autem eum
transire per samariam
[5] uenit ergo in ciuitatem samariae quae
dicitur sichar
iuxta praedium quod dedit
iacob ioseph filio suo
[6] erat autem ibi fons iacob
iesus ergo fatigatus ex itinere
sedebat sic super fontem
hora erat quasi sexta

---

uitam aeternam. qui autem non credit filio non uidebit uitam. sed ira dei manet super eum. IV. [1] Ut ergo cognouit dominus quia audierunt pharisaei. quod iesus plures discipulos facit. et baptizat plus quam iohannes. [2] quamquam iesus ipse non baptizaret. sed discipuli eius. [3] relinquid iudaeam et abiit iterum in galilaeam . . [4] oportebat autem eum transire per samariam. [5] uenit autem in ciuitatem samariae. quae dicitur sychar. iuxta praedium quod dedit iacob. ioseph filio suo. [6] erat autem ibi fons iacob. iesus ergo

---

filio (*om.* A; in filio DR), = ὁ ἀπιστῶν τῷ υἱῷ 13, 69 *al. pauc., cum codd. vg. c. Aug.*; *cf.* non credit (+in *q r*) filio (filium *l q*; *om. aur.*) *b d f ff₂ l q r aur. Iren. Mass. p.* 282: non obaudierit filio *e*, indictoobaudiens est filio *a*, non dicto audiens est fil. *Cypr. Test.* ii. 27 = ὁ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ *quod in codd. paene omnibus est.* uideuit BO*(*corr. gl.*); habebit *e Cypr. codd. aliq.*, habet *Iren. Cypr. codd. aliq.*, εχει ℵᵃ. **uitam** *sec.* + aeternam *b cor. uat.** (*non marg.*). manebit DR(-uit)*e Iren. Cypr.*, permanebit *b*; *gr.* μένει EHKSV *etc.*, μενεῖ ΜΓΠ *etc.*

IV. 1. hut C. **cognouit**: conuenit *e*. **iesus** *pr. codd. vg. uett. plur. cum gr.* ℵDΛ *min.*: dominus *f q δ et gr. plur. W. H.*; *om.* R. **quia** *pr.*: qui HR; quod X*(*sed corr.*). pharisei CGW, farisaei Z, farissei DR. **quia** *sec.*: quod ER *vg. a b e f ff₂ l r aur.* discipulorum D. **facit**: fecit 𝔓*(*corr. mg.*), faceret *q gat.*, haberet *a.* babtizat DΔ𝔓R, baptiszat E, baptizabat T *ff₂ gat.*; + magis A*(*sed corr.*)X *a ff₂ l*; + plures H^mgΘ; + plus *f r aur.* iohannis DE𝔓¹OR, ioannes 𝔖𝔈.

2. quanquam BD𝔓^c𝔗, quam quam Δ; et tamen *d.* **iesus** (*sine* ipse) *codd. plur.* (ihesus C) *et vg. c ff₂ cum gr.* 251: ipse iesus D^mgER *d l gat.* (*Bentl.*) *et gr.* ADKΠ *etc.*; iesus ipse *a b e f q r δ et gr. plur.* babtizaret 𝔓R, baptisz. E; babtizat D.

3. reliquid BC; + igitur *b.* **iudaeam** (iude. DE𝔓GRW) *codd. plur. vg. c f q et gr. plur.*: + terram DER *gat. b e ff₂ l r Aug. cum gr.* D *min.*, *et* > terr. iud. *a d.* **et** + *ras. unius lit.* O. habiit CG, habit R, abit Y; profectus est *b r.* **iterum** *om. q δ cum gr.* AB*ΓΔ *etc.* galileam CDE𝔓GKORWY.

4. **transire** (διέρχεσθαι): ire E *et* ἔρχεσθαι Λ 124. **per** + mediam 𝔗𝔖 *edd. ant. Hailbr.* 1476, *Kesler* 1487, *Wild* 1481, *Paganini* 1497, *Froben* 1502, *Sacon* 1515 *et* 1519; *cf. Erasm. qui credit* mediam *ex glossa marginali in textum irrepsisse.*

5. **ergo**: autem WZ* (*corr.* Z²) *e f ff₂ l aur.*; + iesus *e.* samarie W. que D. **dicitur**: uocabatur *e.* **sichar** (σιχάρ 69 *al. pauc.*) 𝔓RV *vg. c*, sicar T: sychar (συχάρ *plur.*) *codd. plur., Tisch. uett. plur.* (esychar *b*), syc^har G, sycar *e*; *cf. Hieron. de nom. Hebr.* III *p.* 97 (*ed. Uall.*) 'Sichar, "*conclusio*" *siue* "*ramus.*" *Corrupte autem pro* Sichem, *quae transfertur in* "*humeros*," *ut* Sichar *legeretur, usus obtinuit*'; *et quaest. hebr. in Gen. p.* 373 'Sicima *iuxta graecam et latinam consuetudinem declinata est. Alioquin hebraice* Sichem *dicitur, ut Ioannes quoque euangelista testatur; licet uitiose, ut* Sichar *legatur, error inoleuit.*' **sichar** *tamen recte scribi uidetur, nomen sc. pagi fere mille passuum et dimidium a* Shechem *orientem uersus, et a fonte Iacob passus ferme quingentos Caeciam uersus, distantis, qui hodie dicitur* 'Askar *et* 'Ain 'Askar, *cf.* esychar *b*; *uide* '*Palestine exploration fund Map*,' *tab.* xi *et cf. Neubauer* '*Géographie du Talmud*,' *p.* 169, 1868. predium DW; agrum *a d l q.* > filio suo ioseph T *a e ff₂ q Aug.*

6. *om.* **ibi** *b.* **fons**: puteus *l r.* iacobi DR. *Def.* B *ad* viii. 57. **ergo**: autem D𝔗 *d ff₂ cor. uat. mg.* itenere DΔ𝔓KM^tV, itere R. **sedebat** + hic Z* (*sed corr.*). **sic** (οὕτως) *codd. vg. et c d f q δ*: *om.* E *a b e ff₂** *l r aur. gat. gr. min. pauc.* **sic super** *in ras.* Z. supra *vg. a d e.* **fontem**: puteum CGT *f ff₂ l r aur.* **hora** + autem D𝔗𝔖 *b cor. uat.**; et erat hora *e.* quassi R; fere *a l*, circiter *b r.* **sexta**: ·VI· DR.

7 uenit mulier de samaria
haurire aquam
dicit ei iesus da mihi bibere
8 discipuli enim eius abierant
in ciuitatem ut cibos emerent.
9 Dicit ergo ei mulier illa
samaritana
quomodo tu iudaeus cum
sis bibere a me poscis
quae sum mulier samaritana?
non enim coutuntur
iudaei samaritanis
10 respondit iesus et dixit ei
si scires donum dei
et quis est qui dicit tibi
da mihi bibere
tu forsitan petisses ab eo
et dedisset tibi aquam uiuam
11 dicit ei mulier
domine neque in quo haurias habes
et puteus altus est
unde ergo habes aquam uiuam?
12 numquid tu maior es
patre nostro iacob
qui dedit nobis puteum
et ipse ex eo bibit et filii eius
et pecora eius?
13 respondit iesus et dixit ei
omnis qui bibit ex aqua hac
sitiet iterum

---

fatigatus. ex itinere. sedebat sic super puteum. erat hora quasi sexta. 7 uenit autem mulier de samaria. aurire aquam. et dixit ei iesus. da mihi bibere. 8 discipuli uero eius. abierant in ciuitatem ut cibos emerent. 9 dicit ergo ei mulier illa samaritana. quomodo tu cum sis iudaeus. bibere a me poscis. quae sum mulier samaritana. non enim coutuntur iudaei samaritanis. 10 respondit iesus. et dixit ei. si scires donum dei. et quis est. qui dicit tibi da mihi bibere. tu forsitan petisses ab eo. et dedisset tibi aquam uiuam 11 dicit ei mulier. domine nec in quo aurias habes. et puteus altus est. unde ergo habes aquam uiuam. 12 numquid tu. maior es patre nostro iacob. qui dedit nobis puteum hunc. et ipse ex eo bibit. et filii eius. et pecora eius. 13 respondit iesus. et dixit ei. omnis qui biberit

---

7. **uenit**: *om.* R; et uenit HΘ *a b e ff$_2$ l q r*; uenit autem $\mathfrak{S}$ *f*; + quaedam *b r et* τις γυνη ℵ. **de** (*om.* D* *sed* + *mg.*) **samaria**: samaritana *a ff$_2$ l.* aurire CD$\mathfrak{E}$PIM$\mathfrak{T}$OQRT. **aquam**: + et X *f l q aur., et spatium ad finem lineae relictum* G. dixit G *f.*

8. **enim**: autem CDERW *q r cf. f.* *om.* **eius** R. habierant C; abierunt DEJ *a δ aur. et* ἀπῆλθον L (ἀπεληλύθεισαν *plur.*). hut C. cybos E, ciuos FO; escas *a d e q.* hemerent C; + sibi DR.

9. *om.* **illa** KRVZ *a b d e q r* δ *Bentl.* > illa mulier T. samarithana C *et semper*; samaritissa *sec. b,* samarites *sec. e.* iudeus CDE$\mathfrak{E}$PGRW. quum Θ. > cum sis iud. G *a* (cum iud. sis) *b d e f ff$_2$ l q r* δ (+ uel iudaizans), *et* > quomodo *post* iud. (*a*) *b d e ff$_2$ l r cum gr.* D. > a me bibere *a b d e ff$_2$ l q r* δ (*Bentl.*) *cum gr.* παρ' ἐμοῦ πεῖν. **poscis** (possis W): petis *a b d e*(-es) *ff$_2$ l q r.* **quae** (que D) **sum**: quae cum Y; cum sim E *a b e ff$_2$ q r*(sum) *gat.*, quae cum sim *aur.*; *om. d* (*tantum* muliere samaritanae) *et om.* οὔσης D *arm.* **mulier** *sec. om. a e, non graeci.* **non** (nec *q*) **enim coutuntur** (quou. Θ, quohu. C, coun. R; communicant *l*) **iudaei** (-ei CDE$\mathfrak{E}$RW; + cum $\mathfrak{E}$M$\mathfrak{T}$ *ff$_2$ l* δ) **samaritanis** (-niis R, samaritis *q*): *om. a b d e cum* ℵ*D *Tisch. T. G.* 8, *et uncis includunt W. H.*

10. *om.* **et** *pr.* A*(+A^c)ΔSY. **dixit** (εἶπεν): dicit KVZ *r*; *sequitur ras. unius lit.* S. **ei**: *om.* D *r*; + quia (*et om.* **si**) *cor. uat.** (*non mg.*). sciris $\mathfrak{F}$. **donum**: domum R(*et gl. sax.* hus)Y*(*sed corr.*); munus *a.* esset R. **forsitan** (-tam X*): *om. a d e*; magis *b l q r*; forsitan magis R. petises R, petiisses D, petissis O, peteres *a d.* **aquam**: quam Q.

11. **neque . . . habes**: neque hauritorium habes *b d* (nec) *e l q r et gr.* οὔτε ἄντλημα ἔχεις, unde haurias non habes *a.* aurias CD$\mathfrak{E}$PIMM$\mathfrak{T}$OQT, arias R, hauria G*(+s *cor.*); haurire C. poteus K. hunde C. *om.* **ergo** *a b d e ff$_2$* * *l r et gr.* ℵD c^{scr}. u^{lu}am G; + dare mihi *l.* *Uersum bis scripsit* D *sed pr. om.* **in quo**, *sec. om.* **domine.**

12. nunquid $\mathfrak{S}\mathfrak{H}$. maiorr M*(*sed corr.*). patri H *a b.* *om.* **nobis** T*(+T^c). poteum K; + istum DR *gat.*; + hunc HΘTX *e f ff$_2$ q*, *et* > hunc puteum G *l r aur.*, > put. nob. hunc ded. *a*; + τοῦτο 69. 124. 249. 254 c^{scr}. ipsi H. > et ex eo ipse A; de quo ipse *e.* *om.* **et** *sec.* Y. **eius** *pr.* + et pueri eius *l.* peccora R. **eius** *sec. om. d et* D^{gr}.

13. *om.* **ei** *pr.* R. bibet FGR *m*, biberit *a b e f l r Aug.* *om.* **sitiet iterum . . . ex aqua** D; *om.* **hac sitiet . . . ex aqua** Y. siciet *bis* W. **iterum:**

qui autem biberit ex aqua
quam ego dabo ei
non sitiet in aeternum
14 sed aqua quam ego dabo ei
fiet in eo fons aquae salientis in
uitam aeternam
15 dicit ad eum mulier domine da
mihi hanc aquam ut non sitiam
neque ueniam huc haurire
16 dicit ei iesus uade uoca uirum
tuum et ueni huc
17 respondit mulier et dixit
non habeo uirum
dicit ei iesus bene dixisti quia
non habeo uirum
18 quinque enim uiros habuisti
et nunc quem habes
non est tuus uir
hoc uere dixisti
19 dicit ei mulier domine uideo
quia propheta es tu
20 patres nostri in monte
hoc adorauerunt
et uos dicitis quia in hierosolymis est
locus ubi adorare oportet
21 dicit ei iesus mulier crede mihi

---

ex aqua ista sitiet iterum. qui autem biberit. ex aqua quam ego dedero ei. non sitiet in aeternum. 14 sed aqua quam ego dabo ei. fiet in eo. fons aquae salientis in uitam aeternam. 15 dicit ad eum mulier domine da mihi hanc aquam. ut non sitiam. neque ueniam huc aurire. 16 dicit ei iesus. uade uoca uirum tuum et ueni huc 17 respondit mulier et dixit. non habeo uirum. dicit ei iesus. bene dixisti. quoniam uirum non habeo. 18 quinque enim uiros habuisti. et nunc quem habes. non est tuus uir. hoc uere dixisti. 19 dicit ei mulier. domine uideo quia propheta es tu. 20 patres nostri in monte hoc adorauerunt. et uos dicitis quia in hierosolymis est locus. ubi adorare oportet. 21 dicit ei iesus mulier crede mihi. quia ueniet

---

in aeternum R. *inc. u.* 14 **qui autem biberit** *Wetst., Griesb., Lachm., Treg., Tisch. T. G.* 8, *W. H., non autem Steph.* 1555 ℔ℭ. qui uero *e*, nam qui *q*. biberet R; uiuit *d*. *om.* **ego** *c cor. uat. mg.* **dabo**: dedero *b e f l q*, do *aur*. *om.* **ei** *sec.* J *e*. *om.* **non sitiet . . . dabo ei** *u.* 14 G *l et gr.* C* *min.* eternum CW; sempiternum *b r*.

14. **aqua**: *om.* D*(+*mg.*); aquam ℭE *b d. om.* **aqua q. ego d. ei** *e m. om.* **ego** CIKTVXZ *c ff*$_2$ *q r* δ *cor. uat. mg. Bentl. cum gr.* ABCL *etc.* **dabo**: dedero *l q*, do *aur*. fiat Θ* (e *superscr.*); erit *e m*. salientes Y* (*sed corr.*), sallientes R. eternam W; *om.* R* (+*gl.*).

15. **ad eum**: ei ℙ^{mg}R *b r*. **mihi** + bibere ℙ. huti C. siciam W, tiam R (+si *gl.*), sitiat Q. **neque** + iam *l*. **ueniam** *omnes*: *gr. plur.* ἔρχωμαι *uel* ἔρχομαι, *sed* διερχ. ℵ*B *Orig. W. H.* **huc**: istis *b*. aurire ACDΔℙHIJMTORT; + amplius R; + hinc *b*.

16. *om.* **iesus** *a cum gr.* BC* 33. **huc** (ἐνθάδε) *codd. plur. vg. uett.* (hoc *b d e*): *om.* AΔℙFHSY *aur*.

17. **respondit** + ei Q. **dixit** + ei HR *a* (illi) *b ff*$_2$ *l r cum gr.* BCEFGH *etc.* αὐτῷ. **non habeo uirum** *pr. cum gr.* ABC^{3}ΓΔ *etc.*: > uir. non habeo *d cum* ℵC*DL. benedixisti *uno ductu* ℭFDΔEH ΘKSVWYZ. **quia** *omnes*. **habeo** *sec.*: habes DEOQ(+non)R *b c d e ff*$_2$ *l r* δ (*non* Δ) *aur. gat. et gr.* ℵD *Heracl. ap. Or.* iv. 221, *correctio ne uerba ad Christum referre uideantur; cf. Erasm.* '*Omittenda erat hoc loco coniunctio* ὅτι quia; *aut mutato uerbi modo uertendum erat hoc pacto* bene dixisti te uirum non habere' *etc.; ipse uerterat* non habeo uirum *sine* **quia**. **non habeo** (*uel* habes) **uirum** *sec. hoc ordine cum gr. min.* 142. 245. 247 *etc.*: > uirum non hab. *d e f ff*$_2$ *l q* δ *Bentl. et gr. plur*.

18. **quinque**: ·II· *lapsu* D. *om.* **enim** D. **nunc**: hunc EGTℨ *e*; + unum *gat.* **quem**: quidem V* (*corr.*). **uere** (uero *b*) *codd. et vg. et* ἀληθῶς ℵE t^{scr}: uerum *a d e ff*$_2$ *l* (uerbum *l**) *aur. et* ἀληθές *gr. plur.*; + bene Q.

19. e^i O. **uideo** (θεωρῶ): animaduerto *r Hil., Uigil.* prof. DℙOR, prophaeta E. *om.* **tu** *a b d e ff*$_2$ (est*, + u *m.* 2) *l r et gr.* D.

20. pat^{r}es G; patris R. > hoc monte *a b d* (*non* D^{gr})*e*(isto)*r cum gr. min. pauc.* hador. C *et semper*; adorarunt Y. dici^{tu}s O. *om.* **quia** M. **in** *sec.* AΔEℙFGHΘMQSX^{c}Y *a b d e f q* δ *et gr.*: *om.* ℭCDIJKMTORTVWX*Z *vg. c ff*$_2$ *l r aur.* hierusolymis K, -limis DEℙH, hirusolimis R, iherosolimis T, ierosolymis *vg.*, -limis W; hierusolyma *l*, hierusalem *q*. **est** (+ubi E* *sed exp.*) **locus ubi** (hubi C): *om. Tert.* (*Marc.* 4. 35) *et gr.* ℵ. **adorare** (-ri *b*) **oportet** (hop. C): > oport. ador. *e* (-teat) *r* δ *cum gr.* C^{3}ΓΔ *etc.*; adorant *l*.

21. > crede mihi mulier *b l q cum gr.* ℵBC*L

quia uenit hora
quando neque in monte hoc
neque in hierosolymis
adorabitis patrem
[22] uos adoratis quod nescitis
nos adoramus quod scimus
quia salus ex iudaeis est
[23] sed uenit hora et nunc est
quando ueri adoratores
adorabunt patrem
in spiritu et ueritate
nam et pater tales quaerit
qui adorent eum
[24] spiritus est deus
et eos qui adorant eum
in spiritu et ueritate
oportet adorare
[25] dicit ei mulier scio quia messias uenit
qui dicitur christus
cum ergo uenerit
ille nobis adnuntiabit omnia
[26] dicit ei iesus ego sum
qui loquor tecum
[27] et continuo uenerunt
discipuli eius
et mirabantur quia cum
muliere loquebatur
nemo tamen dixit quid quaeris
aut quid loqueris cum ea?
[28] reliquit ergo hydriam suam

---

hora. quando neque in monte hoc. neque in hierosolymis adorauitis patrem. [22] uos adoratis quod nescitis. nos autem adoramus quod scimus. quia salus ex iudaeis est. [23] sed ueniet hora. et nunc est quando ueri adoratores. adorabunt patrem in spiritu et ueritate. nam et pater tales quaerit qui adorent eum. [24] spiritus est deus. et qui adorant eum. in spiritu et ueritate oportet adorare. [25] dicit ei mulier. scimus quia messias uenturus est. qui dicitur christus. cum ergo uenerit. ille nobis adnuntiabit omnia. [26] dicit ei iesus ego sum qui loquor tecum. [27] et continuo uenerunt discipuli eius. et mirabantur quia cum muliere loquebatur. nemo tamen dixit. quid quaeris. aut quid loqueris cum ea. [28] reliquid ergo ydriam suam mulier.

---

min. **quia**: qui R. **uenit** (ἔρχεται) *legimus cum* Z* *cod. caraf. b d* δ *Hil., edd. Hailbr.* 1476, *Wild* 1481, *Iunta* 1534, *Erasm.*, 𝔖𝔠, *Bentl., cf. u.* 23, 25, v. 24, ix. 4 *et canonem nostrum Mt.* iv. 5: ueniet AΦFCDΔEΨFGHΘIJKMΜOQSTVWXYZ[2] 𝔊𝔎 *Tisch. uett. plur., edd. ant. plur.*; ueni R; ueniat *corp. ox.* > hoc (isto *b e r*) monte *a b d e r cum gr.* D. *om.* **in** *sec. c d.* hierusolymis EK, ierosolymis *vg.*, hierosolimis Δ, hyero. H, iero. W, hieru. Ψ, hyeru. D, hiru. R, ihero. T. adorauitis OT.

22. **uos** + autem E. **quod**: quem *bis* T. non scitis *e.* **nos** + autem E *e f.* **scimus**: nescitis uos *lapsu* R. **quia** + scimus *a.* iudeis CDΔΨRW.

23. **uenit** (ἔρχεται) *codd. plur. et vg. et b c d r* δ *aur., cf. ad u.* 21: ueniet DΔΘM *a e f ff*[2] *l q* δ; ueniat R *corp. ox.* ora T. **nunc** + ueniet D* *sed expunct.* **ueri**: uiri E; orari *lapsu* R. adoratoris R. **ueritate**: uirtute R. **et** *tert. om.* G*(+ *sup. lin.*)W. **pater** + eos R. querit DGR (> querit tales). **qui**: quia Q. *om.* **qui ador. eum sp. est d. et** *u.* 24 Ψ* (+ *mg.*). **eum** (se *e*) + in spiritu R *a b et gr.* 124*.

24. > deus est E. **eos** (*om. a f*) **qui** (quia Y* *sed corr.*) **adorant** (-ent EMRT): adorantes *d e l r* δ. **eum** *om. d ff*[2]* *cum* ℵ* D*. hoportet C, aportet H*(*sed corr.*). *om.* **opor. ador.** G; *om.* **ador.** *e.* > ador. opor. *a d r cum gr.* ℵ*D. > qui ad. illum opor. illos in sp. et uer. adorare *q.*

25. **mulier** + domine T[rec]. scimus *f cum gr.* ℵ[c] GLΛ *min.* οἴδαμεν. **quia**: qui R. missias Ψ*R, myssias D. **uenit** (ἔρχεται) *codd. vg. uett. plur., cf. u.* 21: ueniet C *Aug. codd. apud Erasm.*, ueniet uel uenit δ; uenturus est *a f l Erasm.* quum CHΘ; dum *a.* **ergo** *om. a d q r* (*Bentl.*) *et gr.* **uenerit**: uenit D. **cum ergo uenerit, ille nobis adn.** *ita distinguunt* AΦFEΨJKMSWYZ𝔊𝔎 *e l, ut sit sensus uerborum*, 'when he is come, it is he (ἐκεῖνος) who will tell us all things': *contra* cum ergo uenerit ille, nobis adn. 𝔖𝔠 *Tisch., et T. G.* 8, *W. H. d* δ. adnuntiauit ΔO, adnontiabit G, annunt. DHVX𝔊𝔎, annunc. W𝔖𝔠. > adnunt. nobis *a b d e*(nunt.)*q r* δ (*Bentl.*) *et gr.*

26. locor G, loquar RY. **tecum**: tibi δ. > tecum loq. *e q.*

27. **continuo** (contino D, statim *b*): in hoc *d*, in hoc sermone *r et* ἐν τούτῳ ℵ*D; inte[rim] *a*, ἐπὶ τούτῳ *gr. plur.* (τοῦτο EKU *min.*). **uenerunt** (uenierunt D) = ἦλθαν: superuenerunt *e q r et* επηλθαν ℵ*. **quia**: eo quod *b*; quare F; quid *edd. apud Erasm.* loquib. O, loquaeb. E; loquebantur Y; loqueretur R *a b l r.* **tamen**: autem D. **dixit**: + ei EQR (*b**ff*[2] *r*, + illi *a d*; + αὐτῷ ℵD; + mulieri *e.* queris DG. *om.* **aut quid loq.** R. loquaeris E. cum eo Ψ[mg]; *om. e.*

28. reliquid CGOTV; demisit *d.* hidriam EΨ RW, ydriam CT. > mul. hyd. suam *b d e*(mul.

mulier et abiit in ciuitatem
et dicit illis hominibus
29 uenite uidete hominem
qui dixit mihi omnia quaecumque feci
numquid ipse est christus?
30 exierunt de ciuitate
et ueniebant ad eum.
31 Interea rogabant eum discipuli dicentes
rabbi manduca
32 ille autem dixit eis
ego cibum habeo manducare
quem uos non scitis
33 dicebant ergo discipuli
ad inuicem
numquid aliquis attulit
ei manducare?
34 dicit eis iesus
meus cibus est ut faciam
uoluntatem eius qui misit me
ut perficiam opus eius
35 nonne uos dicitis quod adhuc
quattuor menses sunt
et messis uenit?
ecce dico uobis leuate oculos
uestros et uidete regiones

---

et abiit in ciuitatem. et dicit illis hominibus [29] uenite uidete hominem qui dixit mihi omnia quaecumque feci. numquid ipse est christus. [30] exierunt ergo de ciuitate et ueniebant ad eum. [31] inter haec autem rogabant eum. discipuli eius dicentes. rabbi manduca. [32] ille autem dixit eis. ego cibum habeo manducare quem uos nescitis. [33] dicebant ergo discipuli ad inuicem numquid aliquis adtulit ei manducare. [34] dicit eis iesus. meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui me misit. et perficiam opus eius. [35] non ne uos dicitis. quod adhuc quattuor menses supersunt et messis uenit. ecce dico uobis. leuate oculos uestros. et

---

autem demisso urceo abiit) *ff₂ l q*(uasculum suum) *r cum gr.* D. habiit CGO, habit R. dixit EM᷑ *a b ff₂ l aur. sed gr.* λέγει. *om.* **illis** *a b d e ff₂* l q r* δ; *gr.* τοῖς ἀνθρώποις. homini *a.* > homin. illis CET.

29. **uenite uidete** (δεῦτε ἴδετε) *cum* ΦCDGJZ *a c d e f ff₂ q* δ *aur. Bentl. Erasm., ut Mt.* xxviii. 6, *cf. ib.* xix. 21, xxi 38, *Mc.* x. 21, xii. 7, *Luc.* xviii. 22 *et ad* xx. 14, *Io.* v. 8: uenite et uidete AΔEΨFH ΘIKMM᷑OQRSTVWXY *vg. Tisch. b l r Aug.* **qui**: quia Ψ*(*corr. mg.*). dicit Ϛ. quaecunque ϚⲎ, quecumque D; quae *a d e et* ἅ ℵBC* (ὅσα *rell.*). num^quid X, nunquid WϚ; ne *e.*

30. **exierunt** (exiebant EJ *e*, eierunt V) *codd. plur. c* δ *et gr.* ABLΓΔ *etc.*: + ergo M᷑ *vg. e f ff₂ l q* (itaque) *cum* ℵΛ *min.* + οὖν; et exier. R *cor. uat.* b d r et gr.* CD. uenieb ant M; uenierunt D* (*corr. mg.*), uenerunt *r* δ.

31. inter ea S, intere a M; inter haec *d e f ff₂ m q*, in hoc δ, postmodum *b r, gr.* ἐν τῷ μεταξύ; + autem *b f ff₂ m q* δ *et* + δε AC^cΓΔ *etc.* **interea rog.**: interrogabant ΨH*(*corr.* H¹)O *l**(*sed corr.*) *cf.* in hoc autem interrogauerunt δ. **discipuli**: + eius R *e f gl. et cod. apud cor. uat.*; + sui *q*; + αὐτοῦ ΓΠ² *min.* **rabbi**: magister *a.*

32. *om.* **ille autem** *a e q* (et). **dixit** (εἶπεν): dicit ⅀𝔗 *non autem edd. ant.*; ait *a m.* **eis**: *om.* R; + iesus *e.* cybum E, ciuum O; escam *a b d l r.* abeo E^c(*om.* E*)R^c(*ex* **habeo**). *om.* **manducare** R. **non scitis** (οὐκ οἴδατε) AΦΔΨ*FHΘMOSY *ff₂ m Aug.*, non nostis *e q Cypr.*: nescitis CDEΨ^mg GIJKM᷑QRTVWXZ *vg. a b c f l r* δ *aur.*; ignoratis *d.*

33. dicunt *b r*, dicent *d*, *et* λεγουσιν ℵ* (ἔλεγον *rell.*). **ergo** (οὖν): autem *a b q r cum* D^gr δε; *om. d e cum* ℵ*. **discipuli**: + eius DGM᷑R *cor. uat. a*(illius) *b c e ff₂ m q*; *deinde* + dicentes R. **ad inuicem**: ad alterutrum *b l r*, inter se *q*, inter semetipsos *m*, intra semetipsum *ff₂*. nunquid ϚⲎ; ne *q*. aliquid R. adtulit ΦCHΘJM᷑V, adtullit R. > ei attulit D *b r.*

34. dixit G *e.* **eis**: ei GKX* *ff₂ et gr.* Λ αὐτῇ. cybus E, ciuus O; esca *a b d l q r. om.* **est** D. uolumt. O, uolumpt. C. **eius** *pr.*: *om.* V; + patris R. missit DR. > me misit ΦCGM᷑ *a b d e ff₂ m q*; + patris *l.* **ut** (hut C) *codd. plur. et vg. contra gr.* καί: et *d e f ff₂ q Cypr.* (*Bentl.*); et ut R *b m* δ *aur.*; ut et *l.* **perficiam**: consummem *r Tert. Nouat.* hopus C.

35. **nonne**: et *e.* athuc FMSY; *om. d l et gr.* DLΠ* *min.* **quattuor** (quatuor EΨ* *vg.*, quottuor M᷑*, ·IIII· DFRTW) **menses sunt** (supersunt *f*) = τετράμηνός (*uel* -όν) ἐστιν: quadrimestre est *e q*; inter quattuor menses (*et om.* **et**) *l.* mesis ER, messes G. **uenit** (ἔρχεται): ueniet *e l cf. u.* 21; sunt R* (*corr. sax.*). lauate R; eleuate *a d*, adleu. *b e m*; + *ras.* 4 *litt.* K. hoculos C. **et uidete**: *bis scr.* R; et aspicite *b r*, et inspicite *q.* **regiones** (τὰς χώρας): segetes *e.* albe GW, aluae Δ.

quia albae sunt iam ad messem
[36] et qui metit mercedem accipit
et congregat fructum
in uitam aeternam
ut et qui seminat simul
gaudeat et qui metit
[37] in hoc enim est uerbum uerum
quia alius est qui seminat
et alius est qui metit
[38] ego misi uos metere quod
uos non laborastis
alii laborauerunt
et uos in laborem eorum introistis.
[39] Ex ciuitate autem illa
multi crediderunt in eum
samaritanorum
propter uerbum mulieris
testimonium perhibentis
quia dixit mihi omnia quaecumque feci
[40] cum uenissent ergo ad illum
samaritani
rogauerunt eum ut ibi
maneret
et mansit ibi duos dies

uidete regiones. quia albae sunt iam ad messem. [36] et qui metet. mercedem accipit. et congregat fructum in uitam aeternam. ut et qui seminat simul gaudeat et qui metet. [37] in hoc enim est uerbum ueritatis. quia alius est qui seminat. et alius est qui metet. [38] ego misi uos metere in quo uos non laborastis. alii laborauerunt. et uos in labores eorum introistis [39] ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum samaritanorum. propter uerbum mulieris testimonium perhibentis. quia dixit mihi. omnia quaecunque feci. [40] cum uenissent ergo ad eum samaritani. rogauerunt eum. ut ibi maneret aput eos. et mansit ibi duos

35, 36. **iam** *hoc loco* (*i. e.* iam ad messem [36] et qui met.) *codd. longe plur. et vg. et c f ff₂ aur.* : *om.* **iam** DŒP (ad messem [36] et qui met.) *cf. m* (ad messem [36] sicut autem qui met.); > ad messem iam [36] et qui met. *δ cum* C²ΓΔ *etc.*; > ad messem [36] iam (nunc *q*) qui met. *b d e l q r*, *cf.* πρὸς θερισμόν [36] ἤδη ὁ θερίζων C*DL 33 *etc.*; *om.* **iam** *et* **et** (*i. e.* ad messem [36] qui met.) *a*, *cf. Iren.* (*Mass. p.* 259) ad messem [36] nam messor *etc.*; *de graecis uide Tisch. ad loc.*

36. **et qui metit** *etc. uide supra.* mercidem ΔŒPOR; + mer E* *sed erasum.* accipiet QR *S. ioh. oxon., m r.* **et** *sec.* + qui D *cor. uat.** congraegat O, congregati Z* (*sed corr.*), congerit *ff₂**, colliget *e m q*(-git). fructus T. eternam W. > aet. uitam + nam *l. om.* **et** *tert.* W *e r cum gr.* BCLTᵇU 1. 33. 67. saeminat C *et* 37; serit *a.* **simul** : *om.* H; pariter *q.* metet *sec.* GZ. > ut et qui metit simul gaudeat *d Iren.*; ut qui sem. simul gaud. cum eo qui met. *e*, et qui sem. gaudebit simul cum eo qui met. *m.*

37. > est enim *a d ff₂ l m aur.*; *gr.* ἐν γὰρ τούτῳ ὁ λ. ἐστὶν (ἐστὶν ὁ λόγος D *al. pauc.*) ἀληθινός (ὁ ἀληθινός AC³DΓ *etc.*). **uerbum uerum** : *om.* **uerum** X*(+*cor.*) *r ut udtur* (*et* > uerbum est); uerbum ueritatis M *a d f ff₂ l m q aur.* > uerbum uerum est E; > uerbum est uerum *e*; > uerbum uel sermo est uerum uel uerus *δ*, *et Iren. habet* sermo. **quia** : qui Z* (*corr.* Z¹). **alius** : alter *a.* serit *a d l r.* **est** *tert. om. a b d e ff₂ l q r δ Iren.* (*Bentl.*) *cum graeco.* metet ΔGO.

38. **ego** + si *a.* missi DŒPR; praemisi *Iren.*; posui G *non uett.* > uos missi D. **metere** : mittere R. **quod** (ὅ) : in quo *f l m aur.*; id quod *ff₂*; *om. d e cum gr.* D*L. *om.* **uos** *sec.* H*(+H¹) Y. > non uos *a d e q δ* (*Bentl.*) *cum ord. gr. om.* **alii lab.** *b.* **et** : sed R. *om.* **in** H*(+H¹). **laborem** (τὸν κόπον) *cum* AΔŒPFGH*MOQRSXY *b d l δ Iren. Bentl.*, labore *a ff₂** *m* (*codd. ap. Weihrich*) : labores ℜFCDEH^cΘIJKMTVWZ *vg. c e f ff₂^c m* (*codd.*) *aur.*, laboribus *q.*

39. illam Y*. in illum E; *om. a e cum gr.* p^scr. *Orig.* samarithanorum C. **uerbum** : sermonem *e.* test. peribentis CTZ*(*corr.* Z²), test. perhibentes R; test. prodentes *a*, t. reddentis *d*; quae test. dicebat *q*, quia test. dixit *e.* michi W; ei *b r.* **quaecumque** (ὅσα AC³DΓΔ *etc.*) *codd. et vg.* (quec. DW, quaecun. ℨ𝔍, quaequumque H) : quae *b e ff₂ l q r et* ἅ ℵBC*L. fecit *b r.*

40. **cum** (quum CΘ) **uenissent ergo** (^er go H; > ergo uen. *d δ*) *codd. et vg. et c f ff₂ l aur.* (*a dubium*) : ut ergo uenerunt *b r*, et cum uenissent *q*; *gr.* ὡς οὖν ἦλθον (> ἦλθον οὖν B³); uenerunt ergo ad eum sam. obsecrantes eum *etc. e.* rogabant *b d.* **eum** : illum T. **ibi** *pr. contra gr.* παρ' αὐτοῖς : apud eos *b d e r Aug., cf. f.* reman. *bis e.* **duos** (-II- D) **dies** (*om. ff₂*) : biduum *b* (*r*), biduo *d l q*, per uiduum *e.*

41 et multo plures crediderunt
propter sermonem eius
42 et mulieri dicebant
quia iam non propter tuam
loquellam credimus
ipsi enim audiuimus et scimus
quia hic est uere saluator mundi.
43 (34. 7) Post duos autem dies exiit
inde et abiit in galilaeam.
44 (35. 1) Ipse enim iesus testimonium per-
hibuit quia propheta in sua
patria honorem non habet.
45 (36. 10) Cum ergo uenisset in galilaeam
exceperunt eum galilaei
cum omnia uidissent quae fecerat
hierosolymis in die festo
et ipsi enim uenerant in diem festum
46 uenit ergo iterum in cana galilaeae
ubi fecit aquam uinum.
(37. 3) Et erat quidam regulus
cuius filius infirmabatur
capharnaum

dies. 41 et multo plures crediderunt in eum. propter sermonem eius. 42 et mulieri dicebant. iam non propter tuam loquellam credimus. ipsi enim audiuimus et scimus. quia hic est uere saluator mundi christus. 43 post duos autem dies profectus est inde in galilaeam. 44 ipse enim iesus testimonium perhibuit. quia propheta in sua patria honorem non habet. 45 cum ergo uenisset in galilaeam. exceperunt eum galilaei. uidentes omnia quae fecerat in hierosolymis. in die festo. et ipsi enim uenerant in diem festum. 46 uenit ergo iterum iesus in chana galileae. ubi fecerat aquam uinum. erat autem ibi quidam regulus cuius

41. multos R; multi D *q syr. cu. et sch.* **plures**: plus *r*, amplius *a*; *om. q syr. cu. et sch.* **credid.** + in eum ϚSℭ *f cum gr.* Λ *min.* sermones ℱX; uerbum *a b d e q r.*

42. > et dic. mulieri *b r*, > dic. autem mul. *e q*, *et και ελεγον τη γυν.* ℵ*. **quia** *pr.*: *om. b f r cum gr.* B *min.* *om.* **iam** Ϛ *cum a et edd. ant. Hailbr.* 1476, *Wild* 1481, *Kesler* 1487, *Paganini* 1497. >non iam (=οὐκέτι) *d* δ (*Bentl.*). tuum G. **loquellam** *cum codd. plur., cf. H. A. J. Munro in Lucretium* (*ed.* 1864) ii, *p.* 25: loquelam DEℙK VW *vg. Tisch. a c et ita uult Brambach 'Lat. Rechtschreibung' Lips.* 1872; sermonem G *e q*; *gr. plur.* λαλίαν; testimonium *b d l r et* μαρτυρίαν ℵ*D. credidimus *e l*; + ei *b*. ipse R; ipsum *a d cum gr.* D. audibimus T; audimus R; uidiuimus Z*, *corr.* Z¹; + ab eo R *cum gr.* ℵΠ² *min.* *om.* et scimus *c l.* **hic est uere** (*οὗτός ἐστιν ἀληθῶς plur.*) *cum* ℱC(uerae)EℙGIJK¹ℳTORTVWZ *vg. a b c d f ff₂ᶜ l q* δ *aur. Iren. Aug. Ioh.* 15. 33 *in lemmate*: >uere hic est AΔFHΘMQSXY *cum gr.* ℵ *Aug. l. c. in commentario*; *om.* **uere** DK* *ff₂** *r* (ipse est) *cum gr.* K*Π *al. pauc.*; + propheta et *c*. > hic uere saluator est *e*. **saluator**: salus *l.* **mundi** (saeculi *e q*) + christus *d e f q* δ *et gr.* AC³ DLFΔ *etc.*; *omisit ergo ut udtur Hieron.*

43. **duos** (·II· D) **autem** (>aut. duos ℙR) **dies**: biduum autem *a b d e q r*(*Aug.*). exit R; profectus est *b e f q r*. **inde**: *om.* G; + iesus *ff₂*. **et abiit** (*καὶ ἀπῆλθεν* ΑΓΔΛΠ *etc.*): *in ras. scr.* Zᶜ, et habiit ΔGO, et habit R; et fugit D; et fuit CJT *c*; et uenit E *gat.*; *om. a b d e f ff₂ l q r cum gr.* ℵBCD *etc.* galileam DEℙGORTW; galilaea J *c*, -lea C.

44. test. peribuit CZ, testificatus est *a d q*, testatus est *b*, testabatur dicens *e*. *om.* **quia** Y. **propheta** *in ras.* Z, profeta DℙOR. **honorem** (*τιμήν*): dignitatem *b*. habes Δ.

45. quum CHΘ; quomodo *e et* ℵ*D *ὡs*. uenissent Θ. galileam CDEℙGKORVW. excoeperunt QR, exciperunt DEO, et ceperunt T; susceperunt *q*. **eum**: illum ACGMℳXZ *ff₂*. galilei CDEGK RW; + omnes *e*, + uniuersi *a ff₂*; *gr.* G *syr. p. habent πάντες pro πάντα*. **cum** (quum HΘ) **omnia uid.** *codd. plur. vg. c aur.* = *πάντα ἐωρακότες, cf.* omnia uidentes *d q* δ: > cum uid. omnia *ff₂*, uidentes omnia *b f*, uisis omnibus *a r et εωρακοτες παντα* ℵ*; cum omnia audissent ℱD(audiissent)X *corp. oxon.* (-set), audierant enim omnia *e*; *cf. ad Lc.* i. 29. que D. fecisset R; fecit *a b d ff₂ l r*, faciebat *q*; + in R *b d e f q r Bentl. et gr.* hirosolymis G, iero. *vg.*, hierosolimis ℳTOY, ihero. T, iero. W, hieru. EℙR, hyeru. D; hierusalem *d q et* Dᵍʳ. diae C. **festo**: sollemni *a*. *om.* et ER *c*. *om.* **et . . . d. festum** G *cum gr.* G 108. 122*. ipse R. *om.* **enim** V. **uenerant** (*εληλυθεισαν* ℵ) *codd. pl. vg. et uett.* (adu. *b r*): uenerunt EQRTV, uenierunt D *et gr. plur.* *ἦλθον*. **in** *tert.* (*εἰs*) *cum* ℱCDΔEℙHIJO RSTXYZ *uett. plur.*: ad AGΘKMMℳQVW *a c r.*

46. uenerunt E*(*sed corr.*). **iterum**: *om.* E; + iesus *f q* δ *et gr.* ΑΓΔΛΠ *etc.* **cana** (*κανᾶ*) *plur.*, *et* canna DR, chana ΔℙᵃFJW, caʰna Θ: canan (*καναν* ℵ*) CIOX, canaan T, chanan ℱKZ; diem festum *l.* galileae ℱCDℙGHΘKOZ, -liae R, -laee E, -lee W, -laea ℳ; in galilaeam *l.* **ubi** (hubi C) **fecit**: *in mg.* Θ. **aquam**: de aqua E *gat. b aur. Gaud.*; + in ℙ. **et erat** (*καὶ ἦν* ABC ΓΔ *etc.*): erat autem *b d e f ff₂ l q r aur.*, *ἦν δέ* ℵDLTᵇ *min.*, erat E *a*; + ibi *a e* (illic) *f ff₂ aur.* **quidam** + homo R. **regulus** (*βασιλίσκος* D 31ᵉᵘ**

47 hic cum audisset quia iesus aduenit
a iudaea in galilaeam
abiit ad eum et rogabat eum
ut descenderet et sanaret
filium eius
incipiebat enim mori
48 dixit ergo iesus ad eum
nisi signa et prodigia uideritis non
creditis
49 dicit ad eum regulus
domine descende prius quam
moriatur filius meus
50 dicit ei iesus uade filius tuus uiuit
credidit homo sermoni
quem dixit ei iesus et ibat
51 iam autem eo descendente
serui occurrerunt ei
et nuntiauerunt dicentes
quia filius eius uiueret
52 interrogabat ergo horam
ab eis in qua melius habuerit
et dixerunt ei quia heri
hora septima reliquit
eum febris

---

filius infirmabatur in cafarnaum. 47 hic cum audisset quia iesus a iudea in galilaeam uenisset. abiit ad eum. et rogabat eum. ut descenderet. et sanaret filium eius. incipiebat enim mori. 48 dixit ergo ad eum iesus nisi signa et prodigia uideritis non creditis. 49 dicit ad eum regulus domine descende prius quam moriatur filius meus. 50 dicit ei iesus uade filius tuus uiuit. et credidit homo. uerbo quem dixit ei iesus. et abiit. 51 descendente autem eo occurrerunt ei serui et nuntiauerunt dicentes. quod filius eius uiuit. 52 interrogabat ergo eos in quam oram melius habuerit. et dixerunt ei quia heri hora septima. reliquid eum

---

synops 142, *cf. infra u.* 49) *codd. vg. uett. plur., etiam Erasm. Bentl., cf.* basiliscus *a d*: *graeci plur. recte* βασιλικός *cf. Hieron. in Esai.* lxv. 1 'Regulus, *qui graece dicitur* βασιλικός *quem nos* de aula regia *rectius interpretari possumus* palatinum, *non solum filii sed uniuersae domus suae reperit sanitatem.' Ecce ergo specimen ignauiae Hieronymianae! Turic. Beza etc. uertunt* regius. imfirmabatur E; infirmus erat *a d*; +in DEMTR *a b d f q r δ et gr.* capha^{r}naum Δ, capharnahum C, -nauum 𝔓* (u *exp.*) R, chapharnaum Z, cafarnaum D. *om.* in caph. *e.*

47. quum CHΘ. audiisset D. iesus: dominus *gat.* aduenisset CT *cf. f*; aduenit *ff*$_2$; uenit *a b d e l q r aur., gr.* ἥκει. a: ad H. iudea E𝔓RW; iudeis D. galileam CDE𝔓GKORW; galilaea FH. habiit G, abit R; uenit *a*; ἀπῆλθεν *gr. plur.*, ἦλθεν ℵ*C *min.* rogabat + ad Q*(*sed corr.*). *om.* eum *sec.* W *a d e l q foss. et gr.* ℵBCDLT^{b} 33. 69. discend. DΔE𝔓FGRY. saluaret *c e*, curaret *q*. erat enim moriturus *a*.

quoniam E. **iesus** *om. a.* **est** *om.* 𝔓 *cum gr.* X. **christus** *om.* 𝔖 *Iren. Mass. p.* 206 (*exc. cod. Arund.*). **iesus . . . dei** (=ιησ. ἐστιν ὁ χρ. ὁ υἱὸς τοῦ θ. *plur.*): > iesus christus (+ipse *c*) est filius dei *b c f*; > iesus chr. fil. dei est *e m* (*codd.*, > est fil. dei *cod.* L), ies. chr. fil. est dei *d m* (*cod.* S), *et* ιησ. χρ. υιος εστιν τ. θ. D. **et**: *om.* DM*(+*mg.*) X* *m cum gr.* ℵ*. > ut et *r*. **uitam** *sine add.* AΦCΔΨFGHΘIMMTSTVWXY *vg. a c m δ aur. Aug. et gr.* ABC³XΓΔ *etc.*: +aeternam BDEKO RZ *b e f g r Iren.*, +sempiternam *d*; +αἰώνιον ℵC*DLT^d *min.*

XXI. 1. post haec *a d e f r*; +autem *e r cum gr.* 234 *al.* **manifest.**: ostendit *a.* **iterum** *om.* Z *cum gr.* G *min.* > iterum man. se ipsum *d cum gr.* D 235. **iesus** *om.* R *d e et gr.* DM 51. 255. > iesus iterum K *cum gr.* 19. 69. 435. *post* **iesus** +discipulis T *δ cod. caraf.* 𝔏 *Tisch.*; +discipulis suis *a b c d f g r*; *habent* τοῖς μαθηταῖς ℵABC* *etc.*, τοῖς μαθ. αὐτοῦ C³DGHM *etc.*; *omisit ergo Hieronymus contra auctoritatem omnium quos scimus codicum graecorum.* **ad** (ἐπί): super *b d.* tyberiadis EΘW, tybir. D, thiber. 𝔓, tiberiades 𝔉; +discipulis suis E. **autem**+se ΘT *c e f g non gr. om.* **manif. autem sic** *a* 6^pe *aeth.*

2. erat E; +autem E *c.* **simul**: pariter *c.* symon DE. *om.* **petrus** T. tomas HT. **dicitur**: apellatur *q.* didimus 𝔓MTRW, dedimus D, dydimus Z*(*corr.* Z¹), dydymus E. **et** *sec.*: erat H. natanahel ΘZ*(*corr.* Z²), nathanael DEGHW *vg.*, natael T. **qui erat** (*os ην* D): *om. a e q, et gr. rell. δ.* **cana** (κανᾶ): canan XZ, canaan T, kanna D; chana BΦCΘIKVW, channa 𝔓¹, chanan F, channan R, chanaha *e.* galileae BΦCDΨFGΘIK MTORSZ, galilee EW. fili G. zebedei CΨPGMO RW, sebedaei Δ, zebe⁻ D. *om.* **ex** *b e aur.* discipuli ET*(+s *sup. lin.*) *b e aur.*; discentibus *d.* **duo**: ·II· D; *om. aur.*

3. **eis**: ei H, illi *e.* symon CDE. **uado**: eo *e.* piscatu *d.* **uenimus**+simul *a.* > tecum et nos *e.* **et** *sec.* (καί AP): *om.* DΨ*(+*mg.*)GT *a d e q δ Bentl. cum gr.* BCDEHK *etc.* hascenderunt C. nauim D *vg.*; naue EZ, naui T; noctem *lapsu* A; nauiculam *a e* (-la). **et** *quart.*: *om. a*; +in D *d f q δ et gr.* (*exc.* L). nichil O^gl W. **prendiderunt** *cum* AFΘIKMMTSVWZ¹ *vg. b d*, praendiderunt CEΨP*G(dider̄ *sup. lin.*)Z³, praediderunt H: prenderunt B*ΦZ*, praenderunt Y, prende *tantum* X^c; praehenderunt Δ *q*; adprehenderunt D *Aug.*, adpreenderunt T; coeperunt 𝔓^mg(*in ras.*)ORX* *e r*, ceperunt B¹ *a c f δ aur.* > pr. (*uel* cep.) nihil *b d q δ cum ord. gr.*

4. *om.* **iam** 𝔖𝔖𝔈 *c e r*, *cf. a* (sed cum ma. fac. esset) *q* (prima au. luce), *et om.* ἤδη ℵ* *min.* stetis Z*(*corr.* Z³). *om.* **iesus** W *gat. cum gr.* S. in littore 𝔊𝔖𝔈, in litorae C; ad litus *d q.* **tamen**: enim *a.* cognuerunt R; agnouerunt Δ (*ut udtur*); scierunt *q*, ·bant *a d e.* **discipuli**+eius *f cum gr.* 69. esset *a*, erat *q*.

5. **dicit** (λέγει): dixit 𝔖𝔈 *et ed. Sacon* 1519. *om.* **ergo** *a e et gr.* C³U *min.* **eis** *om.* E. **iesus** *om. a et gr.* A*. *om.* **pueri** *a.* nunquid W𝔖; *om. a.* **pulmentarium** (προσφάγιον): +non H *gat.*; aliquid manducare *d.* habebitis G. > habetis

responderunt ei non
6 dixit eis mittite in dexteram
nauigii rete et inuenietis
miserunt ergo et iam non ualebant
illud trahere
a multitudine piscium.
7 (220. 10) Dicit ergo discipulus ille
quem diligebat iesus petro
dominus est
simon petrus cum audisset
quia dominus est
tunicam succinxit se
erat enim nudus
et misit se in mare
8 alii autem discipuli nauigio
uenerunt
non enim longe erant a terra
sed quasi cubitis ducentis trahentes
rete piscium.
9 (221. 9) Ut ergo descenderunt

---

ergo eis iesus. pueri numquid pulmentarium habetis. responderunt ei. non. 6 ad ille dixit eis. mittite in dexteram partem nauis retiam et inuenietis. miserunt ergo. et non poterant trahere eam. prae multitudine piscium. 7 dicit ergo discipulus ille. quem diligebat iesus petro dominus est. simon uero petrus. cum audisset quia dominus est. tunicam se succinxit. erat enim nudus. et misit se in mare. 8 alii autem discipuli nauigio uenerunt. non enim longe erant a terra. sed quasi a cubitis ducentis. trahentes rete piscium. 9 ut ergo descenderunt in terram uiderunt prunas positas. et piscem superpositum.

---

pul. *e*; > habetis aliquid pulmentum uos *a*. **responderunt**: dixerunt *d*. *om.* ei *e r*.

6. + ad ille *ad init. a d e f q*, + ipse autem δ *et gr. plur.* ὁ δέ; *om.* ℵ* [et c b] 239. **dixit** (εἶπεν *plur.*) *cum* BΦFCDEFGΘIKMMʻOSTVWXYZ *cod. caraf.* 𝔖 *Bentl. a d e f q* δ: dicit (λέγει ℵ* [et c b] 239) AΔ ΦPHRϚ𝔓𝔔 *b c r aur. Aug.* mittete Φ* (*corr. mg.*); mitte *e et* βαλε Λ*. **in**: ad T. **dexteram** *codd. paene omn. et vg.*: dextram FZ*; + partem DΦ[mg]R *a b c d e f q r* δ, *et gr. est* τὰ δεξιὰ μέρη. nauicule O; nauis Φ[mg]R *gat. b d e f q r* δ; *gr.* τοῦ πλοίου. retem Φ[mg]O *b*; retiam *d e f*, retia D *c q r*; *om. a*. **inuenietis**: + dixerunt autem (ergo + praeceptor E) per totam noctem laborantes (-tem E) nihil coepimus (o *sup. lin.* D) in uerbo autem tuo (*om.* E) mittemus (mittimus R; + retae E) DE ΦR *cum gr.* ℵ[ca] *aeth. et Cyr.* 112; *ex Luc.* v. 5. misserunt DΦ; + illi *a* (*d*). **ergo** (οὖν): *om. a e r cf.* ad illi mis. *d cum gr.* ℵ*D; *deinde* + rete R *cor. uat.**, + retia DEHKTVZ *c et* **et iam** *infra in* retiam *mutauit* M[1]; *sine auct. graeca.* etiam *uno uerbo* E; *om.* M[1]; *om.* **iam** TZ *a c e f q*; et non etiam **δ**; et amplius *d*. **non** *om. d r** (*uide infra*). **ualebant** (ἴσχυον ℵBCDL *etc.*) *codd. et vg. et* poterant *a b d f r*: potuerunt *e q et* ἴσχυσαν APXΓΔ *etc.* illut GR, illum F, illa T; *om.* E *r*. traere C. **ualeb. illud trahere** *hoc ordine codd. et vg. aur. Aug. contra graecum*: > ualebant trahere ea *c cf. f*; > potuerunt retia trahere *q*; > extrahere illam non pot. *e, cf.* ἑλκύσαι αὐτὸ ἴσχ. Π *min.*, > trahere non pot. retiam *a*; > eam trahere pot. (*om.* non) *d*, illud retrahere ual. δ, retrahere (*corr. in* nec trahere) pot. *r cum gr. plur.* αὐτὸ ἑλκύσαι ἴσχ.; > prae mult. piscium etiam non pot. retiam trahere *b*. **a** (ἀπό) *cum* AΦF CDΔEΦPFGHIMMʻRSTX[c]Y *c d* δ *Aug.*: prae BΘKOVWX*Z *vg. a b e f q r aur.* multitudinem E.

7. **dicit** (λέγει): dixit DWℌℭ *c*. discipus Z* (*corr.* Z[2]). dilegebat D, diligabat O. ihesus C. *om.* **petro** B *b*. **est** + noster *d et gr.* D. symon CDW; *om.* δ (*non* Δ[gr]); + itaque DΦ[mg]T *b r*, + ergo E *d e q Bentl.*, + uero *f*; *et gr. omn. habent* οὖν. **petrus** + itaque R. > cum aud. autem si. pe. *c*, itaque petr. audiens δ, et si. petr. audito *a*. quum Θ. audiisset D. **tunicam** *codd. plur.* (*et* A*) *uett. plur.*, tonicam DEMʻ, in uestem δ (επ, ενδυτην Δ): tunica A[c]CIRT (tunc T*) *vg. Aug. b c*. succincxit EY, sunccinxit Θ, subcinxit Z, succinxis V; praecincxit R *a e r*, cinxit *d*, circumc. *q*. > succ. se tunicam G *aur*. **erat en. nudus** *om.* H* (+ *mg.*). missit DΦP. **se** + et salibit *d*; D[gr] ηλατο *pro* ἔβαλεν ἑαυτόν. mari T.

8. + et *ad init.* D. *om.* **alii . . . uenerunt** E. illi alii *c*, ceteri *b*. **autem** *om. a c e*. **nauigio** (τῷ πλοιαρίῳ): nauicula *a*, per (in *e*) nauiculam (nauem *r*) *d e r*. uenierunt D. **nauig. uen.**: nauigauerunt M *c*. longue D. erat terra *a*. set W; *om. a*. **quasi** *sine add. codd. plur. vg. et a* (fere) *ff*[2] *q r aur.*: + a BΦFIOX(*sed euanuit*)Z *b c d* (sicut) *f* δ, fere ad *e, et gr.* ὡς ἀπό. gubitis *b e*. docentis G *e*, ·cc·is DE; uiginti *a*. **trahentes r. piscium** *om.* A* (+ *mg.*). trahebant *a*. retia *c ff*[2] *r aur.*, retiam *a b d e*; + plenum Φ[mg]. *a* **trahentes** *def.* Δ *ad finem euangelii.*

9. **descenderunt** (disc. DΦPR) = ἀπέβησαν *gr. plur.*, exierunt *d*: ascenderunt E *et* ἀνέβησαν ℵ*H 91 *syr. sch.* terra Z* (*sed corr.*). uident *a d e ff*[2] *r* (uideat) *Bentl. cum gr. plur.* (*sed* ειδαν P).

in terram
uiderunt prunas positas
et piscem superpositum
et panem
10 dicit eis iesus adferte de piscibus
quos prendidistis nunc.
11 (222. 9) Ascendit simon petrus
et traxit rete in terram
plenum magnis piscibus
centum quinquaginta tribus
et cum tanti essent
non est scissum rete.
12 (223. 9) Dicit eis iesus uenite
prandete.
(224. 10) Et nemo audebat discentium
interrogare
eum tu quis es?
scientes quia dominus esset.
13 (225. 9) Et uenit iesus et accepit
panem
et dat eis et piscem similiter.
14 (226. 10) Hoc iam tertio manifestatus
est iesus discipulis cum resurrexisset
a mortuis

---

et panem. 10 dicit eis iesus. afferte de piscibus quos modo cepistis. 11 ascendit simon petrus et traxit retiam in terram. plenam magnis piscibus. centum quinquaginta tribus. et cum tanti essent. non est scissum rete. 12 dicit eis iesus. uenite. prandete. nemo tamen audebat ex discipulis interrogare eum. tu quis es. scientes quia dominus est. 13 uenit ergo iesus. et accepit panem et benedicens dedit eis. et piscem similiter. 14 hoc

---

prunas positas (*ἀνθρακιὰν κειμένην cf. ad* xviii. 18) *codd. et vg.* (possitas DEƤR): *om.* **positas** T; pruna posita Z*(*corr.* Z²); carbones positos *d e*; carbones incensos *a b c ff₂ r aur.* (=*ἀνθρ. καιομένην*?). superpossitum DEƤR; impositum *b d*.

10. **eis**: ei X. ihesus W. **adferte** AƑDEƤ GMTORSTYZ*, adferitis *a*: afferte BCFHΘIKM VWXZ² *vg. Tisch.* **de** (*ἀπό*): ex B *et ἐκ* DL. pisciculis *e*. **prendidistis** (*cf. u.* 3) ƤGHIMMT VWZ *vg. b*, praendid. ΘK, praended. E: prendistis ABƑCFORSXY *Tisch.*, cepistis uel prendistis δ, preendistis T; praehendistis *gat.*; adprehendistis D *Aug.*; cepistis *a c d f ff₂*, coep. *e r aur.* **nunc**: *om.* D (*sed uide u.* 11) *a*; modo *f r*.

11. +tunc *ad init.* D *c.* hascendit C, ascen *tantum* M; +ergo HΘS *r*, +autem I; +*οὖν* ℵBC LXΠ² *min.* symon CDEW; *om. r.* trahit *b* δ. retem FG *b ff₂ r*; retia *c*, retiam *a d e f*. **in**: ad *a b c e ff₂ r*, super *d*; *gr. εἰς τὴν γῆν* ℵABCL *etc.*, *ἐπὶ τ. γ.* D *min.*, *ἐπὶ τῆς γῆς* EGHKM *etc.* terra Z*(*corr.* Z¹). > pl. ad terr. *b*, plenam super terr. *d*. *om.* **magnis** *e*; magnorum piscium *d*; > piscibus magnis *c ff₂ aur. et gr.* ℵBCE *al. mul.* **piscibus** +quasi R. **centum**: ·C· DE. quinquaginta R; ·L· DEW; +et Ƥ^mgR *aur.* IIIbus D, III^s E; +erat enim nudus H. quum Θ. **tanti**: multi *e*. aessent C. **est**: *om.* H; sunt *r*. scisum EƤRS; ruptum *b*. scissa retia *a d e r*. retem *ff₂*.

12. dixit T. **eis**: discipulis suis *r*. ihesus C. **uenite** +et E. prandite EƤRS *aur.* **et nemo**: nemo tamen *b d e f ff₂ aur.*, nemo autem *c* δ; et nemo tamen D; *gr. οὐδεὶς δέ pl.*; *om.* δέ BC. audebant E, audiebat R, ausus est *c*. **discentium** (*τῶν μαθητῶν*) *legimus cum* GH*M *b ff₂, ed. Uiuian* 1534, *Beza* (*qui Luc.* xix. 37 *recte confert*), *Bentl.*; discipulorum *e* (> disc. audere) *ed. Iunta* 1534, *Erasm.*, ex discipulis R *a* (+eius) *d* (de) *f r*, discumbentium discipulorum δ: discumbentium ABƑCDEƤFH¹ΘIKMTOSTVWXYZ *vg. Tisch. c aur. Aug. ad loc.* (*sed uide nos ad* xx. 25), *cf. uersionem Anglo-Sax.* nan ðæra ðe ðar sæt. *Uide ad Luc.* xix. 37 *ubi* **discentium** *cum codd. nostris* GM *legimus; sed illic in* discendentium *hic in* discumbentium *deprauatum est; τῶν ἀνακειμένων citat Millius ex Uelesianis, sed proculdubio latinizant, cf. Scriuener 'Introduction' ed.* iv. (1894), I. *p.* 209. **eum**: e *sup. lin.* H; ei E; *om.* X* (+*cor.*). **quis**: qui M *a*. sciens O*(*corr. m. ant.*). **esset** *codd. plur.* (*in ras.* X, es|||| Θ): est BCIMTVWZ *vg. Tisch. uett. Aug.*; *om.* D. > ipse est dominus *ff₂*.

13. **et uenit** (ueniet H) *codd. et vg. contra gr.*: *om.* **et** *a b d e r aur. et gr.* ℵBCDL *min.*; uenit **ergo** *f ff₂* δ *gr.* ΑΓΔΛΠ *etc.*; tunc *c* (*et om.* **et** *sec.*). **accepit** *codd. plur.* ϚS *b c e f ff₂ r* δ *aur.*, sumpsit *a, contra gr.* *λαμβάνει*: accipit ƤRŲℭ *Tisch. d Aug.* **panem**: +et benedixit DEW *r* δ^mg; +benedicens *d* (*f*); +*ευχαριστησας* D. **dat** *codd. plur. cor. uat.** Ųℭ *et gr. δίδωσιν*: dabat HΘT^c *cor. uat. mg.* ϚS *b*; dedit DEƤFRW *a c d e f r* δ *et εδωκεν* D^gr. pisce R, piscis *a*. *om.* **et piscem** W.

14. **hoc**: +autem M, +enim Ƒ; +δέ ℵGLX 33. **iam** *om.* ƑM *non gr.* **manifestatus est** (*ἐφανερώθη*): manifestauit se G *b c e*, ostendit se *a r, et ἐφανέρωσεν ἑαυτόν* X *min.* **iesus**: *om.* E *cum gr.* S 234. **discipulis** (cum discipulis DE) *sine addit. codd. plur. a e ff₂ aur. et gr.* ℵABCL *min.*: +suis BƤIORTW *vg. b c d f r Aug.*, +eius δ, *et* +*αὐτοῦ* DXΓΔ *etc.* **cum** (quum Θ) **resurrexisset** ACDEΘIMTRSTWXŲSℭ *c ff₂* δ *aur.*,

15 cum ergo prandissent
(227. 9) dicit simoni petro iesus
simon iohannis diligis me
plus his?
Dicit ei etiam domine
tu scis quia amo te
dicit ei pasce agnos meos.
16 (228. 10) Dicit ei iterum simon iohannis
diligis me?
ait illi etiam domine
tu scis quia amo te.
(229. 9) Dicit ei pasce agnos meos.
17 (230. 10) Dicit ei tertio simon iohannis
amas me?
contristatus est petrus
quia dixit ei tertio amas me?
et dicit ei domine tu omnia scis
tu scis quia amo te.

---

iam tertio. manifestatus est iesus discipulis suis. postquam resurrexit a mortuis. [15] cum ergo manducassent. dicit simoni petro iesus. simon iohannis diligis me plus his. dicit ei. etiam domine. tu scis quia amo te. dicit ei pasce agnos meos. [16] iterum dicit ei iesus. simon iohannis. diligis me. ait illi. etiam domine. tu scis quia amo te. dicit ei pasce oues meas. [17] dicit ei iesus tertio. simon iohannis. amas me. contristatus est petrus quia dixit ei tertio amas me. et dicit ei. domine. tu omnia nosti. tu scis quia amo te. dicit

---

postquam resurrexit *a* (> a mor. res.) *f r*: cum surrexisset BFPFGHKMOVYZS *Bentl.*, postquam surrexit *b e*, surgens *d*.

15. quum CΘ, qum H. prandidissent M *b ff₂ r aur.*, -diderunt *a*; manducassent *f*. dixit E. **simoni**: i *fin. sub lin.* R; symoni CDW; simon E; *om. a e.* > iesus sim. petro ET (*a*) *c d ff₂ cum gr.* D. > dicebat dominus iesus sim. petr. M*mg*. *om.* **iesus** *Aug. cum gr.* S *min.* symon CD. **iohannis** (ioh⁻ D, ioannis S, iohannes BH *e*) = ἰωάννου ℵ[a]BC*DL: bariona *c et* ἰωνᾶ AC[c]XΓΔ (io⁻ δ) *etc.*; iona *hic et* 16. 17 *edd. Maresch.* 1531, *Uiuian et Iunta* 1534. diliges B *b* (*et* 16), dilegis DP; amas *a e*; *gr.* ἀγαπᾷς. **plus his** (hiis RW, quam istos *d*) *om. a b c e ff₂* r aur. cum gr.* 1. 22. 2[pe]. **dicit** *sec.* . . . **meos** *om.* T* (+*mg.*). *om.* **ei** *pr.* D. eciam W, aetiam E; utique *a b e r.* **etiam domine** *om.* T*mg*. *om.* **tu sc. q. amo te** *a e r.* qui[a]amo M. **amo** (φιλῶ) *omnes.* **ei** *sec. om. gat.* (*non autem* E). **pasce** (βόσκε) *omnes et uersio Iberica* (*Georg.*) azoven (=pasce). **agnos** (hagnos C) **meos** = τὰ ἀρνία μου ℵABC[2]LX *etc.*: oues meas Θ *a b c d e r et* τὰ πρόβατά μου C*D 36[ev]. *post* **dicit** *tert. def.* O.

16. **dicit ei iterum** *codd. plur. et vg. et gr.* AB LX *etc.*: > iterum dicit ei *b f cum gr.* ℵC; dicit **ei** secundo *c e*, di. ei iterum secundo δ; *gr. plur.* λέγει αὐτῷ πάλιν δεύτερον, *sed om.* δεύτερον ℵ* 249, *om.* πάλιν D; *deinde* + iesus *f*, + dominus *d et* D*gr*. **iterum . . . me** *om.* T*(+*mg.*). symon CD *et* 17. ioannis S, ioh⁻ D, iohs̄ δ, iohannes H *a ff₂*; bariona *c*, *uide u.* 15. dilegis DP; amas *a d e*; *gr.* ἀγαπᾷς. **me** + et D. **ait**: a *casu om.* V. **illi**: ille HΘ. et iam R, aetiam E, eciam W; ita *c*, utique *a e r*. *om.* **ait illi etiam** T*mg*. **amo** (φιλῶ): diligo *ff₂*. *om.* **tu scis q. amo te** *a.* **dicit ei** *sec.* + iterum S *edd. Hailbr.* 1476, *Wild* 1481, *Kesler* 1487, *Paganini* 1497, *Froben* 1502, *Sacon* 1515, *et* 1519 (dixit). **pasce** (pasces M) = ποίμαινε: *uersio Iberica* (*Georg.*) da'mtsqsen (*anglice* tend *et sic Reu. Uers. Angl.*), *cf. Erasm.* '*bis dixerat* βόσκε *id est* pasce *siue* ale, *semel* ποίμαινε *id est* rege.' **agnos meos** *codd. et vg. et aur. contra graecum*: oues meas E *a c d e f ff₂ r* δ *et* τὰ πρόβατά μου ℵAXΓΔ *etc.*, μου τ. π. D; ouiculas meas *b Ambr. in Luc. lib.* X *col.* 1542 (*uide ad u.* 17), *Lucif.* (*de non parc.*) *c.* xi '*petro dicit beato* pasce agnos meos *et iterum* pasce ouiculas meas' (*ed. Hartel p.* 233), *et* τὰ προβάτιά μου BC 19.

17. **ei** *pr.* + iesus *f*. tercio *bis* W; ·III· *pr.* D; tertium *pr. d*. ioannis S, ioh⁻ D, iohs̄ δ, iohannes *a ff₂*; bariona *c*, *uide u.* 15. **amas me** *pr.* (φιλεῖς με): á me K; dilegis me D*(*corr.* D*mg*) *sed cf. Ambr. in Luc. l. c.* '*denique tertio dominus non iam* diligis me *sed* amas me *interrogauit*'; *deinde* + et *m*. **contristatus est** *partim in ras.* G. **est**: *om.* D; + symon DE. **dixit**: dicit EY. **ei** *sec. om.* Z. **tertio** *sec.* + symon ioh⁻ D (*sed exp.*). **amas** *sec.* (φιλεῖς) *omnes.* **et** *cum* FCEP FGΘIKMRVWXZ *vg. c d e f ff₂ m* δ *aur. Aug. et gr. plur.*: *om.* ABDHMTSTY *a b r Tisch. et gr.* A. *om.* **dicit ei domine . . . amo te** D. **dicit** *sec.*: dixit *vg. m r et gr.* BCΓΔ *etc.* **ei** *tert.*: *om. ff₂ cum gr.* B 249; + etiam *b*. *om.* tu *pr. c* (*r*). > tu domine X[1]. **tu omnia** (σὺ πάντα AC[3]XΓΔ *etc.*): > omnia tu PKTZ *a* (> omnia tu nosti domine) *d e ff₂ m* (*codd. aliq.*) *aur. et gr.* ℵBC*D 33. **scis** *pr.* (οἶδας): *melius* nosti *cod. caraf.* SS *a c e f m r aur.* > scis omnia *b*. **tu scis** *om.* ERT *r gat.* **scis** *sec.* (γινώσκεις): nosti *b ff₂*, cognoscis δ.

(231. 9) Dicit ei pasce oues meas.
18 (232. 10) Amen amen dico tibi
cum esses iunior cingebas te
et ambulabas ubi uolebas
cum autem senueris extendes manus
tuas et alius te
cinget et ducet quo non uis
19 hoc autem dixit significans
qua morte clarificaturus
esset deum
et hoc cum dixisset
dicit ei sequere me
20 conuersus petrus uidit
illum discipulum quem
diligebat iesus sequentem
qui et recubuit in caena
super pectus eius et dixit
domine quis est qui tradit te?
21 hunc ergo cum uidisset
petrus dicit iesu
domine hic autem quid?
22 dicit ei iesus si sic eum uolo manere

---

ei iesus. pasce oues meas. 18 amen amen dico tibi. cum esses iubenis. cingebas te ipsum. et ambulabas ubi uolebas. cum autem senueris. extendes manus tuas. et alius te cinget. et ducet quo tu non uis. 19 hoc autem dixit. significans. qua morte clarificaturus esset deum. et hoc cum dixisset. ait illi. sequere me. 20 conuersus autem petrus uidit illum discipulum quem diligebat iesus. sequentem. qui et recubuit in caena. super pectus iesu. et dixit. domine quis est qui tradidit te. 21 hunc ergo ut uidit petrus. dixit ad iesum. domine hic autem quid. 22 dicit ei iesus. si eum uolo manere donec ueniam. quid ad te.

---

amo (φιλῶ) *omnes.* **dicit** *tert.*: dixit 𝔖𝔈 *a.* **ei** *quart.* + iesus *f δ et gr.* ABCXΓΔ *etc.* **pasce** (βόσκε) *omnes.* **oues** (houes C) **meas** = τὰ πρόβατά μου ℵDXΓΔ *etc.*: agnos meos E *gat. et* τὰ ἀρνία μου Λ; ouiculas meas *Ambr. de fid. l.* V *ad init.* '*Petrus . . . qui tertio meretur audire* pasce agniculos meos, pasce agnos meos, pasce ouiculas meas'; *sed contra in Luc. l. c.* '*iam non* agnos *ut primo . . . nec* ouiculas *ut secundo, sed* oues *pascere iubetur*'; *item* τὰ προβάτιά μου ABC.

18. quum *bis* Θ, qum H. aesses C. iuuenior C^{c}T *c ff$_2$*; iuuenis *d f q r*; adulescentior *a e*. ci^{u}gebas H, cinguebas D; praecingebas *a* (-ges) *b c e ff$_2$ r*. teipsum *a d f δ*. ambulas E *a*; ibas *c*. **ubi** (hubi C) **uolebas**: *om. b*; quo uis *a*. saenueris C. *om.* **ext. m. tu. et** *e*. extende X (*partim in ras.*). manum tuam M* (*corr.* M^{1} *et* + as *lapsu*). **alius**: alter *a*; alii *d et gr.* ℵ*C^{2}DΠ *min.* ἄλλοι. cinguet D; cingit *a*; praecinget *b c e ff$_2$* (-git) *r aur.*, cingent *d et gr. ut supra.* ducit EM *b*; ducent *d*; ἀποίσουσιν ℵ^{c}Π *min.*, οἴσουσιν C^{3} 33, απαγουσιν D; + te *a c d ff$_2$ δ et gr.* ℵ^{c}AD *min. pauc.* **quo** + tu DEG𝔗𝔖𝔈 *b c d e f ff$_2$ aur. Aug.*

19. **hoc** *pr.*: haec R *d cum gr.* D. quam *a*; qua uel quali *δ*. mortem G *a*. glorificaturus esset X, honorificaturus es. *a*, honoraturus es. *e*; honoraret *r*, honorificabit *d*. aesset C; est T. **deum**: eum *e*. quum Θ, qum H. > cum hoc 𝔉E(Θ)KVWZ *vg. b aur.* hoc dicto *c e*, h. dicens *δ*. *om.* **et hoc c. dix.** *a*. **dixisset** + et R. **dicit**: dixit E.

20. **conuersus** + autem H^{mg}ΘM *d f δ et* + δέ ℵDX *etc.*; et conu. *a ff$_2$*. **petrus**: + et E; + dixit D* (*sed exp.*). uidet *d cum graeco* βλέπει. *om.* **illum** *a d e r δ*. > disc. illum X. dilegebat D. ihesus C *et* 21, 22. sequenteme + se D. > seq. quem dil. ies. *c*. > et qui D *ff$_2$*. recumbuit 𝔓; recubuerat *a e ff$_2$*. **caena** (*cf.* xiii. 2, 4 *etc.*) CD𝔓 GΘIKMTV: cena AB𝔉EFHMRSTWXYZ (*post* ce *def.*), coena *vg.* supra B *a q*. **pectus** *ex* petrus R. **eius**: iesu *a f cum gr.* C^{vid}, *et* > super pectus iesu in cena *r*. **et** *sec.* + ei X (*ut uidetur*). dixerat *a c ff$_2$*, dicit R; + ei *ff$_2$*, + illi *d cum gr.* ℵCD. 33. **quis**: qui T*. > quis domine D. **qui tradit** (ὁ παραδιδούς) *cum* AB𝔓SY *r Bentl.*, q. prodit *q*, q. tradidit F *d f*: qui tradet 𝔉CDEGHΘIKMMᵀ RTVWX *vg. a b c ff$_2$ δ aur. Aug.* **quis est . . . domine** *u.* 21 *om. e*.

21. **ergo** *om. δ et gr.* AXΓΔ *etc.* quum Θ, qum H. **dicit** (λέγει): dixit 𝔖𝔈 *f r cum gr.* ℵ **ειπεν.** **quid** + est 𝔓^{mg}.

22. dixit 𝔖 *et ed. Sacon* 1519. **si sic** (*cf. gr.* D εαν αυτον θελω μενειν ουτως *et* si eum uolo sic manere *d*) *edidimus cum* 𝔉F*H*(*erasit* si *cor.*)V *ff$_2$ M. B. Cott. Tib.* A. II, *Harl.* 2826, *Oxon. Laud. Lat.* 26, *Par. lat.* 2. 261. 262*, *cod. Donatiani ap. Erasm., et Dionys. oblongo ap.* 𝔗, *codd. ap. Marianum Uictorium, de quibus uide infra, Bentleio* (*ut uidetur, cf. praef. nostram p.* xxvi), *cf. et Hieron. Iouin.* i. 26 'quid ad te si eum uolo sic esse,' *ubi M. Uictorius laudat cod. gr.* '*quem Tridentum attulit Claromontanensis Episcopus anno Domini* 1546' (*i. e.* D^{gr}) . . . '*cui consentit*

donec ueniam
quid ad te? tu me sequere.
[23] Exiuit ergo sermo iste
in fratres quia discipulus
ille non moritur
et non dixit ei iesus non moritur
sed si sic eum uolo manere
donec ueniam quid ad te?
[24] Hic est discipulus qui testimonium
perhibet de his
et scripsit haec
et scimus quia uerum est
testimonium eius
[25] sunt autem et alia multa

---

tu sequere me. [23] et exiuit hic sermo ad fratres. quia discipulus ille. non moritur. et non dixit ei iesus. quia non moritur. sed si eum uolo manere donec uenio. quid ad te. [24] hic est discipulus qui testimonium perhibuit de his. et scribsit haec. et scimus quia uerum est testimonium eius. [25] sunt autem et alia multa. quae fecit iesus. quae si scribantur singula. nec ipsum arbitror. mundum capere. eos qui scribendi sunt libros. amen.

Latinus qui est in Basilica S. Pauli, a Carolo Magno illi Ecclesiae donatus, et uulgatus ubique Sacrarum Missarum Codex, et alii tres, duo qui sunt in monasterio Sublacensi, et tertius quem ego legi in monasterio S. Dionysii Parisiensis'; codices tamen Missarum et editiones, quae contulimus, fere omnes in euangelio Festi S. Iohannis legunt sic eum uolo, *nisi unus sc. M. B. Add.* 17742 *saec.* XIII *qui habet* si sic. *Correctio Alcuiniana est; sed lectio Hieronymiana uidetur cum ab ipso Hieronymo usurpetur et in ueteribus non appareat, ff₂ enim codex mixtus est*: si (ἐάν *graeci*) M *e f q* δ *codd. Corsendonk.* (*i. e. Berolin. Bibl. Reg. Theol. lat.* 4to, 4) *et Constantiensis ap. Erasm., Uat. Reg.* 14 (*saec.* X, *uide Blanchinum Eu. Quadr.* II. *p.* DCIIII *et Uallarsium in ed. Hieron. Diu. bibl.* X *p.* 871), *edd. Maresch.* 1531, *Uiuian et Iunta* 1534, *Sonnius* 1628, *et maluit* si *ipse Erasm.*; sic ABCDE℘F²GH^cΘIKMᵀRSTWXY *vg. b c r aur., cor.ˢ uat.* ('sic *ant. Aug. glo., sed grecum hic et infra* si'), *Ambr. in Pss. et in Luc., Aug. in Ioh.; credidit Erasm. ex contextu Augustinum in commentariis legisse* si, *et* sic '*ab indocto quopiam corruptum esse*'; *sed uide tr.* 124 *in Ioh.* §§ 1, 2, 3 ('*manet tamen quaestio cur dixerit dominus de homine morituro* sic eum uolo manere donec ueniam'), 5, 6 ('uolo eum manere, *id est expectare,* donec ueniam'), *ubi numquam uerborum sententiam hypotheticam animaduertit; cf. et H. Bukentop 'Lux de luce' pp.* 281–2 *qui Zegeri et Fr. Lucae Brugensis notas utiles laudat. I. Rendel Harris* ('*Study of Cod. Bezae*' *Cantabr.* 1891 *p.* 33 *seq.*) *credit* sic *hoc loco ex uulgari et antiqua consuetudine pro* si *scriptum esse, ut in cod. Bezae Act.* v. 38, vii. 2; *certum enim est has particulas etymologia penitus coniunctas esse, neque nos negauerimus in uett. latt. et Irenaeo* sic *forsan pro* si *alibi scriptum fuisse, ut in cod. Lugd. Leu.* v. 1, *et in k Mc.* xi. 43 *et* D *Lc.* xii. 26 *et* D℘^mgR *ib.* 49; *sed cum mentem Hieronymi exquiramus, in nostra lectione adquiescimus. Deficiunt codices* ΔJOQZ *a*.

23. exiit D℘*(*corr. mg.*)ℌ𝔈, uenit uel exiit δ. **sermo iste** (ὁ λόγος οὗτος AXΓΔ *etc.*) *et* δ, uerbum hoc *r*: > hic sermo *uett. rell.*, hic uerbus *d*, οὗτος ὁ λόγος ℵBCD *min.* **in** (εἰς) *cum* A℘FCDFGIM ST*Y* *a e*: inter BE℘PHΘKMᵀRT^cVWXY^saz *vg. q r* δ *Aug.*; ad *f*, apud *b c d ff₂ aur.* **fratres** + et putauerunt *d et* D^gr. moreretur CD(morir.)T *a b*; morietur *c.* **et non dixit** (καὶ οὐκ εἶπεν ADX *etc.*): *om.* et ℘R *aur.*; > non dix. illi autem *c*, *et* οὐκ εἶπεν δέ ℵBC 33. **ei**: *om.* R *a r et gr.* 69; illud *d et* D^gr. **iesus** *sine add. codd. vg. uett. plur. cum gr.* DΛ: + quia W *c f ff₂* δ *Bentl. et gr. plur.* morietur CT *b c ff₂ q*¹; moriretur D; morieris *d e r et* ἀποθνησκεις D. **si sic** (*uide ad u.* 22) *cum* GMV *cod. Donatiani ap. Erasm.*: si (ἐάν) *Oxon. Laud. lat.* 26, *Par. lat.* 2. 262, *codd. Constantiensis, Corsendonk., et Dionys. oblong., d e f q* δ (*sed forsan inceperat* sic *scribere*); sic AB℘FCDE℘FH ΘIKMᵀRSTWXY *Par. lat.* 261 *vg. a b c r aur. Aug., edd. Maresch.* 1531, *Uiuian et Iunta* 1534, *Sonnius* 1628; *om. ff₂*. > uolo eum *c.* remanere *c q*. > uolo man. eum *ff₂*. **ueniam** *cum* CDEI KM¹(*ut uidetur*)MᵀVWX* *vg. q r* δ *Aug.*: uenio AB℘FPFGHΘM*RSX^cY *a b c d e f ff₂ aur. om.* **quid ad te** D *a* ℓ *cum* ℵ* 1. 22. **ad**: a H. **te** + tu me sequere E *c.*

24. di^scipulus R; + ille E *vg.* (*non cod. caraf.*) *Aug. et edd. ant.* test. peribet T; test. perhibuit ℘FD *f*; test. dat *d*; testificatur *a q*; + ueritati D* (*sed exp.*); + de me *ff₂*. de hiis E℘; de iesu *a e* (-sum). **et** *pr.* (καί *plur.*): + qui BF *b d e ff₂ q r Bentl. et* καὶ ὁ BD; > qui et *c et* ὁ καί ℵ^a 33. 69. 122**. 124 *etc.*; *libere a* et quis scripsit haec scimus et scimus *etc.* scribsit ℘FEFGSX*Y, scribit *r.* hec W; > et qui de eo scr. *e.* testimonia E. > eius test. *d aur. cum gr.* D 48^ev *Cyr.*

25. *inc.* et alia autem multa (+ facta quae *ff₂*^c)

quae fecit iesus
quae si scribantur per singula
nec ipsum arbitror mundum

capere eos qui scribendi
sunt libros amen

EXPLICIT EUANGELIUM SECUNDUM IOHANNEM.

---

fecit ies. quae ff_2; et alia (+quidem *b r*, +autem *e*) multa fecit iesus quae *a b e r*. **multa**: plura *d*; +quidem *c*. *post* **quae** *pr. def.* B. **fecit iesus** (ihesus C; christus iesus *d*): non sunt scripta *gat.*; +quae non sunt scripta in hoc libro *b*. scriberentur *bis* ff_2 (*r*), *pr. a, sec. b e*; scribebantur *pr. b*. **per singula** (*καθ' ἕν*): *om.* **per** R *e f r*; singulariter *d*. **ipsum**: uniuersum *forsan q* (*sed membrana lacerata est*). **arbitror**: existimo *a*, aestimo *q*, facile puto *d* (*cf.* xii. 42). hunc mundum *e*. **capere** + posse $H^{mg}\Theta W$ *vg. a et* > posse capere mundum *q*. **eos q. scr. s. libros**: scribendos libros δ; qui scriberentur libri *e*, q. scribuntur libri *d q*; et libros qui scribantur *a*, eos l. q. scriberentur *b* ff_2. **libros**: +finit R; +deo gratias V. **amen** *leginus cum* APGMRSVXY *c f r et gr.* EGKMSUXΓΔ *etc.*: *om.* ΦCDEFHΘIKMTW *vg. a b d e* ff_2 *q* δ *aur. et gr.* ℵABC^{vid}D *min.*; *deinde* +deo gratias ΦI.

explicit euangelium secundum iohannem *cum* AΦΨP(finit)HKMTTX *a*: explicit liber secundum iohannen Y; > euangelium secundum iohannem explicit G *b* (+in deo) *d f* ff_2; secundum iohannem explicit *q r* (+pax, pax, pax); explicit ordo euangelicus incipit ordo apostolicus Θ; expt. ·IIII·or aeugtu E; finita sunt aeuanguelia numero quatuor matheus marcus lucas iohannis D; explic. in nomine domini nostri iesu christi euangelia quattuor secundum mattheum secundum marcum secundum lucan secundum iohannem M; *nihil habent* CIRSV *vg. e* δ *aur.*; *deinde* +in nomine domini nostri iesu christi G; +deo gratias ΦI; +deo gratias semper amen X; +uersꝰ Ī DCCC (*i. e.* mille octingenti) K; +matheus uersus habet ·II DCC, marcus Ī DC, lucas II DCCCC, iohannis II CCC, et facit totum UIIII CCCC D; +proemendaui ut potui secundum codicem de bibliotheca eugipi praespiteri quem ferunt fuisse sc̄i hieronimi indictione ·UI· p̄. coñ. bassilii ·ūC· anno septimo decimo Ψ *uide praefationem p.* xi.

DELECTUS NOTULARUM IN IOHANNE LECTORIS NOTATU DIGNIORUM.

1. Notae orthographicae :—

   i. 19 **hierosolymis** ; iv. 5 **sichar**; 42 **loquella** ; vi. 9, 13 **hordiacios**; 71 **scariotis** *cf.* xii. 4, xiii. 2, 26, xiv. 22 ; vii. 2 **scenopegia** ; ix. 16 **schisma** ; x. 22 **encenia**; xi. 54 **ephrem** ; xix. 13 **lithostrotus**.

2. Idem uerbum Graecum diuerse redditum :—

   iii. 3, 4 **γεννηθῆναι nasci** *et* renasci ; **ἄνωθεν denuo** *et* de nouo ; **δεύτερον iterato**, iterum, rursus ; 16 **μονογενής unigenitus** *et* unicus ; v. 7, xi. 1 **ἀσθενῶν languidus**, languens, infirmus *etc.* ; vi. 12 **ἐνεπλήσθησαν impleti** *et* saturati ; xii. 23 *et saepius* **δοξάζειν glorificare**, clarificare, honorificare, honorare, magnificare ; xii. 47 **σώζειν saluificare**, saluum facere, saluare ; xvi. 23 **ἐρωτᾶν rogare** *et* interrogare.

3. Tempus praesens et futurum :—

   uenit *et* ueniet ; iv. 21, 23, 25, 35, v. 24, ix. 4, xi. 48, xiv. 30, xvi. 2, 7, 25.

   habetis *et* habebitis ; vi. 53, xii. 8, xiii. 8, xvi. 33 ; *cf.* xiv. 19, xv. 27.

   quaeritis *et* quaeretis ; vii. 34 (*q. u.*), 36, viii. 21, xiii. 33. *Cf. et* iii. 18, vi. 54, vii. 8, x. 5, 12, xi. 10, xii. 24, xiii. 38, xiv. 23, xxi. 20.

4. Tempus praesens et perfectum :—

   iii. 12 **creditis** *et* credidistis, *cf.* vi. 36, 69, xvi. 27.

   v. 43 **accipitis** *et* accepistis, *cf.* xxi. 13. i. 26 **stetit** *et* stat, *cf.* viii. 44.

   v. 45 **speratis** *et* sperastis ; viii. 49 **inhonoratis** *et* inhonorastis ; xvi. 27 **amatis** *et* amastis. *Cf. et* v. 24, viii. 29, xiii. 5, xv. 6, 14, xx. 5, 6, 14.

5. Modus indicatiuus et subiunctiuus :—

   v. 6 **habet** *et* haberet ; xx. 9 **oportet** *et* oporteret ; xx. 15 **esset** *et* est, *cf.* xxi. 12 ; ix. 28 **es** *et* sis ; v. 45 **accusat** *et* accuset ; xi. 56 **ueniat** *et* uenit ; xv. 15 **facit** *et* faciat ; viii. 50 **qui quaerit et iudicat** *et* q. quaerat et iudicet. *Cf. et* viii. 14, xvi. 21.

6. Ignauia Hieronymiana :—

   iv. 46 **regulus**. ix. 31 **audit** = **ἀκούει** ; *eodem uersu* **exaudit** = **ἀκούει**.

7. Lectiones uariis de causis notatu dignae : —

   i. 3, 4 **sine ipso factum est nihil. Quod factum est, in ipso uita erat** ; 31 **israhel** *datiuo casu*, iii. 10 **in israhel** *pro genetiuo* ; ii. 13 **prope erat** *et* properabat ; iii. 20 **mala agit**, *cf.* v. 29 ; v. 2 **super probatica, piscina** ; 4 *de angelo* ; 13 **turba constituta** ; vi. 23 **gratias agente domino** ; vii. 39 **non enim erat spiritus datus** *etc.* ; viii. 25 **principium, quia** ; ix. 3 **ut manifestentur opera** ; 6 **leuit**, linuit, liniuit *etc.* ; x. 16 **unum ouile** ; 29 **maius omnibus est** ; xiii. 10 **ut lauet** ; xvi. 13 **docebit uos omnem ueritatem** ; xviii. 18 **calefiebant** ; xix. 34 **aperuit** ; xx. 25 **fixuram** ; xxi. 12 **discentium** ; 15, 16, 17 **pasce agnos meos, oues meas** ; 22, 23 **si sic**.

EPILOGUS

ANNO MDCCCXCVIII

EDITUS

PAG.

CAP. I. DE CODICIBUS GRAECIS QUIBUS S. HIERONYMUS USUS FUERIT 653
Summarium in lectoris commodum concinnatum 653
PARS I. DE HIERONYMI PROPOSITO 655
PARS II. DE INDOLE CODICUM GRAECORUM EX LECTIONIBUS 657
Tab. I. Loci ex commentariis in Mattheum 658
II. Loci ex aliis commentariis et tractatibus 659
III. Correctiones contra Graecum et ueteres Latinos 660
IV. „ „ „ cum auctoritate Latina 662
V. „ cum auctoritate Graeca contra uett. Latt. 664
VI. Lectiones quae auctoritatem partim Graecam partim Latinam habent . . 666

CAP. II. DE NOUIS ADDITAMENTIS QUOAD CODICES 672

CAP. III. CAPITULA NOUA 674
In Mattheum p. 674; in Marcum p. 692; in Lucam p. 697; in Iohannem p. 703.

CAP. IV. DE PATRIA ET INDOLE CODICUM NOSTRORUM 705
1. De patria et origine codicum primae classis AΔH*SY; OX; JMP; F, ℑP; Z . . 705
2. De patria et origine codicum secundae classis DELQR; BℱG; CT 707
3. De indole codicum primae classis 708
§ 1. Codices Italo-Northumbrici AΔ(H*)SY 708
§ 2. „ Cantuarienses OX 710
§ 3. „ Italici JMP 710
§ 4. Codex Capuano-Fuldensis F. 711
§ 5. „ Lucullano-Epternacensis ℑP 712
§ 6. „ Harleianus Z 712
4. De indole codicum secundae classis 713
§ 1. Codices Celtici DELQR 713
§ 2. „ Gallici BℱG 716
§ 3. „ Hispanici CT 717

CAP. V. DE TEXTUS HISTORIA 719
1. Recensio Theodulfiana H^{c}Θ 719
2. „ Alcuiniana KV, M' 720
3. Codex Sarisburiensis W 720
4. Libri impressi 721

CAP. VI. DE REGULIS A NOBIS IN TEXTU CONSTITUENDO ADHIBITIS 725

CAP. VII. MISCELLANEA QUAEDAM. 733
1. De colis et commatibus codicis Amiatini et editionis nostrae 733
2. De stichorum numeris in euangeliis 736
3. De sectionibus Ammonianis in euangeliis 737

CAP. VIII. EMENDANDA, CORRIGENDA, ET ADDENDA 739

CAP. IX. INDICES UERBORUM ET NOMINUM PROPRIORUM ORTHOGRAPHIAE MAXIME CAUSA CONFECTI 744
1. Index uerborum 744
2. Index nominum propriorum 773

Cap. I. DE CODICIBUS GRAECIS QUIBUS S. HIERONYMUS USUS FUERIT.

Ut lectorum commoditati consulamus, res praecipuas sub hac quaestione tractatas hic summatim referemus.

Pars I. Imprimis ipsius Hieronymi propositum praesertim in Euangeliis emendandis declaramus. Qui in hoc opere a uersionibus Latinis tunc temporis uulgatis exorsus, praecipue ab illa forma quae in codice Brixiano (*f*) extat, ad Graecam ueritatem tantum corrigere uolebat cum sensus postularet uel ita Latini testes uariarent, ut inter eos necesse diiudicandum esset, uel scribae, quod deesse in quouis euangelio credebant, ex alio addidissent.

Pars II. In hoc correctionis opere quos et quales codices Graecos adhibuit? Huic quaestioni respondemus:

(1) collatis quae ipse scripserit de locis difficilioribus uel eminentioribus
  (*a*) in commentariis ad S. Mattheum;
  (*b*) in commentariis ad alios S. Scripturae libros et in ceteris tractatibus ubi Euangelia citat [uide tabulas I, II].

(2) scrutando textum qui in Euangeliorum editione sine dubio Hieronymianus est [uide tabulas III–VI]. Utraque ex parte eadem fere colligimus. Duplex scilicet codicum Graecorum uel saltem lectionum Graecarum genus in manibus Hieronymi fuisse credimus, alterum quod ab omnibus iam extantibus codicibus discrepat, alterum quod cum familia ℵBL concordat.

(A) Primum genus apparet partim in commentariis quos in tab. II citamus, sed clarius in lectionibus ipsis, ubi ueteres Latinos correxit contra auctoritatem omnium codicum Graecorum nobis iam cognitorum [uide tabulam III]; sed et idem quamuis minus clare perspicimus ubi contra auctoritatem Graecam Latinos testes aut omnes aut aliquot sequitur, e.g. in Matt. viii. 30 ubi legit **non longe** contra Graecum *μακράν* [uide tabulam IV]. Tales etiam lectiones in ceteris commentariis et tractatibus praesto sunt.

(B) Secundum genus lectionum, quod cum familia Graeca ℵBL et subinde cum D concordat, uariis modis perspicitur

(i) partim ex commentariis in Mattheum [tabula I] et aliis tractatibus [tab. II];

(ii) ex correctione Hieronymiana in Euangeliorum editione. Pauci sunt loci ubi Latinos omnes deserat, sed satis multi et satis clari ut ostendant societatem lectionum ab ipso probatarum cum familia ℵBL [uide tabulam V];

(iii) ex correctione textus, quem critici uocant, Itali, qui ut diximus Hieronymo pro fundamento est. Hic textus, qui praecipue in cod. *f* conseruatur, non solum interpretationem ueterem stilo elegantiori emendabat, sed etiam lectiones nouas protulit. Notatu certe dignum est in ista emendatione Itala eminere lectiones quae in maiori parte codicum Graecorum apparent, quas recensioni Syrae uel Antiochenae adiudicant Westcott et Hort. Has lectiones magna ex parte quamuis non ubique abicit Hieronymus ut lectiones codicum ℵBL et subinde D sequatur [uide tabulam VI, classem i].

Notatu etiam dignum est auctorem nostrum opus non eadem mente neque plene perfecisse. Lectiones enim Italas huiusmodi in Mattheo et Marco tantum et in prima parte Lucae corrigit. In posteriori autem parte Lucae et in primis capitulis Iohannis stilo temperauit et codicis Brixiani lectiones propius secutus est. In posteriori parte Iohannis quasi medius incedit [uide tabulam VI, classes ii et iii].

DE CODICIBUS GRAECIS QUIBUS S. HIERONYMUS USUS FUERIT.

Pars I. De Hieronymi proposito.

Ut hanc difficillimam quaestionem quam commodissime adgrediamur, et cum spe optima enodationis, considerandum est ante omnia quid Hieronymi ipsius propositum fuerit et a quo fundamento exorsus sit. Imprimis ergo recordamur uirum illum a iuuentute maxime Latine doctum, et ut ipse testatur Ciceronianum[1] fuisse. Porro cum Romae annis 382–385 degeret, et hoc opus Euangeliorum emendandorum anno 383 perficeret, colore aliquo Romano imbutum fuisse uerisimile est. Damasi enim Pontificis (A.D. 366–384) amicus et in scripturis interpretandis magister[2], haud dubie tunc temporis ad spei suae quasi saecularis culmen efferebatur, et Episcopatus Romani dignitatem expectabat et fortasse ambiebat[3].

Quid mirum ergo si occasionem a Damaso oblatam leges dandi orbi Christiano, quamuis non sine periculi imminentis sensu, arriperet? Quid mirum si parum temporis in hoc opere conficiendo insumeret, et Latino fundamento, potius quam Graeco, instrueret?

Hoc certe ex epistula sua ad Damasum elucet neminem eo tempore uersionis nouae ex Graecis scripturis faciendae mentionem fecisse. Obseruabant multi, praecipue ut uidetur in ecclesia Romana, discrepantiam codicum Latinorum qui priuatim et in coetibus fidelium legebantur. Damasus, satis recte perspiciens id ad officium suum pertinere, Hieronymum coegit ut necessitati ecclesiae succurreret, et uariis Latinis exemplaribus, qui tunc diuulgabantur, examinatis, et uarietate illarum perpensa, quae cum Graeca consentirent ueritate decerneret. Munus suscepit Hieronymus, sed (ut diximus) periculi conscius, et hac ratione ut ipse testatur confecit.

---

[1] Uide *Epist. ad Eustochium* xxii. § 30 ubi in somnio ad tribunal iudicis se raptum narrat, et mendacio incusatum, cum non uere Christianus sed Ciceronianus esset. Scripta est autem haec Epistula, ut uidetur, anno sequenti A. D. 384.

[2] Uide *Epistulas Damasi* viii et ix (Migne *P. L.* tom. 13, pp. 371, 372) ubi de uariis scripturis interrogat.

[3] Uide S. Hieron. *Ep. ad Asellam* xlv. § 3, 'Antequam domum sanctae Paulae nossem totius in me urbis studia consonabant. Omnium paene iudicio dignus summo sacerdotio decernebar. Beatae memoriae Damasus meus sermo erat. Dicebar sanctus, dicebar humilis et disertus.' Quae epistula scripta fuit anno 385 ad Ostiam, Roma iam relicta. 'Summus sacerdos qui est episcopus' scribit Tertullianus *de Bapt.* c. xvii, quem imitatur Hieronymus *adu. Lucif.* 9, e.g. 'ecclesiae salus in summi sacerdotis dignitate pendet'; cf. et *Ep. ad Dam.* supra p. 1. In Sacramentario ueteri Romano, quod saeculo VI tribui potest, usurpatur 'summum sacerdotium' pro officio Episcopi. Cf. etiam *Conc. Carth.* III (A.D. 397), can. 26, 'Ut primae sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum aut summus sacerdos aut aliquid huiusmodi sed tantum primae sedis episcopus.'

Imprimis eos locos potissimum respexit ubi Latini interpretes discordarent, ut scribit: 'Hoc (i. e. nouum testamentum) cum in nostro sermone discordat, et diuersos riuulorum tramites ducit, uno de fonte quaerendum est.'

Secundo loco, cum censuram euitare uellet, menda minoris momenti praeteriuit. Scribit enim: 'Quae (i. e. euangelia) ne multum a lectionis Latinae consuetudine discreparent, ita calamo temperauimus ut, his tantum quae sensum uidebantur mutare correctis, reliqua manere pateremur ut fuerant.' Mutabat etiam quae scribae singulis euangeliis ex aliis addiderant, cum narrationi aliquid deesse putarent: et huic malo etiam medelam afferebat pictis in margine numeris qui ad canones Eusebii et ad sectiones Ammonii lectorem reuocarent.

Tertio, cum Graecos codices adhiberet uix uidetur unum prae ceteris aestimauisse, sed generatim plerumque scribit uel de 'Graeca ueritate,' 'Graeco sermone,' 'Graeca origine,' etc., uel de 'codicibus Graecis,' 'codicum Graecorum . . . conlatione sed ueterum,' uel simpliciter de 'codicibus quibusdam,' 'codicibus ueris,' 'antiquis exemplaribus,' etc. Quae omnia parum lucis afferunt ad indolem horum codicum perspiciendam.

Uideamus ergo quid ex locis in commentariis adlatis et examinatis, et ex lectionibus ipsis quas editio Hieronymiana exhibet, arte critica colligi possit. Quod pro uirili in secunda huius tractatus parte faciemus. Sed prius obseruandum est nos in codice Brixiano (*f*) adminiculum firmissimum huic difficillimo operi possidere. Constat enim ex collatione perpetua quam necessario fecimus, et quam candidus lector pro se facere non negliget, hanc textus Latini formam uel aliam simillimam Hieronymo pro fundamento recensionis suae fuisse. Quam formam critici hodierni *Italam* uocant, S. Augustini notissimum nomen huic codicum Latinorum generi tribuentes— nec ut credimus perperam, cum Italus non idem cum Romano sonet, sed fere contrarium. Italia enim septentrionalis cum prouinciis adiacentibus sub uicario Italiae Diocletiani principis temporibus constituta est, et reliqua pars sub uicario Urbis. Italia etiam hoc sensu pro capite Mediolanum habebat, ita ut codices ex hac regione prouenientes *Italos* prae ceteris uocare consentaneum sit[1].

[1] Uide Ioachim Marquardt, *Römische Staatsverwaltung* i. pp. 81 seqq. (1873); et ita S. Berger, *Histoire de la Vulgate* etc., p. 6 (1893). Sed recentissime uir doctissimus F. C. Burkitt, *The Old Latin and the Itala* p. 54 (*Cambridge Texts and Studies*, 1896), coniecturam propouit, Italam scilicet (Afrae uersioni tacite oppositam) pro Romana, id est Hieronymiana accipi debere. Cum enim obseruasset Augustinum fere post annum 400 A. D. euangelia ex codice Hieronymiano in libro *de consensu Euangelistarum* et alibi citasse (quod nos quoque adnotauimus in *Commentariis ad Iohannem*), et publice in disputatione contra Felicem Manichaeum, coniecit eundem uirum cum *de doctrina Christiana* (II. 22) anno 397 scriberet, Hieronymi uersionem disertis uerbis laudare. Sed nostro iudicio Italus pro Romano tali in locutione simpliciter dici uix potest, et epistula Augustini 71 (inter Hieronymianas 104) scripta ad Hieronymum anno 403, gratias Deo agit de Euangelii interpretatione quasi de opere recenter cognito. Nihil certe de ea scribit in prioribus ad Hieronymum epistulis sc. 56 scr. anno 394, 67 anno 397, et 101 anno 402, quod mirandum esset si in opere ante sex annos publici iuris facto eam collaudasset. Hanc coniecturam non prorsus nouam esse monet von Dobschütz, cum appareat in dissertatione *De ui quam antiquissimae uersiones, quae extant, latinae, in crisin euangeliorum* IV *habeant* a C. A. Breyther edita, Merseburg. 1824. Ipse opinionem a Burkitt prolatam amplectitur *Theol. Literaturzeitung* 1897, xxii. p. 135.

Pars II. De indole codicum Graecorum ab Hieronymo usitatorum ex locis in commentariis adlatis et ipsarum lectionum testimonio.

Hic ut constat partem operis nostri difficiliorem adgredimur; auctores enim fere ad saeculum post Christum decimum sextum inter codices a se adhibitos raro distinguebant, nec conlationis perpetuae curam habebant. Precariae ergo sunt et probabiles conclusiones magis quam certae; sed cum ex diuersis regionibus in eundem finem tendant uere probabiles dici possunt.

Imprimis igitur locos examinabimus quos in libris propriis Hieronymus tractauit, quos duabus tabulis exhibemus.

I. Tabula prima continet septem locos ex commentariis in Mattheum (A.D. 398) qui omnes exhibent lectiones ab Hieronymo uel acceptas uel citatas quae cum Sinaitico (ℵ) concordant.

II. Tabula secunda continet locos praecipuos ex ceteris commentariis et tractatibus.

Deinde ad ipsum Euangeliorum textum propius scrutandum progredimur quem quadruplici modo tractamus ut sequitur (tabb. III–VI).

III. Tabula tertia exhibet lectiones quas et contra Graecos codices hodie notos et Latinos ueteres, euangeliis intulit Hieronymus.

IV. Quarta similiter lectiones contra Graecos hodie notos quas cum ueteribus Latinis omnibus uel quibusdam in textu manere permisit Hieronymus.

V. Quinta exhibet correctiones cum auctoritate Graeca factas quas Hieronymus contra ueteres Latinos textui intulit.

VI. Sexta lectiones continet quae auctoritatem partim Graecam partim Latinam habent, quas in classes tres diuidimus. Obseruabit lector has classes modum triplicem exhibere quo aduersus textum Brixianum (*f*) se gesserit Hieronymus,

(i) ubi lectiones nobis ex codd. ℵBL notas contra *f* et Graecos posteriores sequitur; quae maximum longe ex tribus numerum continet;

(ii) ubi Graecos posteriores et *f* sequi uidetur;

(iii) ubi Graecos posteriores contra lectiones ℵBL et *f* sequitur.

Obseruabit etiam lector tabulas tertiam et quartam uocari posse *correctiones contra Graecum*, quintam et sextam *correctiones cum Graeco*, i.e. contra Graecos hodie notos aut cum Graecis omnibus uel quibusdam iam extantibus; omnes enim ex origine Graeca uel ignota uel nota reuera fluxisse credimus.

Tabula I. Loci ex commentariis in Mattheum.

(1) v. 22 **qui irascitur fratri suo**: 'In quibusdam codicibus additur *sine causa*; ceterum in ueris definita sententia est et ira penitus tollitur, dicente scriptura: *Qui irascitur fratri suo* . . . Radendum est ergo, *sine causa*, quia ira uiri iustitiam Dei non operatur.' Non dicit Hieronymus an illi codices Latini aut Graeci sint; et radit *sine causa*, partim 'uerorum' codicum auctoritate, partim quia sententiae Matthei minus conueniant. Habent uerba uett. latt. omnes et graeci plur.; om. codd. nostri omnes et graeci ℵBΔ* 48. 198; correctio ergo Hieronymiana est, et ut uidetur ex codicibus graecis.

(2) vi. 25 **quid manducetis**: 'In nonnullis codicibus additum est: *neque quid bibatis*'; omittunt codd. nostri omnes et *a b ff*$_1$ *k l* et gr. ℵ 1. 4. 22.

(3) xi. 19 **iustificata est sapientia a filiis suis**: 'In quibusdam euangeliis legitur: *iustificata est sapientia ab operibus suis*. Sapientia quippe non quaerit uocis testimonium sed operum.' 'In quibusdam euangeliis' id est graecis ut uidetur, codices enim Latini et uett. et uulg., quantum scimus, omnes *filiis* legunt (om. clausulam *ὁ*); sed *ἔργων* habent graeci ℵB* 124.

(4) xi. 23 **et tu caph. numquid usque in caelum exaltaberis? usque in inferum descendes**: 'In altero exemplari reperimus *et tu caph. quae usque in caelum exaltata es, usque ad inferna descendes*.' Ex hoc nihil iudicari potest; cum nostra lectione consentiunt codices uulg. omnes, uett. plur., et gr. ℵBCDL 1**. 22. 42; cum 'altero exemplari,' *f g*$_1$ *h q* et graeci plur. 'Alter' hic = 'alius' ut uidetur, non 'alter ex duobus': cf. Goelzer, *Latinité de S. Jérome*, p. 416.

(5) xiii. 35 'Legi in nonnullis codicibus, et studiosus lector forte reperiet idipsum, in eo loco ubi nos posuimus et Uulgata habet editio: *ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem*: ibi scriptum: *per Isaiam prophetam dicentem*. Quod quia minime inueniebatur in Isaia, arbitror postea a prudentibus uiris esse sublatum.' 'Isaia' in Latt. uett. non inuenitur; legitur autem in codice nostro R et in gr. ℵ* 1. 13. 33. 124. 253; itaque Hieronymus *Isaia* in codicibus graecis legisse uidetur; R certe cum ℵ saepius concordat.

(6) xvi. 1–4 **Et accesserunt . . . Ionae prophetae**. De his uersibus ita scribit Hieronymus: 'Hoc in plerisque codicibus non habetur.' Sed habentur in omnibus quos scimus Latinis; omittunt autem ab *ὀψίας* (u. 2) usque ad *δύνασθε* (u. 3) codd. graeci ℵBVXΓ 13*. 124*. 157, quem locum per 'hoc' uidetur Hieronymus innuisse.

(7) xxi. 31 '*Et illi dicunt nouissimus*. Sciendum est in ueris exemplaribus non haberi *nouissimum* sed *primum*, ut proprio iudicio condemnentur.' *Primus* legitur in codd. nostris DEH^{2}ΘKM MVWZ^c *c f q δ et ὁ πρῶτος* ℵCLX *al. plur.*; *nouissimus* in ABCŒPFH*JLORTXYZ* *a b d e ff*$_{1.2}$ *g*$_1$ *h l r r*$_2$ *aur. et ὁ ὕστερος* B, *ὁ ἔσχατος* D 13. 69. 124. 238. 262. 346, *ὁ δεύτερος* 4.

Ex his septem locis haec colligimus: (1) Hieronymum, cum in commentario ad Mattheum 'codices' simpliciter citet, ad Graecos plerumque prouocare. Ultimo tantum loco Latini ueteres qui ad nos peruenerunt, in partes eunt. Sunt quidem et alii loci, ut cap. V. 25, ubi Graecos a Latinis codicibus distinguat; sed ex his nihil colligi potest. (2) In hoc euangelio exemplar Graecum ad manus uidetur habuisse quod cum Sinaitico ℵ his septem locis consentiret. Solus quippe Sinaiticus ille cum lectionibus ab Hieronymo citatis ubique concordat.

Hi commentarii scripti sunt A.D. 398, annis certe quindecim post emendationem Euangeliorum, sed alios non habemus qui tam clare mentem Hieronymi in his studiis illustrent.

Est uero locus in iisdem commentariis qui aliorsum spectet, ubi Adamantii (*i.e.* Origenis) et Pierii (presbyteri sc. Alexandrini) exemplaria cum laude citat. De lectione uero agitur *S. Matt.* xxiv. 36 **De die autem illa et hora nemo scit, neque angeli caelorum, nisi pater solus,** ubi post **caelorum** addunt ℵ*^{cb}BDΦ 13. 28. 86. 124. 346 *οὐδὲ ὁ υἱός*, et 'neque (nec) filius' *a b c d e f ff*$_{1.2}$*h q r aur* et codd. nostri BJOX*. Obseruat Hieronymus 'In quibusdam

Latinis codicibus additum est *neque filius*, quum in Graecis et maxime Adamantii et Pierii exemplaribus hoc non habeatur adscriptum: sed quia in nonnullis legitur, disserendum uidetur.' Per 'in nonnullis,' credimus 'et Graecis et Latinis' Hieronymum uoluisse, et sic Westcott et Hort ad loc. Colligimus ideo ex hoc loco 'Adamantii et Pierii exemplaria,' quae in Caesarea Hieronymum uidisse uerisimile est, a tribus illis quos critici hodierni tanti aestimant, Sinaitico, Uaticano, et Cantabrigiensi, diuersa fuisse. Sed cum hoc unico loco exemplaria ista citauerit, uix credimus ea ad manus uiro nostro perpetuo fuisse. Citat etiam 'exemplaria Adamantii' in commentariis ad Galatas iii. 1 (scriptis A. D. 387) 'Legitur in quibusdam codicibus *quis uos fascinauit non credere ueritati?* Sed hoc, quia in exemplaribus Adamantii non habetur, omisimus.' Haec autem uerba omittunt etiam ℵB, ita ut rursus in dubitationem conuertamur. Multum ibi codicibus Origenistribuit Hieronymus ut expectandum erat, sed cur non citat saepius? An credendum est illum hos locos tantum, uel per se uel per amicos, inspexisse? Et cur 'Pierii exemplaria' semel tantum citat? An Euangelia tantum continebant?

Tabula II. Loci ex aliis commentariis et tractatibus.

Similes exoriuntur quaestiones si tractatus alios inspiciamus, ubi de textu Graeco disputatur. Ueterum latinorum minutias in his tabulis consulto neglexímus.

(1) Eminet inter alios locus *contra Pelag.* ii. 15 ubi ex exemplaribus quibusdam et maxime ex Graecis codicibus pericopen de responsu Domini post resurrectionem citat, alias ignotam:—(Marc. xvi. 14) 'In quibusdam exemplaribus et maxime in graecis codicibus iuxta Marcum in fine eius euangelii scribitur *postea quum accubuissent undecim apparuit eis iesus et exprobrauit incredulitatem et duritiam cordis eorum quia his qui uiderant eum resurgentem non crediderunt. Et illi satisfaciebant dicentes saeculum istud iniquitatis et incredulitatis substantia* (cod. uat. *sub satana*) *est quae non sinit per immundos spiritus ueram dei apprehendi uirtutem. Idcirco iam nunc reuela iustitiam tuam*' (uide Resch, *Agrapha*, p. 456 in *Texte u. Untersuchungen* v. 4).

(2) In *Epist.* 127 *ad Principiam* (i. p. 949) citat 'antiqua exemplaria' pro lectione 'quotidie' Luc. ix. 23, quae extat in codd. ℵ* et cb uel ca ABKLMRΞΠ 1. 13. 33. 69. 72. 124. 131 et *f vg*.

(3) *Adu. Iouin.* ii. 19 ex Luc. xviii. 30 citat '*multo plura* id est πολὺ πλείονα'; ubi Graeci omnes quos cognoscimus habent πολλαπλασίονα. Hoc certe lapsu memoriae potest explicari; sed forsan ueram uarietatem commemorat.

(4) *Contra Pel.* ii. 16 ex Luc. xxii. 43, 44 scribit 'In quibusdam exemplaribus tam graecis quam latinis inuenitur scribente Luca *apparuit illi angelus de caelo confortans eum' etc.* (post orationem in Gethsemane). Constat ergo Hieronymum de uersibus istis dubitasse et absunt in ℵ[a]BRT et in *f* solum ex Latinis qui extant. Hoc testimonium adhiberi potest ut codicis Brixiani pretium demonstremus (uide infra p. 671).

(5) *Contra Pel.* ii. 17: 'In euangelio secundum Iohannem (vii. 53–viii. 12) in multis et graecis et latinis codicibus inuenitur de adultera mulíere quae accusata est apud Dominum.' De quo loco confer notulam nostram: non habetur in *a b*[o] *f* (uide p. 671) *l*[e] *q* (δ).

(6) *In Ezec.* xiv. 46 ex Ioh. x. 16 '*Et alias oues habeo quae non sunt ex hoc atrio . . . et fiet unum atrium et unus pastor*: hoc enim graece αὐλή significat, quod latina simplicitas in *ouile* transtulit.' Sed Graeci omnes legunt ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης . . . καὶ γενήσεται μία ποίμνη, et Latini ueteres (*ex*) *hoc ouili* uel *atrio . . . et fiet unus* (*una*) *grex* uel similia. Hieronymus ergo codicibus utebatur qui αὐλῆς et μία αὐλή (non μία ποίμνη) legebant, quamuis alias nobis ignoti sint. Codices enim uulgati omnes *ex hoc ouili . . . et fiet unum ouile* exhibent. Confer notulam nostram ad loc.

Obseruabit sine dubio lector hos tractatus sicut et commentarios omnes post discessum Roma scriptos fuisse. Sed rationem uiri nostri in codicum lectionibus tractandis satis exhibent; et demonstrant eum tum textus formam cum Sinaitico[1] codice plus minus concordantem cognouisse, tum alteram ualde alienam quae nobis alias ignota sit.

Quaeramus ergo quid ex opere ipso in Euangeliorum recensione tacita, si ita dici potest, colligendum sit. Ad hanc quaestionem illustrandam plurima et quasi innumera collegimus quae pro fundamento nostro iudicio subiacenti candidus lector animo suo proposuerit. Omnia enim typis mandare superuacaneum est. Sed quae sequuntur delegimus, duobus lectionum generibus sepositis, primo ubi codices Graecos satis multos hinc uel illinc discedentes sequatur Hieronymus, secundo ubi lectiones singulares ab eo praehabitae, ex ratione stili ipsius et elegantioris dictionis studio explicari possint. Inuersiones enim uerborum, et modorum et temporum mutationes, frequentiores sunt ut omnes uarietati codicum Graecorum tribui possint. Saepe tamen inuersiones tales et mutationes, eiusdem plane generis, auctoritatem paucorum codicum Graecorum habent, ut impossibile sit, cum de loco quouis per se disputes, affirmare sine dubitatione Hieronymum pro lectione sua auctoritatem nullam habuisse et animum proprium sequi. Colligimus ergo eum interdum auctoritatem graecam nobis ignotam pro his mutationibus habuisse, interdum autem non habuisse; sed discrimen inter duo locorum genera a criticis hodiernis uix faciendum est.

Tabula III. Correctiones contra Graecum et ueteres Latinos.

Exhibemus ergo imprimis locos selectos ubi Hieronymus ueterum lectiones correxit et sensum uerborum mutauit *sed sine auctoritate Graeca nobis cognita;* ita ut credamus illum codicibus graecis usum diuersi generis ab eis qui ad nos peruenerint. Cum autem 'ueterum lectiones' dicamus, uere ueteres significamus, et mixtos $c\, ff_{1.2}\, g_1\, l\, \delta$ excipimus.

Paucissimi ex his sunt ex Mattheo, in quo ex locis iam adlatis (uno excepto, xxiv. 36 *neque filius*) probauimus textum cum Sinaitico concordantem ad manus habuisse Hieronymum, cum commentarios scriberet. Inuersiones certe sunt quinque (xii. 11 *tenebit et leuabit eam* $= c\, l$; 45 *septem alios spiritus secum;* xiii. 22 *est seminatus in spinis* $= ff_1\, l$; xxiv. 38 *in arcam Noe* $= g_1$; xxvii. 46 *dereliquisti me* $= g_1$) quae eodem spectant, et quae ex multis similibus maioris momenti uidentur. Sed, ut diximus, hoc genus lectionum argumentum grauius per se sustinere non potest.

[1] Eandem familiaritatem cum textu Sinaitico et Uaticano in Ueteri Testamento et maxime in prophetis ostendisse Hieronymum monet nos uir doctissimus F. C. Burkitt, uide *Rules of Tyconius*, pp. cviii. seq. (1894); et F. J. A. Hort (*Introduction*, vol. ii. p. 266) notat capitulorum diuisiones codicis Amiatini in Actibus Apostolorum fere omnino congruere cum numeris qui in Sinaitico et Uaticano adponuntur; uide et H. A. Robinson, *Euthaliana*, pp. 41 seq. (1895), qui hanc enumerationem ab Euthalio deriuatam arbitratur; et S. Berger, *Histoire de la Vulgate*, pp. 312–313.

Unicus ergo est locus Matt. xxvii. 55 ubi post **mulieres multae a longe** omittit *uidentes* uel *aspicientes*, quamuis in omnibus paene Graecis appareat θεωροῦσαι (ὁρῶσαι 300) et ueteribus Latinis; tres enim qui cum Hieronymo omittunt (*ff*$_1$ *g*$_1$ *l*) textus sunt mixti. Ex uaria lectione ὁρῶσαι certe conici per se poterat, fuisse aliquo tempore codicem qui simpliciter legerit γυναῖκες πολλαὶ ἀπὸ μακρόθεν sine additamento, quod pro certo colligimus cum Hieronymi textum conferamus.

Plures sunt ex Marco loci, sed ex eis duo cum *i* (Uindobonensi) concordant, qui in uere ueterum numero habendus est. Notabit etiam lector codicem Brixianum (*f*) post cap. xii. 4 deficere, ut ignoremus an ex illo fonte manauerint lectiones 4 et 5; in utroque autem loco socius eius *q* cum ueteribus concordat.

(1) Mc. v. 42 **stupore maximo** *codd. cum uett. c i l δ*: stu. magno (ἐκστάσει μεγάλῃ) GR *vg. uett. rell. et gr. omn.*
(2) Mc. vi. 27 **et decollauit** *codd. vg. l*: et abiens (ἀπελθών) decoll. *uett. rell. gr. omn.*
(3) Mc. x. 43 **fieri maior** *codd. vg. l*: +in uobis *uett. cum graecis omn.* (*etiam* esse *pro* **fieri** *ueteres, sed gr. plur.* γενέσθαι).
(4) Mc. xii. 29 **deus unus est** *codd. vg. i l*: dominus (κύριος) unus est J (*Bentl.*) *c d ff*$_2$ *q δ*; *om.* dominus *a b k*; *def. f.*
(5) Mc. xii. 33 **ut diligatur** *codd. vg. l δ*: diligere illum (τὸ ἀγαπᾶν αὐτόν) *a c d ff*$_2$; ita diligendus *b i q r*; *def. f.* [*Correctio forsan elegantiae causa facta; restant enim infra* **et diligere proximum** *etc.*]

Manifestiores sunt loci ex Luca et Iohanne, quamuis duo tantum in Luca insigniores sunt, uidelicet 4 et 7; sed etiam 8, 9, et 10 certissimi sunt.

(1) Lc. ii. 18 **mirati sunt et de his** *codd. vg.*: *om.* **et** G *a b c d e f ff*$_2$ *l q r δ aur. et gr. omn.* [*Addendi sunt in notula nostra d e.*]
(2) Lc. v. 12 **et uidens iesum et procidens** *codd. plur. vg.*: *om.* **et** *sec.* JMQT *gr. plur.*; *uariant uett. et gr. rell., sed nullus ex eis cum Hieronymo concordat.*
(3) Lc. vi. 17 **maritima et tyri** *codd. pl. vg. l*: *om.* **et** H*ΘMP *uett. rell. gr. omn.*
(4) Lc. ix. 44 **in cordibus uestris** *codd. vg.* (*cf.* xxi. 14 *et C. F. Matthaei ad loc.*): in auribus uestris (*εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν*) *uett. plur.*; in aures uestras *d*, in auribus uestris et in corde uestro *r*.
(5) Lc. xii. 27 **non laborant non nent** (*uel* neunt) *codd. ff*$_2$: *pro* **non** *sec. habent graeci* οὐδέ *uel* οὔτε *et vg. uett.* neque.
(6) Lc. xxi. 15 **resistere et contradicere** *codd. vg.*: *graeci* ἤ *uel* οὐδέ, *uett.* aut; *uel omittunt* **et contradicere** (**resistere**).
(7) Lc. xxii. 55 **erat petrus** *codd. vg. aur.*: sedebat (ἐκάθητο) petrus *uett. cum gr. omn. Cf. ad Luc.* v. 17 *ubi legimus* **sedebat** *codd. vg. ff*$_2$ *l r* (δ) *contra graecum*: erat (ἦν) *a b f q*; *uariant c d e.*
(8) Lc. xxii. 61 **sicut dixit** *sine add. codd. plur. vg.*: +αὐτῷ *gr. et uett.* (ei *f*, illi D *uett. plur.*).
(9) Lc. xxii. 70 **ait** *sine add. codd. vg.*: +πρὸς αὐτούς *uel* αὐτοῖς *gr. et similia uett.*
(10) Lc. xxiv. 32 **dum loqueretur** *sine add. codd. vg.*: +nobis B *d f δ cum gr.*; *om.* **dum loq.** *uett. plur.*
(11) Lc. xxiv. 38 **et cogitationes** *codd. plur. vg. Hieron.* (*Prooem. in lib.* xviii *Esaiae*, t. iv. 770 *Uall. uide Resch. 'Agrapha' p.* 411): et quare cog. DEQ *uett., et* +διατί *gr. plur.*, +τί BΛ^2.

Ex Iohanne insigniores sunt 3, 8, 10, 17, 18.

(1) Io. **v. 45 moses in quo uos speratis** *codd. vg. et c*: in quem *pro* in quo (=*εἰς ὅν*) *a b d e f ff*$_2$ *l q δ.*
(2) Io. vi. 1 **mare galilaeae quod est tiberiadis** *codd. vg. et c δ*: m. galilaeae tiberiadis (=*τῆς θαλάσσης τῆς Γαλ. τῆς Τιβεριάδος*) *a q, et* m. gal. illius tib. *ff*$_2$ *l aur.*, m. gal. et tib. *f*; *uariant b d e r, uide ad loc.*
(3) Io. vii. 25 **ex hierosolymis** *codd. plur. vg. c ff*$_2$: ex hierosolymitanis (*ἐκ τῶν ἱεροσολυμειτῶν*) DR *b r δ*, de (*uel* ex) hierosolymitis *d* (*e*) *f q*; hierosolymitae *a*; ex iudaeis *l aur.*
(4) Io. vii. 39 **non** (**enim erat** *etc.*) *codd. plur.*: nondum (οὔπω) CI*KMTOQTVWXZ *vg. uett.*

(5) Io. viii. 3, 4 **statuerunt . . . et dixerunt** *codd. vg. l*^{o}: statuentes . . . dixerunt (dicunt *d*) *d r*, cum statuissent . . . dixerunt *c e ff*$_2$; *gr.* στήσαντες . . . λέγουσιν (εἶπον UΛ *etc.*).

(6) Io. viii. 4 **modo** *codd. vg. l*^{o} *r* (=*forsan* ἄρτι *sed hoc in graeco non inuenitur*): *om. c d e ff*$_2$ *et gr. omn.*

(7) Io. viii. 4 *item non exprimunt* ἐπαυτοφώρῳ *codd. nostri vg. c ff*$_2$ *l*^{o}: *habent* sponte *e*, palam *d*.

(8) Io. viii. 37 **filii** *codd. vg. aur.*: semen (σπέρμα) *uett.*

(9) Io. viii. 39 **facite** *codd. vg. ff*$_2$: faceretis (D) R *uett. rell. et gr.* ἐποιεῖτε *uel* ἐπ. ἄν.

(10) Io. x. 16 **unum ouile** *codd. vg. cf.* δ (ouile uel pastorale): unus (una *a e*) grex *a b c d e f ff*$_2$ *l aur. et gr.* μία ποίμνη, *uide notulam nostram ad loc. et ad p.* 659.

(11) Io. xii. 35 **adhuc modicum** *codd. vg.*: +tempus M *a b c d e f* (temporis) *ff*$_2$ *l r* δ (*def. q*) *et gr.* ἔτι μικρὸν χρόνον.

(12) Io. xiii. 24 **et dicit ei quis est de quo dicit** *codd. vg. fere cum uett. plur. et gr.* BCILX 33; *sed post* **dicit ei** +interroga *a b f ff*$_2$ *q*, +dic *b l cum graecis*; *uett. rell. d e r* δ *cum gr.* (ℵ)AD ΓΔΛΠ *etc.* πυθέσθαι τίς ἂν εἴη περὶ οὗ λέγει; *Lectio ergo* **et dicit ei** *etc., omisso* interroga *uel* dic, *correctio Hieronymiana est contra uett. et graec.* (*om. autem Orig.* 4. 438 *cod., sed libere citat*).

(13) Io. xiv. 11 *om.* mihi *post* **creditis** *codd. vg. aur.*: +mihi *uett. rell. et gr.* (*sed om. patres Did., Chr. Cyr. Tert.*).

(14) Io. xx. 18 **dixit mihi** *codd. vg. ff*$_2$ *aur.*: d. ei *uel* illi *uett. et gr.* εἶπεν αὐτῇ (αυτοις 69).

(15) Io. xxi. 7 **simon petrus** *codd. plur. vg.*: s. itaque p. (=Σίμων οὖν Πέτρος) DℰP^{mg}T *b r* (δ), s. ergo p. E *d e q*, s. uero p. *f*, et si. pe. *a*; > cum audisset autem si. pe. *c*.

(16) Io. xxi. 13 **et uenit** *codd. vg.*: *om.* **et** *a b d e r aur. cum gr.* ℵBCDL *min.*, uenit ergo *f ff*$_2$ δ *cum gr.* ΑΓΔΛΠ *etc.*; tunc *tantum c* (*et om.* **et** *sec.*).

(17) Io. xxi. 16 **agnos meos** *codd. vg. aur.*: oues meas E *uett. plur.* =τὰ πρόβατά μου ℵA(D)ΧΓΔ *etc.*; ouiculas meas *b Ambr. et* τὰ προβάτιά μου BC 19.

(18) Io. xxi. 23 (*cf. autem ad u.* 22) **si sic** GMV *al.*: si (ἐάν) *codd. quinque et d e f q* δ; sic *codd. longe plur. vg. a b c r aur.*

Ex his satis certe colligimus Hieronymum ad manus habuisse codices Graecos qui ab omnibus qui ad nos peruenerunt diuersi fuerint. Tales olim in ecclesia fuisse nemo dubitabit qui ceterarum uersionum uarietates et praecipue ueterum Latinorum probe cognouerit.

Tabula IV. Correctiones contra Graecum cum auctoritate Latina.

Sequuntur loci selecti ubi Hieronymus contra Graecos nostros lectiones aliquot ueterum Latinorum secutus sit. Plurimae sunt etiam inuersiones huius generis, quas, ut minus certas, omittimus; quamuis plures sunt quam ut omnes fortuitae credantur. Lectiones etiam codd. δ *aur.* consulto negleximus.

Ex Mattheo sunt:—

Mt. viii. 30 **non longe** *codd. vg. uett. plur.*: *om.* **non** *d k q et graeci.*

Mt. xii. 22 **ut loqueretur et uideret** (*sine* surdus) *codd. vg. uett. plur.*: ut surdus loq. et uid. *d* (g_1) *k*, ut surdus audiret et uid. et loq. *ff*$_1$; *gr.* ὥστε τὸν κωφὸν λαλεῖν κ. βλέπειν ℵBD, ὥστε τὸν τυφλὸν κ. κωφὸν βλ. κ. λαλεῖν *rell. plur. et q* δ.

Mt. xv. 36 **dederunt** (*post* **discipuli**) *codd. vg. uett.*: *om.* **dederunt** *d e ff*$_1$ *graeci.*

Mt. xvi. 6 *om.* iesus *codd. vg. g*$_2$ *k l*: +iesus *uett. plur. et gr. omn.*

Mt. xix. 17 **unus est bonus deus** *codd. vg. b c* (*e*) *ff*$_{1.2}$ *l*: *om.* **deus** *a d et gr.* ℵBDL 1. 22; nemo bonus nisi deus *uett. rell. et gr. plur.*; *mire fluctuat Hieronymus his uersibus, uide p.* 667.

Mt. xx. 15 **quod uolo facere** *sine addit. codd. plur. vg. b ff*$_2$ $g_{1.2}$ *l*: +ἐν τοῖς ἐμοῖς *gr.*; *et habent* in meis EQ (*a*) *d h* (*q*), de meum *f*, de re mea (O*QR) *e ff*$_1$, de rebus meis *c r.*

Mt. xx. 17 *om.* in uia *codd. vg. b ff*$_{1.2}$ $g_{1.2}$ *l*; *habent uett. rell. cum graeco.*

Mt. xxviii. 3 **uestimentum** (-ta) **eius** *sine add. codd. plur. vg. c ff*$_1$ $g_{1.2}$ *l*: +candida DℰP^{mg}LR *uett. plur.*; +candidum Q δ, +albus *d e*; *cum graeco.*

Ex Marco (insigniores tantum locos hic posuimus):—

Mc. vi. 8 **in zona** *codd. plur. vg. uett. plur.* (*uel* zonis) : in zonam (*εἰς τὴν ζώνην*) *a d l**.
Mc. vi. 27 *om.* statim *codd. plur. vg. c ff₂ i l* (*sed in quibusdam codd. Latt.* *εὐθύς non redditur, teste F. C. Burkitt*) : + statim (*uel simile*) BH²ΘLR *a b d f q et gr.*
Mc. vii. 6 **longe est** *codd. plur. vg. uett. plur.* (*et d* δ) : longe abest BIM (*ff₂*) ; *et πόρρω ἀπέχει gr. plur.*, *π. αφεστηκεν* D, *π. απεστιν* L 2ᵖᵉ, *π. απεστη* Δ.
Mc. vii. 20 **quae de homine exeunt** *codd. vg. uett.* : *τὸ ἐκ τοῦ ἀνθρ. ἐκπορευόμενον gr.*
Mc. xiv. 9 **in uniuerso mundo** *codd. plur. vg. a* : in uniuersum mundum CGJLQRTX² *uett. plur. et gr. εἰς ὅλον τὸν κόσμον.*
Mc. xv. 7 **qui in seditione fecerat homicidium** *codd. plur. vg. c d ff₂ l* : qui in sed. fecerant hom. H*MO *k cum gr.* D ; qui seditionem . . . . . rant . . . *a* ; *οἵτινες ἐν τῇ στάσει φόνον πεποιήκεισαν gr. plur.*
Mc. xv. 16 (**in atrium**) **praetorii** *codd. vg. c ff₂ l r* : quod est praetorii *d* ; *ὅ ἐστιν πραιτώριον gr.*

Ex Luca :—

Lc. i. 52 **de sede** *codd. vg. uett. plur.* : de (a *d e*) sedibus (*ἀπὸ θρόνων*) *d e f* δ ; *cf.* **deserto** *u.* 80.
Lc. ii. 22 **hierusalem** *codd. vg. uett. plur.* : hierosolyma (Ἱεροσόλυμα) *d f.*
Lc. iii. 8 **dicere** *sine add. codd. vg. uett. plur.* : + intra uos (*d*) *f q et* + *ἐν ἑαυτοῖς gr.*
Lc. iii. 15 **existimante** *codd. vg. uett. plur.* (arbitrante M *a*, estimante δ) : sperante (*προσδοκῶντος*) *f*, cum speraret *e*, expectantes *d.*
Lc. iv. 6 *om.* diabolus *codd. paene omn. vg. et b f* : + diabolus G *uett. plur. gr. omn.*
Lc. iv. 31 **ibique** *codd. vg. b ff₂ l q* (*r*) : et (*om.* **ibi**) *a c d e f et graec.*
Lc. vii. 9 **sequentibus se turbis** *codd. vg. uett. plur.* : sequenti se turbae *a e*, sequenti populo *d*, *et τῷ ἀκολουθοῦντι αὐτῷ ὄχλῳ gr.*
Lc. viii. 10 **mysterium** *codd. vg. uett.* (sacramentum *e*) : *gr. τὰ μυστήρια* ; *cf.* radices *et* radicem *u.* 13.
Lc. viii. 27 *om.* de ciuitate *codd vg. a ff₂ l r* : + de ciuitate *b c d e f q* δ *et graec.*
Lc. viii. 35 **pedes eius** *codd. vg. uett. plur.* : pedes iesu *a c d f r cum gr.*
Lc. viii. 50 **patri puellae** *codd. vg. uett.* : *αὐτῷ gr. et d.*
Lc. ix. 10 **in locum desertum qui** (quod) **est bethsaida** *codd. vg. b c ff₂ l q* : *uariant uett. rell. et graeci, uide ad loc.*
Lc. ix. 47 **cogitationes** *codd. vg. uett. plur.* : cogitationem (*τὸν διαλογισμόν*) (*a*) *d.*
Lc. xiii. 34 **noluisti** *codd. vg. uett. plur.* : noluistis *a d e ff₂ l* q et gr.*
Lc. xv. 25 **chorum** *codd. vg. uett. plur.* : choros (*χορῶν*) *b e.*
Lc. xvii. 11 *om.* et ipse *codd. vg. uett. plur.* : + et ipse *a d e r s et* + *καὶ αὐτός gr.*
Lc. xvii. 31 **hora** *codd. vg. uett. plur.* : die *d e f q et gr.*
Lc. xviii. 31 **iesus** *codd. vg. uett. plur.* : *om. a b d e cum gr.*
Lc. xx. 31 **omnes septem** *codd. vg. uett. plur.* : *om.* **omnes** *a d et gr.*
Lc. xxi. 26 **uniuerso orbi** *codd. vg. uett. plur.* : *om.* **uniuerso** *a d e et gr.*
Lc. xxiii. 11 **exercitu suo** *codd. vg. uett. plur.* (*et d*) : exercitibus suis *b c e ff₂*, militibus suis *f*, *et gr. τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ.*
Lc. xxiii. 18 **simul** (*post* **exclamauit autem**) *codd. vg. b e f l q* : *om. a c d ff₂* (*r*) *cum gr.*
Lc. xxiii. 33 **caluariae** *codd. vg. uett.* : *κρανίον gr.*
Lc. xxiii. 51 **iudaeae** *codd. vg. b e ff₂ l q r* : iudaeorum (*τῶν ἰουδαίων*) *a d f* ; *om. c.*
Lc. xxiv. 29 **intrauit** *sine add., codd. plur. vg. ff₂ l* : + manere (*uel simile*) DEQR *uett. plur., et* + *τοῦ μεῖναι gr.*
Lc. xxiv. 47 **hierosolyma** *codd. vg. b ff₂ l q* δ : hierusalem *a c d e f r et gr., cf. supra* ii. 22.

Ex Iohanne :—

Io. iv. 25 **cum ergo** *codd. vg. uett. plur.* : *om.* **ergo** *a d q r et gr.*
Io. vi. 12 **ne pereant** *codd. vg. c e ff₂ et gr.* 17 (*i.e. Hermonymi gr. lat. saec.* XV) : ne quid pereat *a* (*q*) *gr. plur. ἵνα μή τι ἀπόληται*, ne quid ex illis pereat *b* (*d f*) *l r* (δ), *et* + *εξ αυτων* Dᵍʳ.
Io. vii. 1 **in galilaeam** *codd. plur. vg. a c e f ff₂ l q* δ : in galilaea (*ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ*) ΔΨFHIMMΌΥ *b d r.*
Io. vii. 1 **in iudaeam** *codd. plur. vg. uett. plur.* : in iudaea (*ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ*) IM *a b d r.*
Io. viii. 24 **peccato uestro** *codd. plur. vg. b ff₂ᶜ l* : peccatis uestris (*ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν*) EG* *a c d e f q r* δ.
Io. xii. 1 **suscitauit** *sine add. codd. vg. b ff₂* (*def. l q*) : + a mortuis (= *ἐκ νεκρῶν gr.*) *uett. rell.* (mortuum *c e*).

Io. xii. 19 **proficimus** *codd. vg. c f* δ (nos proficere *r*): proficitis *a e*, prodefacitis *d*, prodeestis *b*, uos proficere *l*, ὠφελεῖτε *gr. plur.*; profecit ff_2*, ωφελει S.

Io. xiii. 6 **petrus** (*post* **dicit ei**) *codd. vg. uett. plur.*: ille *d* ff_2 *l m* δ, ἐκεῖνος ℵ^c ADL *etc.*; *om.* ℵ*B *b*.

Io. xiv. 9 **cognouistis** *codd. vg. uett.* (nostis E *e q r*): cognouisti T *Iren. et* ἔγνωκας *gr.*

Io. xvi. 13 **docebit uos omnem ueritatem** *codd. vg. et fere uett. c l m* δ *aur.* = διηγήσεται ὑμῖν τὴν ἀλήθειαν πᾶσαν *quod in codd. graecis non inuenitur, sed ita citant Eus. et Cyr. Hier.*: uos deducet in omnem ueritatem (*uel similia*) *uett. rell. cum graecis; uide notulam ad loc.*

Io. xviii. 18 **ad prunas** *codd. vg. c f* δ (+calecacientes), ad carbones *a b* ff_2 *r* = *forsan* πρὸς τὴν ἀνθρακιάν *quod in nullis codd. graecis inuenitur*: focum habentes *q* = *gr.* ἀνθρακιὰν πεποιηκότες.

Io. xix. 36 **comminuetis** *codd. vg. et* confringetis *uett. plur.* (συντριβήσετε, -τρίψετε *Orig. ter*): comminuetur (*e*) *q*, conteretur *r*, *et* συντριβήσεται *gr.*

Io. xx. 8 **et ille discipulus** *codd. vg. b*, et disc. *a*: et alius disc. *c d e q r* (alter), et ille alius disc. *f* ff_2 δ *gat.*, *et gr.* καὶ ὁ ἄλλος μαθητής.

Io. xxi. 1 **iesus** (*sine* discipulis) *codd.* ϛ𝔐𝔖 (*e*): +discipulis T δ 𝔈 *cum gr.* ℵABC* *etc.*, +disc. suis *a b c d f q r cum gr.* C³DGHM *etc.*

Similes sunt et insigniores lectiones in ueteribus Latinis, quas Hieronymus non secutus est, quas consulto praetermittimus cum prouinciae nostrae non pertineant: sed uide ad Lc. xvi. 13, 26, xxi. 28 *etc.* Ubi uero codices Graecos secutus est, eminet, ut ex commentariis in Mattheum collegimus, Sinaiticus; interdum, sed non toties, Sinaiticum cum Uaticano et Alexandrino consentientem sequitur. Insigne exemplum est Oratio Dominica Lc. xi. 2 seq. Numquam aut uix umquam quod scimus textum codicis D sequitur Hieronymus sine auctoritate ueterum (in Iohanne enim xii. 4 Deum ℵBL *et minusc. consentit*); uno loco D et uett. plur. sequitur contra graecos plur. ubi *d* cum *f l r* et gr. plur. concordat (Io. xi. 11 **dormit**).

Tabula V. Correctiones cum auctoritate graeca contra ueteres Latinos.

Sequitur ut correctiones illas satis multas examinemus ubi Hieronymus cum auctoritate Graeca nobis cognita ueteres Latinos correxerit. Ex quibus eas consulto praetermisimus, ubi lectionem ueterum, cum codice Bezano (D et *d*) concordantem uel cum codicibus graecis paucis et minoris momenti consentientem, deserat Hieronymus, ut multitudinem graecorum codicum tam ueterum quam posteriorum sequatur: talia enim exempla nihil probant. Eas ergo correctiones tantum delegimus quae aliquid lucis in Graecum textum Hieronymi afferunt.

Demonstrant, ut credimus, id quod iam satis probabile factum est: Hieronymum codicem uel codices ad manus habuisse Graecae familiae ℵBL etc. similes.

Sperabamus nos quidem, cum has ex Graeco correctiones Hieronymianas examinare incepimus, singulares Hieronymi lectiones forsan ex familia codicum Graecorum minus nota deriuatas demonstraturos; sed res praeter opinionem cecidit. Interdum certe correctio Hieronymi cum codice quodam Graeco minus noto siue unciali siue minusculo, uel cum pluribus, contra omnes reliquas auctoritates consentit; non tamen toties quominus similitudinem fortuitam esse dubitemus. Pertinet hic partim lectio **quaeritis** = ζητεῖτε quae ad Ioh. vii. 34 excussa est, et ceterae quae ibidem citantur.

Mt. vii. 11 *om.* data *post* **bona** *codd. plur. et ff₁ g₂ l cum gr.* L 48ᵉᵛ.

Mt. xii. 47 **quaerentes te** *codd. plur. vg. l et gr.* ℵᵃ: q. loqui tecum DLQ *uett. plur.* (te uidere *a*) *et* λαλῆσαί σοι *uel* σοὶ λαλῆσαι *gr. plur.*; *sed om. uersum* ℵ*BLΓ *min. ff₁ k.*

Mt. xvi. 13 **quem dicunt** (*om.* me) *codd. plur. c et gr.* ℵB: quem me dicunt BE*JLORTZ* *uett. et gr. plur.*

Mt. xix. 9 **nisi ob fornicationem** *codd. plur. vg. g₂ l et* μὴ ἐπὶ πορνείᾳ ℵCINZ *etc.*: nisi ob causam fornicationis Q(R) *et fere uett.* = παρεκτὸς λόγου πορνείας BD 1. 33 *al.* 6 *uide Tisch. ad loc.*

Mt. xxi. 7 **sedere fecerunt** *codd. vg. g₁.₂ l et gr.* ℵL *al.*: sedebat *uel* sedit *uett. rell. et gr. plur.*

Mc. i. 18 **retibus** *sine add. codd. plur. vg. ff₁ g₂ et gr.* ℵBCL *al.* 10: +suis G *f l et gr.* ΑΓΔΠ *etc.*; omnibus *a b c d ff₂ r et gr.* D.

Mc. i. 29 **egredientes** *codd. plur. vg.* δ = ἐξελθόντες ℵACLΓΔΠ *etc.*: egrediens EMΓX* *f l*, egressus G *b c ff₂ q*, procedens *d e r et* ἐξελθών BD *min.*

Mc. i. 36 **persecutus** (prosecutus, consecutus, subs., secutus) **est** *codd. vg. l* δ *et* κατεδίωξεν ℵBMU *min.*: persecuti (consecuti, subsecuti, secuti) sunt GMΓ *uett. rell. et* κατεδίωξαν ACDLΓΔΘΨΠ *etc.*

Mc. vi. 2 **uirtutes tales quae per manus eius efficiuntur** *codd. vg. l* δ *et gr.* ℵᶜ LΔ, uirtutes quae per labia (χειλεων *pro* χειρων) eius efficiuntur *c*: *om.* **quae** *uett. rell.* (*sed uariant inter se, uide Tisch. ad loc.*) *fere cum gr. plur.*

Mc. vi. 27 +**in disco** *codd. vg. c l* δ *et gr.* CΔ *al. pauc.*: *om. uett. plur. et gr. plur.*

Mc. viii. 20 **quando et** *codd. plur. vg. l* δ (> et quando *c*) *cum gr.* ℵΔ (ὅτε καί): quando autem *a d f ff₂ i q r et* ὅτε δέ ADXΓΠ *etc.*; *sed* quando *tantum* BKVZ *et* ὅτε BL 2ᵖᵉ.

Mc. x. 30 **matres** *codd. vg.* δ *et gr.* BEFGHNSUVΔ *etc.*: matrem *a b d f ff₂ l q* (*om. c k*) *et gr.* ℵACDKMXΠ *etc.*

Mc. xii. 14 **licet** *codd. plur. vg. l cum gr.* ℵABLXΓΔΠ *etc.*: dic ergo nobis (si) licet DLQT *uett. rell. et gr.* C* ᵉᵗ ² DMN *etc.*

Mc. xii. 14 **an non dabimus** *codd. plur. vg. et gr.* 225: demus aut non demus *q cum gr. plur.* *om.* **dabimus** GX* *uett. rell. cum gr.* D.

Mc. xiv. 50 **tunc discipuli eius** *codd. vg. c l cum gr.* N 13. 69. 124. 346 *al. pauc.*: καί *tantum gr. plur. et a d f ff₂ k q.*

Lc. ix. 4 **ne exeatis** *codd. vg.* (*c*) δ *cum gr.* 38: *om.* **ne** ER *uett. rell.* (donec *f*) *et gr. rell.*

Lc. ix. 9 **et ait** *codd. vg. et gr.* ΑΓΔΛΠ *etc.*: ait (*uel* dixit) autem G *uett. et gr.* ℵBCDL *etc.*

Lc. x. 11 **de ciuitate uestra** *sine add. codd. plur. vg. et gr.* ESVΓΔΛ *etc.*: +in pedibus DEQ *uett. gr. rell.*

Lc. xi. 11 *om.* filius *post* **patrem** *codd. plur. vg. c et gr.* ℵL 157: *habent* filius (*sed uariis locis ponunt*) DER *uett. rell. et gr. plur.*

Lc. xi. 25 **scopis mundatam** *sine add. codd. plur.* 𝔖 *cum gr.* 225: +et ornatam (*uel simile*) ERW 𝔊𝔖𝔈 *uett. et gr. paene omn.*

Lc. xi. 53 **os eius opprimere** *codd. vg.* (δ) = ἐπιστομίζειν 67 *al.* 2: *uett. rell. cum gr.* D 69 συμβάλλειν αὐτῷ; *gr. plur.* ἀποστοματίζειν *uel* ἀποστομίζειν *quod Latine non redditur.*

Lc. xiv. 17 **ut uenirent** *codd. vg.* δ = ἔρχεσθαι ℵADKL *etc.*: uenite *uett. rell. et* ἔρχεσθε *gr. rell.*

Lc. xv. 19 **et iam** *codd. plur. et gr.* GMPX *etc.*: *om.* **et** BEQ *vg. uett. et gr. plur.*

Lc. xxiii. 5 **et incipiens** *codd. et gr.* ℵBLT: *om.* **et** W *vg. uett. et gr. rell.*

Lc. xxiv. 43 *Uersum habetur in codd. vg. similiter ac in gr.* KΠ* *min.*; *uett. cum graecis plur. concordant.*

Io. vi. 64 **credentes** *codd. plur.* 𝔖𝔖 *cum gr.* ℵG *al.* 8: non cred. V𝔊𝔈 *uett.* (*uarie exprimunt*) *et gr. plur.*

Io. viii. 38 **patrem** *pr. sine add. codd.* 𝔖𝔊 *l cum gr.* BCLTX: +meum (J)𝔖𝔈 *uett. rell. et gr.* ℵDΓΔ *etc.*

Io. ix. 9 **autem** *et om.* dicebant *contra* BCLX *min. et uett. plur.*
nequaquam *cum* ℵBCLX *min.* (*et b r*; *non uett. rell.*).
sed *cum* ℵBCLX *min.*: quia *uett. plur. cum gr.* ADE²ΓΔ *etc.*; *om. a e.*
ille *sine add. codd. plur. d* δ *cum* ℵᶜᵘBC*DEF *etc.*
quia *contra* ℵᶜᵘL *et a b c e ff₂ r uide notulam ad loc.*

Io. x. 26 **ex ouibus meis** *sine add. codd. vg. c et gr.* ℵBKLM*Π* *min.*: +sicut dixi uobis *uett. rell. et gr.* ADM²XΓΔΛ *etc.*

Io. xiii. 37 **petrus** *sine add. codd. plur. vg. et gr.* ℵ* 33. 249 *al. pauc.*: +domine DT *uett. et gr. rell.*

Io. xiv. 11 **non creditis** *codd. vg. et gr.* U *al. pauc.*: credite *uett. et gr. plur.*

Io. xvi. 20 **uos autem** *codd. vg.* δ *et gr.* ALΓΔΠ *etc.*: *om.* **autem** *uett. rell. et gr.* ℵ*BDΛ 1.

Io. xix. 5 **iesus** *sine add. codd. vg. et gr.* 235: +foras ΘJ *uett. et gr. plur.*, *et* >foras iesus *q gr.* KΥΛΠ *etc.*

Io. xix. 17 **locum** *sine add. codd. vg. et gr.* LX 33. 249 *etc.*: +δ (*uel* ὃς) λέγεται *gr. plur. et uett.*

Io. xix. 23 **eum** *codd. vg. et gr. min.* 124*: iesum T *uett. et gr. rell.*

Tabula VI.

Haec tabula ut supra diximus continet lectiones quae auctoritatem partim Graecam partim Latinam habent in tres classes distinctas:—

(i) Ubi Hieronymus lectiones antiquiorum Latinorum (*a b e k m r*) et Graecorum ℵBL contra *f* et Graecos posteriores sequitur.

(ii) Ubi Graecos posteriores et *f* sequitur.

(iii) Ubi Graecos posteriores contra *f* et codices ℵBL sequitur.

Classis i. *Ubi Hieronymus lectiones antiquiorum Latinorum et Graecorum contra f et Graecos posteriores sequitur.*

Nemo credimus negabit codicem *f* recensionem esse antiquioris uersionis Latinae; recensionem quoque quae codices Graecos posteriores sequatur. Hoc maxime apparet in additamentis quae antiquioribus Graecis et Latinis incognita in *f* cum auctoritate posteriorum Graecorum irrepserunt. Hieronymus autem, quamquam locutiones elegantiores et stilum codicis *f* in editionem suam recepit, additamenta et uarias lectiones quibus a Graecis ℵBL et Latinis *a b e k m r* etc. discrepat, consulto abiecisse uidetur; et cum ipse se testetur Euangelia 'codicum Graecorum emendata conlatione sed ueterum' protulisse, quomodo melius diuersitatem inter Uulgatam et *f* explicabimus quam si statuamus illum reuera codices Graecos codicibus ℵBL similes adhibuisse?

In hac tabula ne lectori taedium moueamus exempla pauca ex multis, et insigniores tantum locos citamus.

Ex Mattheo:—

Mt. v. 44 **diligite inimicos uestros** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵB *min.*: + εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς DEKLM *etc. c d f h*: *Sed contra eodem uersu habetur* **benefacite his qui oderunt uos** *codd. vg. uett. plur. et gr.* DEKLM *etc.*: *om. k cum* ℵB *min.*

Mt. vi. 1 **iustitiam** *codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵ* et b BD 1. 209 *al.*: ἐλεημοσύνην *gr. plur. et f k.*

Mt. vi. 4 **reddet tibi** *sine add. codd. vg. d ff*$_1$ *k et gr.* ℵBDZ *min.*: + ἐν τῷ φανερῷ EKLMS *etc. et a b c f g*$_1$ *h l q*; *similiter u.* 6.

Mt. vi. 13 *om. doxologiam codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBDZ *min.*: *habent doxologiam f g*$_1$ *k q et gr. plur.*

Mt. vi. 15 **hominibus** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵD *min.*: + τὰ παραπτώματα αὐτῶν BEGKLM *etc. b f q et codd. nostri* (R) W.

Mt. vi. 25 **manducetis** *sine add. codd. vg. a b ff*$_1$ *k l et gr.* ℵ 1. 4. 22: + καὶ (*uel* ἢ) τί πίητε *gr. plur. et c f g*$_1$ *h m q.*

Mt. viii. 31 **mitte nos** *codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵB *min.*: iube (permitte *q*) nos ire *f h q et gr.* CEKLMS *etc.*; *et fere similiter u.* 32 **in porcos** *et* in gregem porcorum.

Mt. x. 8 **mortuos suscitate** *codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵ* et c BC*D *min.*: *om. f et gr. plur.*

Mt. xi. 23 **usque . . . exaltaberis** *codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBCDL *min.*: quae . . . exaltata es *f g*$_1$ *h q et gr. plur.*

Mt. xiii. 51 **intellexistis** *tantum, codd. plur. vg. et gr.* ℵBD: λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς συνήκατε *gr. plur.* * *et fere a f g*$_2$ *h q et codd. nostri* DEQ; *uide ad loc.*

Mt. xiv. 26 **eum** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵ* 1: + discipuli eius *d f gr. plur.*

Mt xv. 4 **dixit** *codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵ^{ca}BDT^{c} 1. 124: praecepit dicens *f gr. plur.*

Mt. xv. 8 **populus hic labiis me honorat** *codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBDLT^{e} 33. 124 : adpropinquat se mihi pop. h. ore suo et labiis suis me honorat *f q et gr. plur.*

Mt. xv. 31 *om.* debiles sanos *codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵ 1 : *habent* debiles sanos (*d*) *f q gr. plur.*

Mt. xvi. 8 **habetis** *codd. vg. uett. plur.* = ἔχετε ℵBD 13. 124. 346 : accepistis *f et* ἐλαβετε *gr. plur.*

Mt. xviii. 29 **conseruus eius** *codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBC*DGL *al.* 9 : cons. ille ad pedes eius *f q et gr. plur.*

Mt. xix. 17 **quid me interrogas de bono** *codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBDL 1. 22 : quid me dicis bonum *f q gr. plur.*

Mt. xix. 16 *Sed uersu* 16 **bone** *habetur post* **magister** *cum codd. vg. uett. plur.* (*et f*) *et gr. plur.* : *contra om.* **bone** *a d e ff*$_1$ *gr.* ℵBDL 1. 22 : *uide etiam supra p.* 662.

Mt. xix. 20 **custodiui** *sine add. codd. plur.* 𝔖 *ff*$_1$ *g*$_{1.2}$ *l et gr.* ℵBL 1. 22 : + a iuuentute mea EⲈP^{mg}FR TWϤⲎⲔ *uett. plur.* (*et f*) *et gr. plur.*

Mt. xx. 6 **stantes** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBC^{2}DL 33 : + otiosos *f h m q gr. plur.*

Mt. xx. 7 **uineam** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBDLZ 1 : + et quod iustum fuerit accipietis (T) *f h q* δ *gr. plur.*

Mt. xx. 22 **bibiturus sum** *sine add. codd. vg. uett. plur. cum gr.* ℵBDLZ 1. 22 : + aut baptisma baptizari quo ego *f* (*h q*) *gr. plur.* ; *similiter u.* 23.

Mt. xxii. 13 **mittite eum** *codd. vg. l* (*uett. plur.*) *cum gr.* ℵB(D)L *min.* : tollite eum et mittite *f et gr. plur.* ; *uett. plur. habent* tollite eum *ad initium sententiae.*

Mt. xxiii. 3 **uobis** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBDLZ 1. 124. 209 : + seruare *f** (*ut uidetur*) *q et gr. rell.*

Mt. xxiii. 5 **fimbrias** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBD 1. 22 : + uestimentorum suorum (E) *f ff*$_2$ *h q et gr. plur.*

Mt. xxiii. 14 *om. uersum codd. plur. a d e ff*$_1$ *g*$_{1.2}$ *et gr.* ℵBDLZ : *habent uersum* (F)H^{mg}ΘQRT *vg. b c f ff*$_2$ *h l* (*r*) *r*$_2$ *et gr. min.* ; *item ante u.* 13 *ponunt gr. plur.*

Mt. xxiii. 19 **caeci** *codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵDLZ 1. 209 : stulti et caeci (X) *c f et gr.* BCΓΔΠ *etc.*

Mt. xxiv. 24 **ut in errorem inducantur** *codd. vg. uett. plur. cum gr.* ℵD(LZ 1. 22. 33) : ut in err. inducant *uel similia c f ff*$_1$ *h* (*a dubius*) *cum gr. plur.*

Mt. xxv. 16 **alia quinque** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* BL 1. 33. 50. 102. 124 : + talenta *d f q et gr. plur.* (*cf. u.* 22).

Mt. xxv. 31 **angeli** *codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBDLΠ* *al. plus* 15 : sancti angeli *f cum gr.* AΓΔΠ^{2} *etc.*

Mt. xxvi. 3 **principes sacerdotum** *codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵABDLΘ^{e} *al. plus* 15 : + et scribae *c f g*$_2$ *h q r cum gr.* ΓΔΠ *etc.* (*cf.* 59 **sacerdotum** + et seniores *f q* δ *gr. plur.*, xxvii. 41 **scr. et sen.** + et pharisaeis *f gr. plur.*, scr. et phar. *uett. plur.*).

Mt. xxvi. 42 **transire** *sine add. codd. plur. vg. uett. plur. cum gr.* ℵBDL *min.* : + a me DQR *f ff*$_2$ *q* δ *et gr. plur.* *Sed eodem uersu* **hic calix** *cum uett. plur. et gr.* EFGHK *etc.* : *om.* **calix** I *b ff*$_2$ *q* δ *et gr.* ℵABCILΔΠ* *min.*

Mt. xxvi. 60 **et non inuenerunt cum multi falsi testes accessissent** *codd. vg. b ff*$_1$ *l et gr.* ℵBC*LN* *min.* : et non inuenerunt . et cum mul. fal. tes. access. non inuenerunt (+ culpam *f*) *uett. plur. et gr. plur.*

Mt. xxvii. 34 **uinum** *codd. vg. uett. plur. gr.* ℵBDKLΠ* : acetum *c f h q et* ὄξος ΑΝΓΔΠ^{2} *etc.*

Mt. xxviii. 2 **lapidem** *sine add. codd. vg. uett. plur. gr.* ℵBD *min.* : + ab ostio *f h q gr. plur.*

Mt. xxviii. 9 **et ecce iesus** *codd. vg. uett. plur. gr.* ℵBD 33. 69. 435 *etc.* : ut autem abierunt nuntiare discipulis eius et ecce iesus *f q gr. plur.*

Ex Marco :—

Mc. i. 10 **et manentem** *codd. plur. vg. uett. plur. et gr.* ℵ 33. 262 *al.* 10 : *om.* M *a c d f r et gr. plur.*

Mc. ii. 22 **uinum** *sec. sine add. codd. vg. uett. plur. cum gr.* ℵBC*DL *min.* : + nouum *e f et gr.* AC^{2}ΓΔΠ *etc.*

Mc. iii. 29 **delicti** *codd. vg. uett. plur. et* ἁμαρτήματος ℵB(D)LΔ *etc.* : iudicii T *f r gr. plur.* κρίσεως.

Mc. iii. 32 **fratres tui** *sine add. codd. vg. e ff*$_1$ *g*$_2$ *l r et gr.* ℵBCGKLΔΠ *min.* : + et sorores tuae *uett. plur. gr.* ADEFH *etc.*

Mc. iv. 24 **adicietur uobis** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBCLΔ *etc.* : + qui auditis *q cum gr. plur.*, + credentibus *f.*

Mc. v. 13 **ad duo milia** *codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBC*DLΔ 1. 2^{pe} : erant autem (enim X) ad (*uel* quasi, circiter) duo milia BⲈPMOX *a f g*$_2$ *i l r et gr.* AC^{2}Π *etc.*

Mc. vi. 11 **in testimonium illis** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBCDLΔ 17. 28. 2^{pe} : + amen dico

uobis tolerabilius erit sodomis aut gomorris in die iudicii quam illi ciuitati (*uel similia*) *a f g₂ q et gr.* AΠ *unc. 9 al. longe plur.*

Mc. vi. 33 **et praeuenerunt eos** *sine add. codd. vg. l δ cum gr.* ℵBLΔ *min.*: +et conuenerunt ad eum *f q cum gr.* AΓΠ *etc.*; et uenerunt illic *fere b c d ff₂ i r cum gr.* D 28. 2ᵖᵉ.

Mc. vi. 36 **cibos quos manducent** *codd. vg. fere cum uett. plur. et gr.* ℵB(D)LΔ 28. 102 (*βρωματα τι φαγωσιν* ℵ; *om. βρώματα rell.*): panes quia quod manducent non habent *f* (*cf. b*) *et ἄρτους· τί γὰρ φάγωσιν οὐκ ἔχουσιν* AΓΠ *unc. 9, al. pler.*

Mc. vi. 51 **stupebant** *sine add. codd. vg. c ff₂ i l et gr.* ℵBLΔ *min.*: +et mirabantur R *b d f q r* (*a*) *et gr.* ADXΓΠ *etc.*

Mc. vii. 5 **communibus** *codd. vg.* (*a*) *d g₂ i q r* = *κοιναῖς* ℵ*BD *min.*: non lotis (*b*) *c f ff₂ l et gr.* ℵᶜALX *etc. ἀνίπτοις.*

Mc. ix. 33 **uenerunt** *codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBD *min.*: uenit *f q et gr.*, ACLNX *etc.*

Mc. ix. 33 **tractabatis** *codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBCDL: cum alterutro tractabatis *f et gr.* ANX Γ *etc.*

Mc. x. 29 *om.* aut uxorem *codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBDΔ *min.*: *habent* aut uxorem (*post* aut patrem) *f q cum gr.* ACNXΓΠ *etc.*

Mc. xi. 1 **bethaniae** *codd. plur. vg. uett. plur. et gr.*, D: bethphage et bethaniae BGOX* *f l q δ et gr. plur.*

Mc. xiv. 19 **numquid ego** *sine add. codd. vg. g₂ l et gr.* ℵBCLPΔ *al.* 20: +et alius numquid ego *a* (*c*) *d f ff₂ i* (*k*) *q et gr.* ADW^bXΓΠ *etc.*

Ex Luca :—

Lc. ii. 33 **pater** (**eius**) **et mater** (eius) *codd. vg. d et gr.* ℵBDL *etc.*: ioseph et mater eius GL *uett. plur.* (*et f*) *et gr.* AEGHKM *etc.*

Lc. ii. 40 **confortabatur** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBDL: +spiritu *f q δ aur. et gr.* AXΓΔΛΠ *etc.*

Lc. ii. 43 **parentes** *codd. vg. a d e et gr.* ℵBDL *min.*: ioseph et mater eius G *uett. plur.* (*et f*) *et gr.* ACXΓΔ *etc.*

Lc. iv. 2 **consummatis illis** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBDL: +postea *f ff₂ q r et gr. plur.* (*cf.* iii. 22 *et* iv. 4, viii. 9 *ubi f etc. add.* dicens, dicentes, *et cf. p.* 669).

Lc. iv. 5 **diabolus** *sine add. codd. plur. b aur. et gr.* (ℵBL): +in montem altissimum HΘM *c r*, +in mon. excelsum W *vg. f l* (+nimis) *q δ* (+ualde); +in mon. altum *d ff₂*, +supra mon. *e*; +*εἰς ὄρος ὑψηλόν uel ὑψ. λίαν gr. plur.*

Lc. iv. 18 **misit me** *sine add. codd. plur. uett. plur. et gr.* ℵBDLΞ 13. 33. 69: +sanare contritos corde GQVW *vg. f* (δ) *et gr.* AW^bΓΔΛΠ *etc.*

Lc. vi. 7 **accusare** (*uel* unde accusare, -rent *etc.*) *codd. vg. uett. plur.* = *κατηγορεῖν* ℵ*B(D)SX: accusationem *r*, occasionem accusandi *f*, = *κατηγορίαν gr. plur.*

Lc. vi. 10 **manus eius** *codd. vg. uett. aliq. et gr.* ℵBL 33. 34*. 63: +sicut alia G *b* (*d*) δ, +sicut et altera FQ (*c f q*) *r cum gr.* ADEKM *etc.*

Lc. vi. 20 **pauperes** *sine add. codd. plur. vg. uett. plur. gr. plur.*: +spiritu DQ *a c f r et gr.* ℵᶜᵃQX *min.*

Lc. viii. 54 **ipse autem** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBDLX *min.*: +eiciens omnes foras et *f q et gr.* AKRSUΠ *etc.*

Lc. ix. 54 **consumat illos** *sine add. codd. plur. vg. e l et gr.* ℵBLΞ 71. 157: +sicut (+et *d f* δ) helias fecit ΘMO^gl *uett. rell.* (*et f*) *et gr.* ACDXΓΔ *etc.*

Lc. ix. 55 *Sed contra u.* 55 **et dixit . . . saluare** *u.* 56 *habetur in codd. plur. vg. uett. plur. et gr.* DF^w KMUΓΛΠ *etc.*: *om.* DΞΨFGQY *gat. l* δ *et gr.* ℵABCEGHL *etc.*

Lc. x. 1 **septuaginta duos** *codd. vg. uett. plur. et gr.* BDMR 42: *om.* **duos** *b f q r* δ *et gr.* ℵACLXΓΔ *etc.*

Lc. x. 11 **adpropinquauit** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBDLΞ *min.*: +in uos E *f l et gr.* ACRXΓΔ *etc.*

Lc. xi. 25 *om.* **uacantem** *codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵ*ADXΔΛΠ *etc.*: *habent* uacantem (= *σχολάζοντα* ℵᶜBCLRΓ *etc.*) *f l r* (δ).

Lc. xi. 44 **uae uobis** *sine add. codd. vg. a c e ff₂ l et gr.* ℵBCL *al.* 9: +scribae et pharisaei hypocritae Q *b d f i q r* δ *et gr.* ADXΓΔ *etc.*

Lc. xiii. 34 **nidum suum** *codd. vg. a b* δ *aur. et gr.* ℵBLRXΓΔ *etc.*: pullos suos *uett. rell.* (*et f*) *et gr.* ADKM *etc.*

Lc. xiv. 5 **asinus** *codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵKLXΠ 1. 33: filius *e f q et gr. plur.*; **ouis** *d et προβατον* D.

Lc. xxiii. 23 **uoces eorum** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBL 130 : +et sacerdotum *c f*, +et principum sacerdotum *d δ, et gr.* ADPXΓΔ *etc.*

Lc. xxiv. 1 **aromata** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBC*L 33. 124* : +et quidam (quaedam δ) cum illis (ipsis *q*, eis δ) *d q r* δ, +et aliae simul cum eis *f, et ita gr.* AC³DXΓΔ *etc.*

Lc. xxiv. 49 **ciuitate** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBC*DL : +hierusalem *f q* δ *cum gr.* AC²XΓΔΛΠ *etc.*

Ex Iohanne :—

Io. v. 16 **iesum** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBCDL *min.* : +et quaerebant eum occidere (interficere *f*) *e f q r* δ *et gr.* AΓΔΛΠ *etc.*

Io. vi. 15 **fugit** *codd. vg. a c ff₂ l aur.* = φευγει ℵ* : secessit *b d e f q r* δ *et* ἀνεχώρησεν *gr. plur.*

Io. vii. 8 **non** *codd. plur. vg. uett. plur. et* οὐκ ℵDKMΠ : nondum V *f q* δ *et* οὔπω BLTXΓΔΛ *etc.*

Io. viii. 29 **solum** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBDLTX *min.* : +pater *f q* δ *et gr.* ΓΔΛ *etc.*

Io. viii. 59 **templo** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBD : +et transiens per medium eorum ibat sic D, tran. per med. eorum et ib. sic *f* (*om.* sic) *q* (r_2) δ *et gr.* ℵᶜACLXΓΔ *etc.*

Io. x. 26 **ex ouibus meis** *sine add. codd. vg. c et gr.* ℵBKLM*Π* *min.* : +sicut dixi uobis *uett. rell.* (*et f*) *et gr.* ADM² *etc.*

Io. xi. 41 **lapidem** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBC*DLX *min.* : +ubi fuerat *f* (δ) *et gr.* AKΠ *etc.*, *et* + οὗ ἦν ὁ τεθν. κείμενος *gr. plur.*

Io. xii. 4 **iudas** *sine add. codd. vg. d* δ *gr.* ℵBDL : +simon *uel* simonis *uett. rell.* (*et f*) *et gr.* AE *etc.* (*et* Δ).

Io. xii. 7 **ut . . . seruet** *codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBDKLQ *etc.* : seruauit *f et gr.* AIΓΔΛ *etc.*

Io. xii. 47 **custodierit** *codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵABDKL *etc.* : crediderit *f q* δ *et gr.* EFGHMS *etc.*

Io. xiii. 2 **ut traderet eum iudas sim. scar.** *codd. plur. b l et gr.* ℵBLMX : iudae sim. scar. ut eum traderet *a* (*c*) *d e f m q* δ *fere et gr.* ADΓΔ *etc.*

Io. xvii. 12 **cum eis** *sine add. codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBC*DL : +in mundo (*a f*) *q* δ *et gr.* AC³XΥΓΔ *etc.*

Io. xix. 3 **et ueniebant ad eum** *codd. vg. uett. plur. et gr.* ℵBLUXΛΠ *min.* : *om. f q* δ *et gr.* ADᶜΥΓΔ *etc.*

Io. xx. 31 **uitam** *sine add. codd. plur. vg. a c m* δ *aur. et gr.* ABC³XΓΔ *etc.* : +aeternam BDEKORZ *b e f q r* (*d*) *et gr.* ℵC*DLTᵈ *min.*

Saepe etiam additamenta minoris momenti apparent in *f* et graecis posterioribus quae in Uulgata et in antiquissimis tam Graecorum quam ueterum Latinorum exemplaribus aut numquam erant, aut erasa sunt; exemplo sunt

(1) Additamentum uocis *iesus, iesu* etc. explicationis ut uidetur causa. *Mt.* xiii. 36 **domum** (+iesus); xiv. 14 **exiens** (+iesus); 25 **uenit ad eos** (+iesus); xxii. 21 *et* 43 *et* xxvi. 38 **ait illis** + **iesus**; *Mc.* viii. 1 **conuocatis** (+iesus); xi. 11 **introiuit** (+iesus); 15 **introisset** (+iesus); *Lc.* vi. 12 **exiit** (+iesus); vii. 22 **respondens** (+iesus); 24 **dicere** (+iesus); ix. 13 **illos** (+iesus), *cf.* 55; 43 **faciebat** (+iesus); x. 21 **spiritu sancto** (+iesus); 28 **illi** (+iesus); xiii. 2 **respondens** (+iesus); 22 **ibat** (+iesus), *cf.* 32, xx. 41; *Io.* iv. 46 **iterum** + **iesus**; vi. 14 **signum** (+iesus); viii. 23 **eis** (+iesus); xi. 45 **fecit** (+iesus); xiii. 3 **sciens** (+iesus); xx. 21 **dixit ergo eis** (+iesus); xxi. 17 **dicit ei** (+iesus). Similiter additur *christus Lc.* iv. 41 **tu es** (+christus): *Io.* iv. 42 **saluator mundi** (+christus); et *dominus*, uel *domine Mt.* xiii. 51 **etiam** (+domine); *Mc.* ix. 24 **credo** (+domine); *Lc.* ix. 57 **quocumque ieris** (+domine), *cf. Io.* xiii. 37; *propheta Mt.* xvi. 4 **ionae** (+prophetae); *Lc.* xi. 29 *id.*

(2) *eum, eius, ei, meus, tuus etc. Mt.* xvii. 10 **discipuli** (+eius); xviii. 25 **dominus** (+eius); xix. 7 **dimittere** (+eam); xxiv. 36 **pater** (+meus); xxv. 44 **respondebunt** (+ei); xxvi. 17 **dicentes** (+ei); 65 **blasphemiam** (+eius); 75 **dixerat** (+ei); xxvii. 22 **dicunt** (+ei); *Mc.* i. 22 **scribae** (+**eorum**); ii. 5 **peccata** (+tua); *Lc.* ii. 45 **inuenientes** (+eum); *Io.* iv. 41 **crediderunt** (+in eum); xvi. 10 **patrem** (+meum).

(3) *quia* (= ὅτι recitantis). *Mt.* vi. 5 quia (**receperunt**); xxiii. 36 quia (**uenient**); xxvi. 29 quia (**non bibam**); xxvii. 47 quia (**helian uocat**); similiter *dicens* etc. additur *Mt.* xxii. 35 **temtans eum** (+et dicens); *Lc.* iii. 4 **prophetae** (+dicentis); *Io.* ix. 11 **respondit** (+et dixit).

(4) *iesus, iesu* ponuntur forsan propter emphasin pro *ille, eius* etc. *Mt.* xv. 1 **eum** (iesum); 16 **at ille** (iesus autem); 30 **eius** (iesu); xvii. 11 **at ille** (iesus autem); xxiv. 2 **ipse** (iesus); *Mc.* v. 34 **ille** (iesus); *Lc.* xxii. 34 **et ille** (et iesus); xxiii. 3 **at ille** (iesus autem); 9 **at ipse** (et iesus); *Io.* iii. 2 **ad eum** (iesum).

(5) *iterum* additur. *Mt.* xiii. 44 (iterum) **simile**; *Mc.* xi. 15 **ueniunt** (+iterum); *Io.* x. 31 **sustulerunt** (+ergo iterum); 39 **eum** (+iterum) **adprehendere**; *confestim Mc.* ii. 2 **et** (+confestim); *postea Lc.* iv. 2 **consummatis illis** (+postea).

Classis ii. *Ubi Hieronymus cum codicibus f q et Graecis posterioribus contra Graecos et Latinos antiquiores facit.*

Notabit prudens lector hos locos et pauciores numero et minoris momenti esse quam illi sunt quos sub classe prima enumerauimus. Quae tamen de Luca et Iohanne notauimus (p. 671), obseruatione eius satis digna sunt.

Ex Mattheo :—

Mt. x. 18 **ducemini** *codd. vg. f l* = ἀχθήσεσθε *gr. plur.* : stabitis *uett. rell. et* σταθήσεσθε D 111.
Mt. xiii. 13 **quia uidentes non uident** *etc. codd. vg. f l q cum gr. plur.* : ut uidentes non uideant *etc. uett. plur. cum gr.* D *al.* 12 *fere.*
Mt. xv. 6 **et non** *ad init. codd. vg. c f l q et gr. plur.* : *om.* **et** *uett. plur. et gr.* ℵBCDT^{c} 1. 33 *etc.*
Mt. xix. 4 **ait eis** *codd. vg. b f* $g_{1.2}$ *l* (*m*) *q et gr.* C *unc.* 12 *etc.* : *om.* **eis** *a c d e* ff_2 *h et gr.* ℵBDL *al. pauc.*
Mt. xix. 9 **et qui dimissam duxerit moechatur** *codd. plur. vg. c f* g_2 (*m*) *q cum gr.* BC^{1}INZ *etc.* : *om.* T* *uett. plur. et gr.* ℵC^{3}DLS 69 *al.* 15.
Mt. xix. 16 **magister bone** *codd. vg. uett. plur.* (*et f*) *et gr. plur.* : *om.* **bone** *a d e* ff_1 *et gr.* ℵBDL 1. 22.
Mt. xxi. 7 **uestimenta sua** *codd. vg. uett. plur.* (*et f*) : *om.* **sua** *b d e* $ff_{1.2}$ g_2 *et gr.* ℵ*BD.
Mt. xxii. 44 **scabillum** *codd. vg. uett. plur.* (*et f*) *et gr.* EFHK *al. plur.* (ὑποπόδιον) : sub *b* (*d*) *e h q r et gr.* ℵBDGLUZ *etc.* ὑποκάτω.
Mt. xxiii. 4 **et inportabilia** *codd. vg. uett. plur.* (*et f*) *et gr. plur.* : *om. a b e* ff_2* *h et gr.* ℵL 1. 209.
Mt. xxv. 29 **quod uidetur habere** *codd. plur. vg. f* g_1 *l et gr.* LΔ 33. 69 *etc.* : quod habet R *uett. plur. gr. plur.*
Mt. xxvi. 42 **hic calix** *codd. vg. uett. plur.* (*et f*) *et gr. plur.* : *om.* **calix** I *b* ff_2 *q et gr.* ℵABCI LΔΠ* *min.*
Mt. xxvii. 28 **exuentes** *codd. vg. f* ff_1 $g_{1.2}$ *h l et gr. plur.* : *om. a b c d* ff_2 *q cum gr.* ℵ^{ca}BD 157.

Ex Marco :—

Mc. i. 14 **regni dei** *codd. vg. uett. plur.* (*et f*) *et gr. plur.* : *om.* **regni** M *b c* ff_2 *t et gr.* ℵBL *etc.*
Mc. i. 27 **quae doctrina haec noua? quia in** (cum *f*) **potestate** *etc. codd. vg. f* ff_1 g_2 *l et gr.* ACΓΔΠ *etc.* : quae esset doctrina ista cum potestate? *fere b c e* ff_2 *q r cum* ℵBL 33. 102 (*sed uariant, uide Tisch. ad loc.*).
Mc. i. 41 **iesus autem** *codd. vg. c f* g_2 *l q et gr.* ACΓΔΘ^{f}Π *etc.* : et *a b d e* ff_2 *r et gr.* ℵBD 102.
Mc. i. 42 **et cum** (+haec *f*) **dixisset** *codd. plur. vg. f* g_2 *l q cum gr.* ACΓΔΘ^{f}Π *etc.* : et *tantum* G *a b c d e* ff_2 *r et gr.* ℵBDL *min.*
Mc. iii. 31 **ueniunt** *codd. vg.* (*c f*) *l et gr. plur.* : uenit Ƥ^{mg}G *uett. plur. et gr.* ℵDG *min.*
Mc. v. 13 **concessit eis statim iesus** *codd. vg. uett. plur.* (*et f*) *et gr. plur.* : *om.* **statim** *b e et gr.* ℵBCLΔ *min., similiter fere* vii. 35 et [statim].
Mc. vii. 8 **relinquentes enim** *codd. vg. f l et gr.* AXΓΠ *etc.* : *om.* **enim** *a b c* ff_2 *i q r et gr.* ℵBDLΔ* 102. 124, *sed uide Tisch. T. G. 8 ad loc.*
Mc. ix. 31 **tertia die** *codd. vg. f* g_2 *l et gr.* AC^{3}NXΓΠ *etc.* : post tertium diem *a k q*, p. tres dies *b c i*, in tres dies *d* = μετὰ τρεῖς ἡμ. ℵBC*DLΔ ; *similiter* x. 34.

Ex Luca :—

Lc. vii. 10 **seruum qui languerat** (*uel* -ebat) *codd. plur. vg.* (*d*) *f et gr. plur.* : *om.* **qui lang.** G *uett. plur. et gr.* ℵBL 1. 157. 209.
Et de decem uirginibus. De homine peregre profecto, qui tradidit substantiam suam seruis suis.

XXVIII. De aduentu filii hominis uenientis ad iudicium cum maiestate sua.

XXIX. De muliere quae accessit ad Iesum in domo Simonis leprosi, habens alabastrum unguenti preciosi.

XXX. De die prima azymorum, in qua accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Ubi uis paremus tibi manducare pascha?

XXXI. Uenit Iesus in agrum, qui dicitur Gethsemani, et dicit discipulis suis: Sedete hic donec eam illuc orare. Et tristata est anima eius usque ad mortem. Et de calice mortis dicit: Pater si possibile est, transeat a me calix iste. De spiritu prompto et carne infirma. Et rursum de eo quod dixit: Pater non potest hic calix transire, nisi illum bibam? fiat uoluntas tua.

XXXII. De Iuda, qui erat unus de duodecim discipulis, ueniente ad Iesum cum plurima turba ut eum traderet. De gladio quem iussit Petro conuertere in locum suum.

XXXIII. De Pilato cum sederet pro tribunali, et cum misit ad illum uxor sua, dicens: Nihil tibi sit et iusto isti. De transeuntibus iuxta crucem, qui mouebant capita sua et dicebant: Hic est qui destruebat templum, et in triduum illud reaedificabat.

Elenchi finis.

Rabanus Maurus.

de Iudae traditoris petito pretio; de extrema coena, et quae ibi et in horto contigerunt.

XXVII. Iesus Pilato traditur, Iudas laqueo perit, et de tota Christi Domini passione.

CAPITULA ALIA IN MARCUM

ex codicibus *Par. Lat.* 6[4] et 277.

Par. Lat. 6[4].

Inciṗ. capitulac̄. in marcho.

I. De ioh̄ne babtista . et ih̄u baptizato . et de teptacione eius in heremo.

II. Ubi ioh̄ne tradito ih̄s predicat . et discipulos uocat . et in capharnaum hominem in sinagoga ab spiritu inmundo liberat.

III. Socrum petri a febribus sanat . et multos curat . et in deserto orat . et ubicumque perambulans predicat.

IIII. Ihesus leprosum mundat.

V. Ih̄s in capharnaum paraliticum per tectum dimissum sanat . et leui de theloneo uocat.

VI. In domo leui cum publicanis accumbens dicit . non necesse abent sani medicum . et non possunt ieiunare filii sponsi sponso presente.

Par. Lat. 277.

Incipiunt capitula euangelii secundum marcum.

I. Ubi baptizatus est de columba et uoce de caelis.

II. Ubi fuit in heremo cum temptaretur a sathana.

III. Ubi ueniens in galyleam predicabat aeuuangelium et penitenciam . et ubi eum dimittentes retia secuti sunt petrus et andreas et iacobus.

IIII. Ubi dictum est quod docebat in capharnaum tanquam potestatem habens . et exclusit sp̄m inmundum . et fama eius dilata est per regionem galyleae.

V. Ubi sanauit socrum petri . et post occasum solis attulerunt ad eum languentes et demonium habentes et sanauit eos.

VI. Ubi in deserto orauit ante lucem solus et cum secutis discipulis et dicentibus quod eum quererent homines . respondit eamus ad proxima castella et ciuitates predicare in hoc enim exii et predicaui in omni synagoga demonia expellens.

VII. Ubi mundauit leprosum et precepit ei ne diceret set offerret pro se sacrificium et ille nunciauit et non iam poterat ih̄c palam introire in ciuitatem.

VIII. Ubi curauit paraliticum quem per tectum summiserant propter turbas.

IX. Ubi uocauit de theloneo iacobum alphei et in domo eius manducauit cum publicanis et peccatoribus et secuti sunt eum et ubi respondit non est necessarius sanis medicus set male habentibus non ueni uocare iustos set peccatores in penitencia.

X. Ubi de discipulis suis non ieiunantibus respondit loquens de sponso et de panno rudi et de uino nouo in utres ueteres.

X. **rudi** : rudo *cod. m.p.*

Par. Lat. 6[1].

VII. Discipuli sabbato uellebant spicas et manducabant.

VIII. In sinagoga manum hominis aridam sanat . et discipuli in nauicula ei deseruiunt . et multos sanat.

VIIII. Discipulos nominatim uocat . et pharisei de eo dicunt . behelzebub abet.

X. Omne regnum diuisum non stabit . et qui blasphemauerit in spiritu sancto . et hii sunt fratres mei . qui uoluptatem faciunt patris.

XI. Ecce exiit seminans ad seminandum . et reliqua . et nihil est absconditum quod non manifestetur.

XII. In qua mensura mensi fueritis . et qui abet dabitur ei . et quemadmodum si iaciat homo sementem . et dum dormit germinet . et de grano sinapis in terra sato.

XIII. Dormiens in nauicula ihs facta tempestate excitatur . et conpescit uentum et mare.

XIIII. In regione gerasenorum hominem a legione daemonum mundat.

XV. Mulierem a profluio sanguinis sanat . et filiam principis resuscitat.

XVI. Nonne iste est filius marie . et non est propheta acceptus in patria sua.

XVI. est *pr. sup. lin. scr.*

Par. Lat. 277.

XI. Ubi respondit phariseis cōmotis quia discipuli eius sabbato spicas uellebant quid fecerit dauid de panibus propositionis et quod filius hominis dominus est ipsius sabbati.

XII. Ubi aridam manum hominis sabbato sanauit.

XIII. Ubi cum discipulis suis et multis turbis secessit ad mare et ad nauiculam sibi presto esse iussit ne premeretur a turbis eorum quos curabat et corripiebat ne manifestarent eum.

XIIII. Ubi ascendit in montem et fecit ut essent secum duodecim discipuli ut potestatem illis daret predicare aeuuangelium et curare et mundare nomina eorum dicuntur.

XV. Ubi dixerunt pharisei quod in principe demoniorum expelleret demonium . ibi eis respondit de regno sathanae et de blasphemia in spiritum sanctum . quae non dimittetur.

XVI. Ubi mater eius et fratres foris stantes nunciati sunt ei.

XVII. Ubi docebat turbas in littore stantes cum ipse sederet in naui ubi dixit similitudinem de semine quod cadit in uia et in petrosa . et inter spinas et in terram bonam et exposuit illam solis discipulis suis . ibi locutus est similitudines de lucerna quae super candelabrum ponitur et de mensura in qua mensis remetietur . et de seminante qui nescit quomodo crescat quod seminauit usque ad tempus messis et de grano synapis quod seminatum crescit ut cetera holera transeat.

XVIII. Ubi uento imperauit ut quiesceret cum turbarentur in mare.

XIX. Ubi misit demonia in porcos et iussit ei quem mundauerat ut nunciaret suis beneficia dei.

XX. Ubi sanata est mulier tangens uestimentum eius cum iret ad filiam archisinagogi quam mortuam in domo eius resuscitauit cum dixit thabitacumi hoc est puella surge.

XXI. Ubi in patria sua dixit prophetam sine honore esse.

Par. Lat. 6[4].

XVII. Duodecim discipulos mittit ad predicandum . et de pera et peccunia et duabus tunicis.

XVIII. Herodes interrogat de ihu . et iohns babtista in carcere decollatur . et redent discipuli quos misit predicare.

XVIII[I]. De quinque panibus et duobus piscibus in quinque milia hominum.

XX. Ihs super fluctos ambulat : et multos infirmos egressus sanat.

XXI. De manibus inlotis et quod ait corban quod est donum.

XXII. Mulieri sirophaenisse dicit . non licet tollere panem filiorum . et filiam eius a daemonio sanat.

XXII[I]. Hominem surdum et mutum sanat.

XXIIII. De septem panibus et paucis pisciculis in quattuor milia hominum.

XXV. Pharisei signum petunt . et cauete a fermento phariseorum . et cecus dicit uideo homines sicut arbores ambulantes.

XXVI. IH̄S dicit quem me dicunt aesse homines . et discipulos de passione premonens . petro dicit uade retro me . et si quis uult post me sequi . et qui me confessus fuerit.

XXVII. Ihs in monte transfiguratur : et quod ait helias ueniet et restituet omnia.

Par. Lat. 277.

XXII. Ubi misit discipulos duodecim ad expellendos inmundos spiritus et predicandam penitenciam monens illos quomodo ambularent.

XXIII. Ubi de illo audiuit herodes qui decollauit iohannem enarratur quare et quomodo iohannes occisus est.

XXIIII. Ubi pauit turbas in deserto de quinque panibus et duobus piscibus.

XXV. Ubi ambulauit super aquas maris.

XXVI. Ubi obsecrabant eum infirmi ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent.

XXVII. Ubi cōmoti sunt quia discipuli eius non lotis manibus manducabant et respondit eis quia suas traditiones obseruabant magis quam dei . et conuocatis turbis dixit nichil esse quod inquinet hominem quod a foris intrat . set quod exit ab homine . et hoc ipsum exposuit in domo interrogantibus discipulis suis.

XXVIII. Ubi ait ei mulier et canes manducabant sub mensa de micis puerorum et sanata est a demonio filia eius.

XXIX. Ubi surdum et mutum fecit audire et recte loqui.

XXX. Ubi pauit turbas in deserto de septem panibus et paucis piscibus.

XXXI. Ubi petierunt pharisei ab eo signum de caelo.

XXXII. Ubi dixit discipulis cauete a fermento phariseorum et a fermento herodianorum.

XXXIII. Ubi curauit cecum spuens in oculos eius.

XXXIIII. Ubi dixit discipulis quem me dicunt homines esse et de passione et de resurrectione sua et corripuit petrum timentem ne moreretur.

XXXV. Ubi precepit de cruce tollenda et de anima perdenda ut saluetur et de confessione.

XXXVI. Ubi ait quosdam esse ex his qui stabant non uisuros mortem priusquam uiderent regnum dei.

XXXVII. Ubi se ostendit tribus discipulis in monte in claritate ibi facta est uox de nube hic est filius meus dilectissimus audite eum.

XXXVIII. Ubi eum interrogauerunt de aduentu helyae.

Par. Lat. 6[4].

XXVIII. Puerum a demonio surdum et mutum sanat . quem discipuli eicere non poterant . et discipulos de sua passione instruit . et puerum in medio statuens dicit qui uult primus esse.

XXVIII[1]. Dicit ei iohns . uidimus quēdam eicientem daemonia . et qui potum dederit calicem aque frigide . et de manu et pede et occulos eruendi . et abete in uobis salem.

XXX. Non debere uxorem dimitti . et offerebant ei paruulos . et quisque non receperit regnum dei sicut paruulus.

XXXI. Magister bone quid faciam . et difficile est confidentes in peccunia intrare in regnum dei . et nemo est qui relinquat domum aut fratres.

XXXII. Filii zebedaei petunt ut sedeant cum ihu . et filius hominis non uenit ministrari set ministrare.

XXXIII. Filium thimei cecum ihs inluminat.

XXXIIII. Adducunt pullum . et sedent super eum ihm turbe clamant osanna.

XXXV. Ficulneae maledicit . et uendentes de templo eicit.

XXXVI. Qum stabitis ad orandum . dimittite si quid abetis in corde . et interrogant eum . in qua potestate hoc facis.

XXXVI[1]. De uinea et colonis qui occidunt seruos . et herede et lapis quem reprobauerunt haedificantes.

Par. Lat. 277.

XXXIX. Ubi sanauit puerum a demonio quem non potuerunt discipuli eius.

XL. Ubi discipulis in domo interrogantibus respondit non posse genus illud demonis excludi nisi ieiuniis et orationibus.

XLI. Ubi de passione et de resurrectione sua dicebat discipulis transiens latenter per galyleam.

XLII. Ubi puerum ostendens et eum complexus docuit eos humilitatem.

XLIII. Ubi suggestum est illi de quodam qui in nomine eius expellebat demonium cum eum sequeretur . ibi locutus est de tenebris amputandis quae scandalizant hominem et de sale quod proicitur si fatuus fuerit.

XLIIII. Ubi interrogatus est utrum oporteat dimittere uxorem.

XLV. Ubi dixit quicūque non receperit regnum dei quasi puer non intrabit in illo.

XLVI. Ubi ait facilius camelum intrare per foramen acus quam diuitem in regnum dei et dixit quid recipiunt qui sua relinquunt propter aeuuangelium et de nouissimis primis et primis nouissimis.

XLVII. Ubi ascendens iherosolimam locutus est de passione et de resurrectione sua.

XLVIII. Ubi respondit iacobo et iohanni ut sedeat ad dexteram et ad sinistram meam non est meum dare uobis . et omnibus dixit qui uult inter uos primus esse erit omnium seruus.

XLIX. Ubi cecum uerbo illuminat clamantem miserere mei fili dauid.

L. Ubi sedit in pulio in quo nemo adhuc sederat.

LI. Ubi circumspexit templum exiuit in bethaniam cum duodecim discipulis.

LII. Ubi arborem fici maledixit.

LIII. Ubi de templo expulit uendentes et ementes.

LIIII. Ubi transeuntes cum eo discipuli uiderunt aridum arborem cui maledixerat et locutus est eis de fide et de oratione et de remissione peccatorum.

LV. Ubi sacerdotes interrogauit de baptismate iohannis et dedit eis similitudinem de uinea locata in qua occisi sunt quos misit dominus uineae.

XLIII. quod *m.p.*; qui *cor.*

Par. Lat. 6[4].

XXXVII[I]. De cesare et numo.

XXXVII[II]. De septem fratribus qui unam uxorem abuerunt . et quod est primum mandatum . et quod ait non es longe a regno dei.

XL. Quomodo dicunt iudei xp̄m d̄d̄ filium esse et de primis accubitis.

XLI. De uidua quae duo minuta in gazofilacio misit.

XLII. Qum dicerent de lapidibus templi . designauit eis nouissimum tempus . et qui perseuerauerit usque in finem . et de die et ora.

XLIII. De muliere que caput ihu perungento . et habiit iudas ut eum traderet . et maducauit cum discipulis pascha.

XLIII[I]. De sacramento cene.

XLV. Petro dicit ter me negabis . ubi tercio orat ihs et conprehendunt eum.

XLVI. De adulescente amicto sindone . et inludunt ih̄m . et petrus flet . et crucifigunt ih̄m.

XLVI[I]. Post resurreccionem apparuit discipulis . et misit eos ut baptizarent.

Explicit capitulacio.

XLIII. **perungento** : *ita codex.*
XLVI. **sindone** : sindona *cor.*

Par. Lat. 277.

LVI. Ubi ait reddite quae sunt cesaris cesari et quae sunt dei deo.

LVII. Ubi interrogauerunt eum saducei de muliere quae habuit septem uiros.

LVIII. Ubi respondit de duobus mandatis scribae de dilectione dei et dilectione proximi.

LIX. Ubi de dauid dixit quod dominum eum uocauit et de phariseis quia cum honorem ab hominibus querunt et comedunt domos uiduarum abundantius iudicium accipient.

LX. Ubi de uidua locutus est quae misit duo in gazophilatium.

LXI. Ubi de templo discipulis dixit quod dissolueretur et aliud post triduum resuscitaretur . et de fine seculi multa locutus est.

LXII. Ubi unguento pretioso mulier perfudit pedes eius.

LXIII. Ubi iussit preparari sibi pascha et locutus est de traditore suo cum ille correptus esset a iudeis.

[U]bi ei eucharistiam tradidit.

LXIIII. Ubi ymno dicto locutus est de scandalo ipsorum et quod eum petrus negaturus esset.

LXV. Ubi dixit si fieri potest transeat hic calix cum discipuli eius illo orante dormirent deinde traditus est.

LXVI. Ubi adductus est ad pontifices et falsos testes passus est et locutus est de aduentu claritatis suae.

LXVII. Ubi eum petrus negauit sicut ab eo predictum fuerat.

LXVIII. Ubi a pylato cruci destinatus est et multas contumelias superpessus est.

LXIX. Ubi adductus est ad locum crucis alio portante crucem eius et infixus est cum latronibus.

LXX. Ubi sepultus est et unxerunt eum duae mariae.

LXXI. Ubi resurrexit et nunciatum est discipulis suis.

LXXII. Ubi apparuit post resurrectionem eius apostolis omnibus.

Expliciunt capitula.

LXIII. *Literam capitalem* U *omisit scriba.*

CAPITULA ALIA IN LUCAM

ex codicibus *Par. Lat.* 6[4] et 277.

Par. Lat. 6[4].

Incipit capitulac̄ in lucha.

I. De zacharia sacerdote et sacrificio eius . et de angelo mariae locuto.

II. Ubi maria ad helisabeth uenit et prophetauit et de iohannis natiuitate . et zachariae prophetia.

III. De discriptione augusti . et natiuitate in bethleem . et de pastoribus.

IIII. De simeone et anna in templo prophetantibus.

V. De ih̄u quod annorum duodecim seniores docebat et proficiebat sapientia et aetate.

VI. De ioh̄nis predicacione uel baptismo in iordane.

VII. De ih̄u baptizato . et generacionis serie usque ad adam . et temptatione in deserto.

VIII. IH̄S in nazareth sinagogam ingressus esaiam legit . et quia nemo propheta acceptus est in patria sua.

VIIII. In capharnau hominem in sinagogam a daemonio liberat . et socrum petri a febribus sanat . et multos ibi curat.

X. Sedens in nauicula turbas docet . et de captura piscium ubi petro dicit . ex hoc eris homines capiens.

XI. Ih̄s leprosum mundat cui dixit uade hostende te sacerdotibus . in deserto orat . et

I. **locuto** : locoto *m.p.*
III. **discriptione** : scuscriptione *m.p.*
XI. **sacerdotibus** : sacerdoti *et cor.*

Par. Lat. 277.

Inc. capitula.

I. Zacharias uiso angelo quia non credidit obmutuit . elysabeth uxor eius concepit.

II. Maria quoque de spiritu sc̄o cum concepisset salutauit elysabeth.

III. Elisabeth salutata prophetauit et peperit et ut nomen filii sui iohannis zacharias scripsit locutus est ac filium preiturum ante dominum prophetauit.

IIII. Postea quam peperit maria ih̄m in presepio posuit quem pastores iuxta angelorum indicia inueniunt quique octaua die circumciditur.

V. Simeon iustus xp̄m manibus sumptum benedicit.

VI. Anna prophetissa uidua multa de xp̄o prophetat.

VII. Ih̄s annorum duodecim in templo cum doctoribus legis inuentus in patrisse.

VIII. Anno quinto decimo tyberii cesaris pilato iudeam procurante . iohannes baptista penitenciam predicat.

IX. Ductus in desertum ih̄s quadraginta diebus ieiunauit . et de diabo temptatus uicit.

X. Paralyticum dimissum per tectum ih̄s a peccatis et ab infirmitate liberat.

VII. **patrisse** *ita codex ; cetera desiderantur, u.* C (T) *ad p.* 276.
IX. **diabo** *ita codex.*

Par. Lat. 6[4].

in domo paralitico dicit . tolle lectum tuum et ambula.

XII. Leui publicanum de teloneo uocat . qui ei conuiuium parat . ubi ait non egent sani medico . et non ieiunant filii sponsi sponso presente.

XIII. In sabbato secundo primo discipuli uellebant spicas . et in sinagoga manum hominis aridam sanat.

XIIII. In monte orans duodecim discipulos nominatim eligit . et de beatitudine docet dicens si uos exprobrauerint gaudete . et ue diuitibus et saturatis . et ridentibus . et diligite inimicos uestros . et date . et dabitur uobis . et se cecus cecum ducat . et non est discipulus super magistrum.

XV. De fistuca et trabe . et de arbore bona et mala . et quid uocatis me domine domine . et de domo hedificata super petram uel super arenam.

XVI. In capharnau . puerum centurionis sanat.

XVII. In ciuitate nahim uidue matri unicum de feretro suscitauit.

XVIII. Iohañs ad ihm mittens dicit tu es qui uenturus es et ihs de ioh̃ne ad turbas loquitur . et catauimus uobis et non saltastis.

XVIII[I]. Ihs in domo simonis pharisei recumbit . et mulier peccatrix osculatur pedes eius . et ungento unxit . ubi parabolam de duobus debitoribus ponit . et de maria de qua septem demonia eiecit . et de ceteris que dominum sequebantur.

XX. De parabolam seminantus . et nemo accendit lucernam . et qui abet dabitur ei . et ecce mater tua et fratres tui foris stant.

XXI. Ihs in nauicula dormit . et suscitatus uentum et mare conpescit.

XXII. In regione gerasenorum legionem demonium ab ab homine eiciens.

XXIII. Filiam iairi principis suscitat . et mulierem a profluuium sanat.

XXIII[I]. Potestatem discipulis suis dat curandi . et mittit eos ut predicent . et de uirga et pera . et peccunia et herodes de ihu interrogat.

XIIII. se *ita codex.*
XVIIII. unguento *cor.*
XXII. ab ab *ita codex.*

Par. Lat. 2[77].

XI. Centurionis puerum curat . uidue filium resuscitat . iohannes discipulos mittit ad ihm.

XII. Iairi filiam dum iret resuscitare . mulierem a profluuio liberat . puellam uiuificat.

XIII. Mittens discipulos predicare dat eis omnem potestatem.

Par. Lat. 6[4].

XX[V]. Discipuli redeunt ad ihm . et in deserto bethsaide . de quinque panibus et duobus piscibus . quinque milia uirorum pascit.

XX[VI]. IH̄S discipulos interrogat quem eum dicunt turbe . et de passione sua indicat . et qui uult me sequi tollat crucem cotidie . et qui me erubuerit . et quid proderit homini si mundum lucretur . et filius hominis cum uenerit in maiestate sua et patris.

XX[VII]. De transfiguracione ihu in monte . et descendens a daemonium liberat . et de passione sua premonet et qui recipit puerum . et qui me recipit . et iohns dicit uidimus quendam.

XXVII[I]. Iohns et iacobus dicunt ad ihm . uis petimus ignem sicut helias . et increpat eos.

XXVI[III]. Quidam ad ihm dicit sequar te . et alteri ihs dicit sine mortuos . et nemo mittens manum suam in aratro.

XXX. De septuaginta duobus discipulis quos binos ad predicandum mittit . et dicit messis multa . et de saculo et pera et calciamentis . et uae tibi corozain . et qui uos audit me audit.

XXX. i. Reuersis septuaginta duobus dicit uidebam sathanan ecce dedi uobis potestatem calcandi . et gaudete quia nomina uestra scripta sunt in caelis . et confessio ihu ad patrem.

XXXII. Legis peritus ihm interrogat quid faciendo uitam aeternam possideat . et parabolam proponit de homine qui incidit in latrones.

XXXIII. Ihs marte dicit maria optimam partem elegit.

XXXII[II]. Discipulos orare docet . et quod ait cōmoda mihi tres panes . et petite et dabitur uobis . et de lapide et pisce.

XXXV. Ihs demonium mutum eicit . et dicunt pharisei in behelzebub . et signum petunt . et nemo intrat in domum fortis . et qui mecum non colligit et qum spiritus inmundus exierit ab homine . et beatus uenter qui te portauit.

XXXV[I]. Quia signum non dabitur eis nisi

Par. Lat. 277.

XIIII. In monte assumpto petro iohanne et iacobo xp̄s transfiguratur inter moysen et helyam.

XV. Elegit septuaginta duos quos mittit ad predicandum.

XVI. Post orationem propriam docet orationem . et parabolam ponit eius qui propter tedium dat postulanti panem petendum esse.

XXVII. **sua** : suam *m.p.*
XXXI. **guaudete** *cod.*
XXXII. **peritus** : peritis *m.p.* **et** : *uoluit* cui *cor.*

Par. Lat. 6¹.

ione . et de regina austri . et uiris ninniuitis . et nemo accendit lucernam et lucerna corporis tui occulus tuus.

XXX^{VII}. In domo pharisei recumbens . de calice et catino dicit . et date elemosinam . et qui decimatis mentam et cetera.

XXX^{VIII}. De primis chatedris arguit phariseos . et quia sint monumenta . et tulerint clauem.

XXX^{VIIII}. Adtendendum a fermento phariseorum . et non timendos eos qui occidunt corpus . et de passeribus et capillis . et qui in spiritum sanctum blasphemauerit . et nolite cogitare quid loquamini . et quis me constituit iudicem.

XL. Diuitis cuiusdam uberes fructus attulit . et sic qui non est in deo diues . et nolite solliciti anime . et considerate coruos et lilia.

XLI. Nolite timere pusillus grex . et uendite et date elemosinam . et beati serui quos dominus inuenerit uigilantes . et de seruo preposito danda cibaria . et uapulabit . et cui multum.

XLII. Ignem ueni mittere . et non pacem set gladium . et faciem caeli nostis probare . et da operam de aduersario liberari.

XLIII. De galileis quorum sanguinem fudit herodes . et de illis decem et octo quos pressit turris . et de arbore fici in uinea plantata.

XLIII^{I}. De muliere que annis decem et octo fuerat inclita . et de asino et boue solutis . et de grano sinapis quod creuit in arborem . et de fermento quod acceptum mulier.

XLV. Contendite per angustam portam . et dicent mihi domine aperi nobis . et erunt nouissimi primi . et quia herodes uelit eum occidere.

XLVI. Hirlm̃ hirlm̃ que occidis prophetas . et donec dicatis benedictus qui uenit.

XLVII. Hidropicum sanat . et quod ait si asinus aut bos in puteum cadat . et ut rogatus inferius accumbat . quia qui se exaltat . et non diuites pascendos et de inuitatis qui uenire noluerunt.

XLVII^{I}. Qui non odit patrem et matrem . et

XXXVIII. **monumenta** : *codex* monumta.
XL. **fructus** : frugtus *m.p.* **non est** *sup. lin. scr.*

Par. Lat. 277.

XVII. Phariseis uolentibus cum eo contendere discipulos docet ut eorum fallaciam caueant.

XVIII. Cum ei nunciatum fuisset galyleos otiosos monet agendum penitenciam.

XVIIII. Sabbato curat ydropicum . sal fatuum esse non debere murmurantibus phariseis.

XVIII. **otiosos** *forsan lapsu pro* occisos.

Par. Lat. 6[1].

qui uult haedificare turrem uel cõmittere bellum . et bonum est sal . et hic peccatores recipit.

XLVIII[I]. De oue erronea . et dragma perdita.

L. De duobus filiis frugi et luxurioso.

LI. De uillico iniquitatis . et qui fidelis est in modico.

LII. Nemo potest duobus dominis seruire . et lex et prophetae usque ad ioh̃nm . et regnum dei uim patitur . et facilius est caelum et terram transire . et qui dimissam ducit mecatur.

LIII. De diuite purpurato et lazaro et ue illi per quem scandalum uenit.

LIIII. Si peccauerit in te frater tuus . et dicunt ad ih̃m . auge nobis fidem . et de seruo arante . quia serui inutiles fuimus.

LV. Decem uiros leprosos mundauit . de quibus unus gratias egit.

LVI. Regnum dei intra uos est . et de aduentu filii hominis . sicut in diebus noae et loth . et qui in tecto meminerit uxoris loth . et qui amat animam suam . et de duobus in lecto . et ubi corpus ibi et aquilae.

LVI[I]. De iudice iniquitatis et uidua . et quod ait putas inueniet fidem.

LVII[I]. De phariseo et publicano in templo orantibus . et qui regnum dei non ut puer recipit.

LVIII[I]. De diuite interrogante quid bonum faciat et quam difficile intrat in regnum . et qui dereliquerit domum uel parentes.

LX. De passione sua discipulis indicat . et cecum secus uiam sedentem inluminat.

LXI. De zachaeo publicano . et quia uenit ih̃s saluare quod perierat.

LXII. De eo qui habiit accipere regnum . et dedit seruis suis decem mnas . et abenti dabitur.

LXIII. De asina et pullo . et si hii tacuerint . lapides clamabunt . et ad hirlm̃ flens dicit si cognouisses et tu . et de templo uendentes eicit.

LXIIII. Dic nobis in qua potestate haec facis . et de baptismo ioh̃nis interrogat.

LXV. De colonis qui occiderunt heredem.

LX. **passione** : passioni *m.p.*
LXI. zachao *m.p.*

Par. Lat. 277.

XX. Parabola de diuite et lazaro.

XXI. Cum discipulis aduentura sibi indicaret cecum mendicantem curauit.

Cap. XX : XIX *codex lapsu.*

Par. Lat. 6[1].

LXVI. Reddite quae sunt caesaris caesari . et quae sunt dei deo.

LXVII. De septem fratribus qui unam abuerunt uxorem . et quomodo dicunt xp̄m d̄d filium aesse . et de primis catedris et discubitis et oracione longa.

LXVII[I]. De uidua quae duo aera misit in gazophilacium.

LXVII[II]. De lapidibus templi . et de fine mundi . et de suo aduēntu secundo.

LXX. De indicio ficulnaee . quia prope est regnum dei . et uerba mea non transibunt . et ne grauentur corda uestra in crapula . et uigilate orantes . ut digni abeamini.

LXXI. Intrauit sathanas in iudam . et pacti sunt peccuniam.

LXXII. Discipuli in cenaculo parant pascha . et de sacramento caene . et qui uult aesse maior.

LXXIII. Ego inter uos sicut minister . et uos permansistis mecum . sedebitis super duodecim tronos . et ego rogaui pro te petre . et ter me negabis . et quando misi uos sine sacculo.

LXXIIII. Nunc qui abet sacculum tollat et peram . et emat gladium . et quod cum iniquis deputatus est . et ecce duo gladii.

LXXV. Orat iħs in monte oliuarum . et angelus confortat eum . et sudor eius sicut gutte sanguinis . et orate ne intretis in temptacionem.

LXXVI. Iuda osculo tradit . et petrus gladio percutit . et ter negat . et flet amare.

LXXVII. Si tu es xp̄s dic nobis . et ducunt eum ad pilatum . et ad herodem . et ad crucem . et filie hirl̄m uos flete.

LXXVII[I]. Pater dimitte illis . et hodie mecum eris in paradiso . et ioseph sepelit corpus iħu.

LXXVIII[I]. Post resurrectionem apparuit duobus in uia . et postea illis undecim in hirl̄m . et educit eos in bethania . et coram eis fertur in caelum.

Explicit capitulacio luche.

Par. Lat. 277.

XXII. Temptatus de tributo.

XXIII. De azimorum die appropinquante.

XXIIII. Antecedente iuda uenit iudas et osculo traditus est xp̄c.

XXV. Nunciant mulieres angelorum uisionem.

Expliciunt capitula.

LXVII. cathedris *cor.*
LXVII[II]. aduēntu *ita codex.*

CAPITULA ALIA IN IOHANNEM

ex codice *Par. Lat.* 6[4].

Incipit capitulacio in euangelio iohannis.

I. De diuinitate uerbi quod karo factum est . et iohns baptista de eo dicit . non sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius soluere soluere (*sic*) . et quod in bethania dixit ubi erat trans iordanen.

II. Idem iohns dicit de xp̄o ecce agnus dei . ecce qui tollit peccata mundi.

III. Hostendit ihs duobus discipulis ubi maneret . et andreas adducit simonem quem petrum uocat . et philippus adducit nathanahelem.

IIII. Ubi dominus de aqua uinum fecit.

V. Ihs de templo uendentes eicit . et dicunt ei quod signum hostendis nobis . et quadraginta nondum abes . et ipse ihs sciebat quid esset in homine.

VI. Qui non renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto . et sicut moises exaltauit serpentem . et qui credit in eum non iudicatur.

VII. Iohanni discipuli sui dicunt quia et ihs baptizat . et iohns dicit non sum ego xp̄s . et qui abet sponsam . et qui de terra est de terra loquitur . et qui credit in filium abet uitam.

VIII. Secessit ihs de iudea in samariam ubi erat fons iacob.

VIIII. Sedens super puteum mulierem petiit bibere samaritanam . et ad discipulos dicit alii laborauerunt et uos in labores eorum introistis.

X. Quia propheta in patria sua honorem non abet . et filium reguli sanat . quod est secundum signum.

XI. Ad natatorio piscine hominem xxx[a]viii[o] annos in infirmitate abentem sanat . et sicut pater uiuificat . ita et filius . et qui non honorificat filium . et sicut abet pater uitam . et ueniet ora quando in monumentis audient . et scrutamini scripturas . et si alius uenerit ipsum accipietis . et gloriam ab inuicem querentes . et moises accusat uos.

XII. De quinque panibus ordeaciis et duobus piscibus in quinque milia uirorum . et uolunt eum tenere et facere regem . et fugit et uenit ad discipulos ambulans super mare . et dicit ego sum panis uite . et nemo uenit ad me nisi pater meus traxerit eum . et qui a deo est . hic uidit patrem . et nisi manducaueritis carnem filii hominis.

XIII. Quia spiritus est qui uiuificat . et cum aliqui de discipulis eius abirent retro . et dixit petro . numquid et uos uultis ire.

XIII[I]. Dicunt ad ihm fratres eius transi hinc . et ihs dicit me odit mundus . et ascendit ad diem festum . et dicunt ei daemonium abes.

XV. Qui sitit ueniat et bibat . et nondum erat spiritus datus . et nunquam sic locutus est homo . et nicodemo dicunt . numquid et tu galileus es.

XVI. Adducunt ad ihm mulierem deprehensam in adulterio . et ego sum lux mundi . et uos secundum carnem iudicatis . et neque me scitis neque patrem meum . et si non credideritis quia ego sum moriemini.

XVII. Principium qui et locor uobis . et qum exaltaueritis filium hominis . et qui facit peccatum . seruus est peccati . et uos ex patre diabolo estis . et dicunt ei daemonium abes . et ante abraham ego sum.

XVII[I]. Ceci a natiuitate occulos linuit . et lauit in siloa et uidit . et si caeci essetis . non aberetis peccatum.

XVIII[I]. Qui non intrat per ianuam fur est . et ego sum pastor bonus . et potestatem abeo ponendi animam meam.

XX. Facta sunt encenia hierosolimis . et non rapit quisquam oues de manu mea . et ego et pater unum sumus . et tu homo qum sis facis te deum . et in me est pater . et ego in patrem.

XXI. Ubi lazarum suscitat . et ego sum resurreccio et uita et uenient romani et tollent regnum nostrum . et caiphas prophetauit.

XXII. Maria soror lazari libram unguenti pistici unguit pedes ihu et capillis tersit . et de iuda qui fur erat . et lazarum iudei occidere uolunt.

XXIII. Ubi turbe acceperunt flores et dicunt osanna . et sedit super asellum . et gentiles accedunt ad philippum . et nisi granum tritici mortuum fuerit . et qui amat animam suam perdet eam . et si quis mihi ministrat me sequatur . et clarificaui . et iterum clarificabo . et qum exaltatus fuero . et ambulate dum lucem abetis . et isaias quando uidit gloriam eius . et dilexerunt hominum gloriam . et qui uidit me uidit eum qui misit me.

XXII[II]. Ego sum lux mundi . et qui me spernit . abet qui iudicet eum . et in finem dilexi uos.

XXV. Qum diabolus misisset in cor iude . ihs surgit a cena et lauat discipulorum pedes . et non est seruus maior domino . et qui uos accipit me accipit.

XXVI. Quia unus ex uobis tradet me . et quod facis fac cicius.

XXVI[I]. Filioli sicut dilexi uos diligite inuicem . et petro dicit ter me negabis . et in domo patris mei multe sunt mansiones . et thome dicit ego sum uia ueritas et uita . et philippe qui uidet me uidet et patrem . et qui credit in me maiora horum faciet . et si quid petieritis in nomine meo faciam.

XXVIII. Si diligitis me . mandata mea seruate . et rogabo patrem . et alium paraclitum dabit uobis . et non relinquam uos orphanos . et mansionem aput eum faciemus ego et pater . et pacem relinquo uobis.

XXVIII[I]. Ego sum uitis uera . et pater meus agricola . manete in me et ego in uobis sicut palmes . et maiorem hanc dileccionem nemo abet . et si mundus uos odit . me priorem odio abuit . et qui me odit . et patrem odit . et si eis locutus non fuissem . peccatum non aberent . et cum uenerit paraclitus.

XXX. Ueniet ora ut qui interfecerit uos . arbitretur se obsequium deo prestare . et si non habiero paraclitus non ueniet . et cum uenerit arguet mundum de peccato . de iusticia . et de iudicio . et omnia que abet pater mea sunt . et quia plorabitis et flebitis . et mulier cum parit . et si quid petieritis patrem in nomine meo et quia ego a deo exiui . et in mundo pressuram abebitis et ego uici mundum.

XXXI. Pater uenit hora clarifica filium tuum . et ut cognoscant te solum et quem misisti . et non tantum pro his rogo.

XXXII. Pater sancte serua eos . et non sunt de hoc mundo . et sciebat iudas locum . et qum dixisset ego sum ceciderunt . et petrus gladio abscidit auriculam . et alligauerunt ihm.

XXXIII. Adducunt ihm ad principes . et quid me cedis : et ad pilatum dicit . regnum meum non est de hoc mundo . et crucifixerunt eum.

XXXIIII. Ihs de cruce iohni dicit ecce mater tua . et ioseph cum nichodemo sepeliunt cum aromatibus corpus ihesu.

XXXV. Post resurreccionem suam dicit mariae noli me tangere . et ascendo ad patrem meum et patrem uestrum . et secundo increpat thomam.

XXXVI. Et qum tercio apparuisset eis piscantibus dicit petro ter pasce oues meas . et qum senueris . alius te cinget . et sequere me.

Expliciunt capitula in euangelio iohnis.

XXII. **qui** : quia *corr. m.* 2. XXIII. **uidit** *bis m.p.* ; uidet *cor.*

Cap. IV. DE PATRIA ET INDOLE CODICUM NOSTRORUM.

1. De patria et origine codicum primae classis AΔH*SY; OX; JMP; F, Ꝑ; Z.

In praefatione huius tomi (p. x) scribebamus nos codicum nostrorum stemmata componere non posse, quod idem uerum esse post septem annos huic studio (inter cetera uitae munera) deditos iam fatemur. Diuisiones autem classium quarumdam et familiarum clarius ostendi possunt, et nos quidem eorum quae antea in hac re scribebamus non paenitet. Classes enim duae uel potius tres distinguendae sunt, quarum prima codices antiquiores et ab additamentis immuniores continet; secunda illos comprehendit qui textus formam apud diuersas gentes decursu temporis propagatam ostendunt, Celticam scilicet, Gallicam et Hispanicam. Tertia recensiones continet, quibus uiri docti textus formam ueriorem uariis temporibus restituere conabantur, de quibus in capitulo sequenti paucis disseremus.

De codicibus primae classis primo loco asserendum est eos omnes quodammodo cum Italia uel propius uel longius coniungi. Euangelia quidem, ab Hieronymo correcta, in urbe Roma edita fuisse et ex ea in orbem Christianum diuulgata omnes meminerint. Sed praeter exspectationem accidit ut pauci uel nulli ex codicibus optimis et antiquissimis originem Romanam clare ostendant. Ex Italia enim qui manifesto originem trahunt potius cum Gallia Cisalpina et Mediolano urbe uel cum Italia meridionali et Neapoli affinitatem habent. Codices enim nostri Northumbrici AΔSY, quibuscum Hubertianus (H*) arcte, quoad textum, coniungitur, ex Italia meridionali originem trahere uidentur. Fuldensis (F), ut omnibus notum est, Uictoris Episcopi Capuani peculium fuit. Epternacensis (Ꝑ) ex monasterio Lucullano prope Neapolim sito, originem suam prae se fert. Codices Foroiuliensis (J), Mediolanensis (M), et Perusinus (P) Italici sunt.

De codice Harleiano (Z), olim Parisino, nihil pro certo audemus affirmare; sed manus ipsa, et praesertim notarum et correctionum marginalium forma, Italiam potius septentrionalem, quam Galliam transalpinam uel Angliam, indicare creditur. Formae tamen duae in ea exhibentur litterae *f* (F et F), quarum altera in Anglia usitatior uidetur.

Codices contra OX, qui Cantuarienses sunt, ex Roma facile ab Augustino aut quodam alio sub finem s. VII aduecti credebantur, uel postea a Gregorio Magno transmissi; uide Baedam[1], qui inter alia 'codices plurimos' ab eo missos commemorat, et confer Iohannem Diaconum[2]. Lectiones autem in iisdem

[1] *Hist. Eccl.* i. 29.

[2] In *uita S. Gregorii* ii. 37; cf. H. Wanley in *Catalogo librorum Septentrionalium*, Oxon, 1705, p. 172–3, ex cod. Bibliothec. Aulae S. Trinitatis Cantabrigiensis saec. xv.

proditae huic opinioni non fauent, ut iudicat S. Berger, *Hist. de la Vulgate*, pp. 35–6. Mixtae enim sunt, et una cum lectionibus antiquis Hieronymianis Hiberna quaedam additamenta et ueterum Latinorum traditiones ostendunt. Iudicium de horum codicum origine maxime difficile est. Non enim penitus a missione Romana separandos credimus: sed opinionem probabilem de eis proferre non possumus.

Codex Foroiuliensis (J) ex Italia septentrionali deriuatus uidetur. In Blanchini enim *Euangeliario Quadruplice*, tom. ii, p. DXLIII seq., scriptor eruditus Laurentius a Turre codicem in regione Ticinensi scriptum uidetur ostendisse. Notae etiam quaedam rituales eum librum prouinciae Mediolanensi pertinuisse demonstrant; neque Aquileiam creditur translatus ante medium saeculum octauum.

Italiae etiam septentrionali codex noster Mediolanensis Ambrosianus (M) pertinuisse uidetur, et quidem urbi illi ubi nunc seruatur; Mediolanenses enim sunt multi ex Sanctis qui in notis lectionariis memorantur, et manus ipsa fauet.

Codex Perusinus (P) uix Romanus est, quamuis Italicus ex Perusina regione credendus sit.

Codices Northumbrici A et Y, et similiter ut uidetur ΔS qui in Euangelio Iohannis cum AY paene ad uerbum consentiunt, quamquam in Northumbria scripti, tamen originem ex Italia meridionali trahunt. De necessitudine quae inter codicem Amiatinum et Cassiodorii 'codicem grandiorem' intercedat alibi plenius tractatum est; confer P. Corssen *Die Bibeln des Cassiodorius und der Codex Amiatinus* in *Jahrbücher für prot. Theologie*, 1883 et 1891, et H. J. White in *Studiis Biblicis et ecclesiasticis*, ii. p. 273, Oxon., 1890. Neque impossibile est cod. Amiatini quaternionem primum ex cod. grandiori desumptum esse; uel certe probabile est, aliqua cum uarietate ex illo imitatum. Quem codicem grandiorem ipse Baeda testatur se uidisse, id est in Anglia[1]; uir enim ille, quantum scimus nullo tempore Angliam reliquit, neque ultra Eboracum, meridiem uersus, progressus est. Codex certe grandior antiquam translationem exhibebat, sed non sine aliis codicibus, et iis quidem Hieronymianis, ex monasterio Uiuariensi in Angliam transmissus uidetur, id est ex Calabria prope Scylacium[2].

Porro codex Lindisfarnensis (Y), qui cum Amiatino tam arcto uinculo coniunctus est, etiam clariori affinitate cum Italia meridionali sociatus est, ut ex studiis eruditis Dom. Germani Morin constat[3]. Series enim nominum sanctorum in Lindisfarnensi transcripta originem eius Neapolitanam manifeste ostendit, ex qua urbe per Abbatem Adrianum perlata uidetur.

Eandem patriam sibi uindicat codex Epternacensis (Ƥ); subscriptio enim ex folio eius 222 *b* iam citata (praef., pp. xi–xii), librum ex codice Bibliothecae Eugippii presbyteri correctum esse confirmat. Qui uir auctor fuit inter alia

[1] Baeda *De Tabernaculo* ii. 12; *De templo Salomonis* c. 16.

[2] Cassiodorius *Inst. diu. litt.* c. xix.

[3] Uide *La Liturgie de Naples au temps de S. Grégoire* in *Revue Benedictine* t. viii. p. 481 (1891); confer etiam S. Berger *Hist. de la Vulg.* pp. 39 seq.

uitae S. Seuerini, et abbas Monasterii Lucullani prope Neapolim siti. Quo in loco hunc codicem, uel potius exemplar ex quo partim descriptus est, correctum esse credimus. 'Partim' dicimus cum codex ille, ut infra monstrabimus, textum mixtum habeat.

Codex Hubertianus (H) cum codicibus AY magnam affinitatem habet, sed textus ut infra demonstrabimus paulo recentior est; et cum Samuele Berger (p. 179) credimus eum in Gallia septentrionali saeculo nono scriptum fuisse.

2. De patria et origine codicum secundae classis DELQR; BƎFG; CT.

Ex familia Celtica (DELQR) codices primus et ultimus in Hibernia scripti sunt, inter annos fere 800–820 A.D., Armachanus ille (D) a scriba Ferdomnach[1], hic Rushworthianus (R) a Mac Regol[2]. Kenanensis (Q), forsan in insula celebri Hy uel Iona (ut suspicatur Berger, p. 41) ineunte saeculo VIII scriptus uidetur. Codex E, mm dictus, i.e. Maioris Monasterii Turonensis, prius ecclesiae S. Martini pertinebat. Ornamentis Hibernicis instructus est, scriptura Gallica, textu Hibernico; et saeculo IX tribuendus est. Lichfeldensis, olim Landauensis (L), aequalis fere codicis Kenanensis creditur, et forsan in Cambria[3] scriptus est. Hi ergo codices quinque diuersorum locorum traditionem plane Celticam in unum conferunt; et, quando cum Epternacensi (Ƥ) consentiunt, satis amplam imaginem textus Hibernici Euangeliorum Hieronymianorum repraesentant; codices enim sic distinguendi sunt:—duo (D et R) Hibernici plane sunt, unus (Q) Scoticus, unus (L) forsan Cambrensis, et unus (E) Hiberno-Gallicus, forsan in Britannia minore scriptus[4].

Codex Bigotianus (B) saeculi VIII uidetur, et saltem saeculo XV in Monasterio Fiscannensi seruabatur, in littore Gallico nostris littoribus opposito. Forma etiam manus et indoles lectionum cum situ locorum congruit, ita ut cum Samuele Berger (p. 50) credamus, eum inter Hibernos codices esse numerandum, sed Hibernos qui in Gallia non in Hibernia transcripti essent. Cum enim saeculis illis a VII ad XI inter has insulas et Europam continentem frequens transmeatio clericorum et praedicatorum hinc illinc esset, facile fieri potuit ut scribae Romani in monasteriis Wiremuthensi et Giruensi munus suum tractarent, et Anglo-Britanni, Scoti et Hiberni in Gallia, et in Monasteriis Sangallensi et Bobiensi eadem facerent. Ex qua causa orta est textus familia quae neque mere Hibernica neque omnino Gallica esset, sed quasi mixta ex duabus, et, cum fundamentum Hibernicum haberet, ex Gallicis textibus correctiones proferret[5].

---

[1] Uide Berger, p. 32, 380.

[2] Uide praefationem p. xiii.

[3] Uide H. Bradshaw *Collected Papers* pp. 458–61 (Cantabr. 1889), qui hunc librum 'Euangelia S. Teliau' (Landauensis) potius quam 'Euangelia S. Ceaddae' (Lichfeldensis) nuncupat. Textum saeculo viii–ix tribuit (p. 483) et Hibernicum credit, uel Cambrensem (p. 459). Ecclesiae S. Teliau saec. ix datum, et Lichfeldiam saec. x exeunte translatum dicit.

[4] De Codicibus Britanniae minoris (Bretagne) uide H. Bradshaw, l.c. in tractatu xxiii *de codicibus collectionis Hibernensis* et appendice.

[5] De hac J. Lupton bene et erudite scripsit super codicem Bibliothecae Cantabrigiensis Kk. i. 24; sed dissertatio nondum publici iuris facta est.

De codicis Beneuentani (ℱ) origine et antiquitate iam supra diximus (p. 672 *de nouis additamentis*). Codex uidetur, ut iudicat S. Berger (p. 92), cui suffragatur W. Sanday (*The Guardian* Lond., Aug. 9, 1893, p. 1257), in Gallia scriptus saeculo octauo uel nono, et postea in Italiam translatus; et recte numeratur inter eos textus quos Hiberno-Gallos nominare licet quorum Codex B supra descriptus pro exemplo est.

Item in eadem familia numerari potest Codex noster Sangermanensis (qui g_1 in Mattheo, et G in ceteris Euangeliis nuncupatur), quamuis multa sibi propria possideat. Prima quidem parte saeculi IX in Gallia meridionali et forsan prope Lugdunum scriptus uidetur; uide quae de origine huius codicis optime congessit Berger, pp. 65–72.

De codicibus Hispanicis Cauensi (C) et Toletano (T), plura in praefatione iam dicta sunt (pp. xi, xiii); Cauensis saeculo IX tribuendus est et in Hispania septentrionali uel mediterranea, litteris Uisigothicis perpulchre exaratus est a Danila scriptore; Toletanus eidem saeculo attribuitur (non saeculo X ut antea scribebamus in praefatione, p. xiii) et fuit olim Hispalensis. Ambo *Pandectae* sunt et unam textus familiam uel potius recensionem exhibent. De his codicibus, praeter ea quae in praefatione diximus, uide et Berger, pp. 12–15, et G. Schepps *Priscilliani quae supersunt* (*Corpus scr. eccl. lat.* tom. xviii, Uindobonae, 1889), pp. xxx–xxxiii. De huius recensionis editore primo commemoranda est certe coniectura Bergeri, qui Scheppsium secutus, 'Peregrinum episcopum,' canonum Priscilliani emendatorem, cum Bachiario exaequat; cuius uiri opuscula apud Gallandium (*Bibl. Uet. Patr.* tom. ix) et Migne (*P. L.* tom. xx) edita sunt. Hic enim ineunte, ut creditur, saeculo V 'peregrinationem propter conseruandam uitae integritatem elegit,' ut ait Gennadius (*de script. eccl.* xxiv), et Romae apologiam pro fide Pontifici urbis obtulit, in qua de nomine patriae suae silet, sed errores Priscilliani erroribus similes detestatur. A nullo tamen auctore quantum scimus, episcopus dicitur, sed monachus. Et uersus finem opusculi sui, quae *Professio fidei* nuncupatur, sacerdotibus et doctoribus 'qui sunt capita populi et columnae ecclesiarum' obtemperare se uelle profitetur. Quae cum episcopatu Bachiarii uix conciliari possunt. (Migne, l. c., col. 1035.)

3. De indole codicum primae classis.

§ 1. *Codices Italo-Northumbrici* AΔ(H*)SY. Hanc familiam pro optima habemus, et saepius quam alias sequimur. Rationes enim sunt praecipue duae uel tres quae nos ad hanc sententiam adduxerunt quas infra plenius tractabimus (pp. 726–732). Hic uero satis est dicere, *primo* hos codices praesertim cum Graecis illis concordare, quos ab Hieronymo ceteris praehabitos fuisse censeamus; *secundo* eos fere immunes esse ab additamentis uel ex ueterum Latinorum interpretationibus uel explicandi gratia interpolatis; *tertio* notam quandam ueritatis et integritatis ab eis exhiberi, quae etiam in erroribus perspici possit.

In Euangeliis quattuor A et Y coniunctissimi sunt etiam in erroribus; et in Iohanne etiam Δ et S. Cum hoc ex unaquaque fere pagina notularum nostrarum euidens sit, exempla proferimus pauca ex multis:—

Mt. iv. 15 *om.* **terra** AY (*non* F), xxv. 41 **a**: ad A*Y; *Mc.* viii. 27 **castella**: castello AX^{c}Y, x. 52 **uia**: uiam AY; *Lc.* iii. 23 **putabatur**: putaretur AY, viii. 4 **et de ciuitatibus**: *om.* **et** A*Y, xiv. 21 **introduc huc**: *om.* **huc** AY, xvii. 26 **in diebus**: in die A^{1}Y; *Ioh.* i. 12 **dedit eis**: dedit illis ASY, iv. 10 *om.* **et** *pr.* A*ΔSY, v. 4 *de angelo; primum reddendi modum exhibent* AΔSY (*cum* Ƥ*FH*ΜX), vi. 12 **quae superauerunt fragmenta**: quae sup. fragmentorum AΔSY(*d*)*l q*, xix. 21 pontifices (*om.* **iudaeorum**) AΔSY.

Sed ubi AY in partes eunt A fere semper melior est; et in Iohanne ubi AΔSY uariant, optimus omnium est A, deinde S, postea Y, postremo Δ. Omnes locos ubi uariant longius esset enumerare; sed in Mattheo, Marco et Luca, ubi A et Y inter se discrepant, lectionem codicis Y fere 84 locis reicimus, codicis A tantum 20; in Iohanne quando uariant inter se AΔSY, errat ut credimus Δ 52 locis, Y 43, S 42, A tantum 25; in qua locorum enumeratione orthographiae uarietates omisimus. Lectiones paucas eminentiores subiungimus:—

Mt. x. 12 **salutate eam** AƤ*MO*: + dicentes pax huic domui *codd. plur. et* Y, xxiv. 26 **penetralibus**: penetrabilibus *codd. plur. et* Y; *Mc.* xv. 32 **crucifixi erant**: crucifixerant DLRY; *Lc.* ii. 45 **regressi**: reuersi GLY, vii. 45 **intrauit**: intraui BDWY, ix. 55–6 *om.* **et dixit . . . saluare** *codd. pler. et* Y, xviii. 30 **uenturo**: futuro *codd. pler. et* Y.

Contra habet Lc. ii. 52 sapientia aetate (*sine* **et**) A *cum codd. pler.*, **x. 30 suscipiens**: suspiciens *codd. plur. et* A, xi. 8 + *ad init.* et ille si perseuerauerit pulsans *codd. plur. et* A.

In Iohanne notatu digniores sunt ii. 1 **die tertio**: die altero ΔY, 9 **hauserant**: haurierant Δ(aur.)SY, vi. 5 **maxima**: magna GS, vii. 23 **sanum**: saluum ΔƤ^{mg}QR, 39 **datus** *om.* ΔFGS*YZ*, viii. 10 **ubi sunt** + qui te accusant *codd. pler. et* Y, ix. 6 **leuit**: liniuit *codd. plur. et* S, x. 39 **adprehendere**: perdere ΔY, xi. 13 **dormitione**: dormitatione DSX^{c}, xiii. 10 **lotus est**: locutus est ΔO*WY*, xx. 25 **fixuram** *habent* AΔ, figuram SY.

Contra lectionem codicis A *reicimus*; *e.g.* i. 25 *om.* **ei** *codd. pler. et* AY, vi. 39, 44 **in nouiss. die**: *om.* **in** *codd. pler. et* AS, vii. 36 *om.* **uos** *codd. pler. et* AΔY, viii. 9 **incipientes**: incipiens A*SY, xi. 22 *om.* **deus** AFSY, 36 *om.* **ergo** ACS, 48 **credent**: credunt *codd. pler. et* A, xiii. 10 **ut lauet**: nisi ut pedes lauet *codd. pler. et* A, xx. 23 **remittuntur**: remisa sunt Δ; remittentur ADΜRSX.

Ratio autem qua coniunguntur A et H*, qui tam loco quam annorum spatio latius separantur, non ita facile perspicitur. Interdum enim tam arcte cohaerent, ut ex eadem plane familia ortos esse manifestum sit[1]. Interdum in formam recensionis Theodulfianae inclinat Hubertianus[2], id est Hispanico quodam colore infectus est, qui scriptura 'quum' pro 'cum' ostenditur; probabile est etiam scribam aliquando ex Graeco correxisse[3].

---

[1] *Solus quippe interdum cum* A *concordat, uel cum* AY; *e.g. Mt.* xvii. 11 *om.* **eis** AH (*cf.* xx. 22 *om.* **ei** AHΘ); *Lc.* viii. 22 in una nauicula AHY, xviii. 39 clamauit AHY, xx. 14 in se AHY; *Ioh.* vi. 3 monte AHY; *interdum* AHΘY *inueniuntur, ut Mc.* xiv. 18 discumbentibus cum eis AHΘY; *Lc.* vii. 15 qui fuerat AHΘY, xiv. 29 poterit AḤΘY, xix. 10 saluare AHΘY; *Ioh.* v. 4 *de angelo*, H* *concordat cum* AΔƤ*SY *etc. Contra habet Ioh.* **vi. 67 abire** + post illos H* *cum* Z* *tantum.*

[2] *e.g. Mc.* xiv. 14 diuersorium meum et refectio mea BHΘΜO, *Lc.* xxiii. 15 nam remisit eum ad nos H*ΘO*; *cf. et Mt.* ix. 13 + ad paenitentiam HΘQ; *Lc.* iv. 5 + in montem altissimum HΘM *cf. uett.*, ix. 56 **animas** + hominum HΘMR.

[3] *cf. Lc.* xxiii. 46 commendabo H, *uide ad loc.*, *et Lc.* i. 50 a progenies in progenies H *cum gr.* A 2^{pe}, *uide ad loc.*

§ 2. *Codices Cantuarienses* OX. Color textus horum codicum mixtus est, Hibernicis additamentis infectus; sed fundamentum uere Hieronymianum subesse credimus. Qui cum inuicem simillimi sint, tamen ita distinguendi sunt; codex enim O saepius cum correctore Hubertiani (H^c uel H^1 uel H^{mg}) et cum Theodulfiano (Θ) concordat[1]; X autem plerumque cum Harleiano (Z)[2]; sed ad formam textus AY perpetuo corrigebatur[3], ita ut X^c fere = A.

§ 3. *Codices Italici* JMP. Codices JM, qui ambo ex prouincia Cisalpina sunt, textum magni pretii ostendunt. Quorum Foroiuliensis (J) fere semper familiam codici Harleiano (Z) aggregatam sequitur[4]. Lectiones autem aliquas proprias habet, quae facile a ceteris separari possunt cum ex uariantibus aut additamentis consistant, uel alibi non inuentis uel ex origine 'ueteri' deriuatis, et subinde cum *d* congruentibus[5].

Codicis Ambrosiani (M) textus partim cum AY partim cum Z concordat; et quando uno agmine concurrunt AYZ, cum eis fere semper, praesertim in lectionibus momenti grauioris, M sociatur. Coniunctio itaque AMYZ lectionem antiquissimam, quamuis non semper rectam, ostendit[6]. Uirtus huius codicis est

---

[1] *e.g. Mt.* xix. 29 **agros** + aut domos H^{mg}ΘJO, xx. 28 + uos autem quaeritis de modico crescere *etc.* H^{mg}ΘO *cf. uett. plur.*, xxiv. 42 *habent uersum* BEH¹ΘORTXZ *etc.*; *Mc.* v. 15 + qui habuerat legionem BH¹ΘMO, viii. 27 + filium hominis BH¹ΘO; *Ioh.* v. 4 *de angelo concordat* O *cum* H^cΘ *etc.*

[2] *e.g. Mt.* vi. 25 **corpus quam uest.**, xvi. 15 **dicit illis** + iesus, xix. 10 uxore; *Mc.* vi. 26 contristatus + est, vii. 13 **uestram** + stultam XZ *uett.*, viii. 34 me sequi, ix. 36 cum (*pro* **ut**), 50 salem (*pro* **sal**), x. 15 **quisquis**, 24 *om.* **in**, 34 *om.* **eum** *bis*, xi. 2 illuc, xii. 14 **dei**, 22 **et mulier**; *Lc.* xvi. 11 uestrum (*pro* **uerum**); *Ioh.* xiii. 32 *om.* **et si deus clar. est in eo**; *etc. Contra cf. Mt.* viii. 26 **increpauit** AB*H*XY; *Mc.* iv. 26 faciat homo ƤOZ* *etc.*

[3] *e.g. Lc.* x. 33 iter transiens A*H*OX^2Y.

[4] *Hoc ex omni fere pagina notularum nostrarum apparet; sed uide praecipue Mt.* xxiii. 33 progenies JOX*Z*, xxvi. 53 **duodecim** + milia BJOXZ; *Lc.* xi. 28 quinimmo B*JKVWZ; *deinde Mt.* viii. 20 tabernacula, xii. 15 **recessit**, xiv. 9 **iusiurandum**, xix. 10 uxore, 12 **eunuchizauerunt**, xxi. 31 **nouissimus**; *Mc.* xiv. 43 *om.* **multa** JKLV X*Z, 44 ducite BCJKRTZ; *Lc.* xiv. 14 + unde HΘJOTX*Z*.

[5] *e.g. Mt.* xiv. 24 uexabatur J *d*; *Lc.* xxii. 2 perderent J *d*, xxiii. 48 *om.* **sua** J *d*; *cum uett. rell. Mt.* xviii. 16 *om.* **te** J *q gr. plur.*, xxvii. 65 custodes J *uett. plur.*; *Mc.* xiii. 21 **christus** + et J *r cum gr.* B; *Ioh.* xix. 24 **partiti sunt**: diuiserunt J *uett. omn.*: *et in capitulis ad Lucam* (*pp.* 286–7) *de* septuaginta *non de* septuaginta duobus *discipulis dicitur; in capitulis ad Ioh.* (*pp.* 498–9) *nihil de muliere adultera; cf. et Lc.* iii. 7 progenies J *a c d e f*; *Ioh.* vii. 26 + sacerdotum J *a*, xiv. 26 *om.* **et suggeret uobis omnia** J *b m*, 27 *om.* **pacem meam do uobis** J *gat. et gr.* X 59, xx. 11 sedebat J *b. Ordo uersuum hic illic turbatus est, e.g. Ioh.* vi. *u.* 40 *ante u.* 37 *ponitur*; xi. 33 *post* **plorantes** *addit* J illacrymatus est iesus *et om. u.* 35. *Sunt et lectiones paucae quae codici propriae sunt e.g. Mt.* xxi. 22 **accipietis** + a patre meo J, 45 audientes autem J *cum gr.* ℵLZ 33, xxiii. 13 sustinetis J; *Lc.* ii. 17 cogitauerunt J (*contra Ioh.* xi. 50 cognoscitis J), x. 34 **duxit** + illum J *cum graeco*, xii. 24 uolucres J; *Ioh.* xiii. 19 **sum** + de quo scriptum est J; xiv. 13 **petieritis** + patrem J𐌕ŠℭC *cor. uat.* et gr.* 33.

[6] *Saepissime* M *cum* AY *concordat; pauca tantum ex multis hic citamus e.g. Mt.* vi. 16 exterminant; viii. 20 nidos; x. 14 + in testimonium eorum; xiv. 9 **iuramentum**; xvi. 3 **potestis** *sine add.*; xix. 12 **castrauerunt**; xxi. 27 **faciam**; xxiv. 13 **perseuerauerit**; xxvii. 20 princeps; *Mc.* ii. 24 **faciunt** *sine add.*; x. 7 **propter hoc** (*om.* et dixit); xiv. 5 ueniri; *Lc.* i. 8 **fungeretur** *sine add.*; 45 **credidit**; ii. 15 fecit dominus et ostendit; iii. 9 **fructum** *sine add.*; xi. 3 **cotidie**; 28 **quippini**; xv. 7 **paenitentiam habente**; *Ioh.* i. 31 in israhel; v. 2 **super probatica, piscina.**

Contra M *cum* Z *interdum congruit; exempla pauca damus, Mt.* viii. 26 imperauit; xii. 25 **desolatur**; xiii. 54 **uirtutes**; xix. 10 uxore; xxvii. 40 *om.* dei; *Mc.* ii. 26 licebat; *Lc.* i. 29 **cum uidisset**; 32 **dominus deus**; vi. 35 desperantes; xii. 55 **aestus**; xxii. 43 **factus in agonia prolixius orabat** CGMWZ; *Ioh.* vi. 12 **impleti**; xv. 13 maiorem hanc.

Nonnumquam etiam et coniunctio AMYZ *inuenitur, e.g. Mt.* vi. 11 **supersubstantialem**;

quod nulli alii obnoxius uideatur, ita ut si cum alio coniunctus fuerit negligi non possit. Porro ex exemplari graeco-latino exscriptus uidetur, et ex graeco subinde correctus [1].

In Codice Perusino (P), licet antiquo, non diu immorandum est. Lectiones enim eius in S. Luca antiquitatis causa magis quam bonitatis addidimus. Quod ad aetatem scripturae attinet, ex specimine a Blanchino edito [2], saeculo septimo antiquiorem certe non credimus, quamuis ille sexto potius attribuat. Cuiuscumque tamen aetatis sit, lectiones neque propter indolem sibi propriam obseruatione dignae sunt, neque quod cum aliqua codicum familia constanter faciant. Satis quidem multae ex eis cum familia A–Y concordant, pleraeque sed non totidem, cum B–Z; paucas etiam sibi proprias habet [3].

§ 4. *Codex Capuano-Fuldensis* (F). Huius codicis indoles non facile aestimatur cum Euangelium unum ex quattuor exhibeat; unde scriba per similitudinem locorum parallelorum a recta uia abduci potuit. Sed stat plerumque sine dubio cum familia Northumbrica AY. Non tamen ita arcte cum illis sociatur ut libertate non fruatur. Tres ergo AFY simul iuncti duobus AY praeferendi sunt [4].

viii. 27 **et uenti**; ix. 12 **medico**; 38 **eiciat**; x. 26 **nihil enim opertum**; xii. 31 spiritus autem blasphemiae; xiii. 5 habebat; 14 **dicens**; 43 **aures** *sine add.*; xiv. 12 **corpus** *sine add.*; xvii. 23 **tertio**; xxvi. 17 **prima autem** *sine add.*; *Mc.* i. 12 **expellit**; x. 40 **dare**; xiv. 20 **intingit** *sine add.*; *Lc.* xi. 17 **desolatur**; *et saepius.*

[1] M *ex Graeco correctus uidetur. Notabit lector codicem uestigia orthographiae graecae seruare ut in uocibus* aggelus, aggeli (*saepissime*), lot *Lc.* xvii. 28; *deinde Canonum numeri in margine adpositi litteris graecis in hoc solo Codice exprimuntur; denique textus uidetur hic illic ex Graeco emendatus, e.g. Mt.* v. 25 beniuolus aut fidelis M = *gr.* εὐνοῶν, *cf. autem* beniuolus *d*; 40 remittes M *cum gr.* D; ix. 18 **haec** + autem M *cum gr.* L. *al.* 3; *Mc.* iii. 10 flagella M = *gr.* μάστιγας; *Lc.* xvi. 23 uidet M *cum gr.*; 26 chasma M = *gr.* χάσμα; *Ioh.* vi. 5 emamus M *cum gr.* ℵABD *etc.*

Ex hac causa forsan codex M *Hieronymianas lectiones uel seruauit uel iterum ex Graeco restituit, ubi in omnibus paene codicibus nostris errores irrepserunt, ut Lc.* xix. 37 **discentium** GM(𝔓) *et Ioh.* xxi. 12 **discentium** GH*M; *Mt.* iv. 5 **assumit** 𝔓*FM; *Ioh.* iii. 20 **mala agit** 𝔓FGIM; xxi. 23 **si sic** GMV.

[2] *Eu. Quadr.* ii, p. DLXI.

[3] *Cum* A–Y *concordant Lc.* i. 80 **in deserto**, ii. 2 **praeside** (*non* Y), 15 quod fecit dominus et ostendit nobis, 24 *om.* **domini**, iii. 9 **fructum** *sine add.*, x. 30 **suscipiens** (*non* A), xi. 28 **quippini**; *etc. Contra, in oratione dominica Lc.* xi. 2 **pater** + noster qui es in caelis PR *fere cum* D *et* Z* *et uett. plur.*; **regnum tuum** + fiat uol. tua sicut in caelo et in terra *fere cum familia* B–Z. *Lectiones ueteres sunt Lc.* i. 28 inter mulieres, ii. 5 cum esset in utero habens, iv. 36 **pauor** + magnus GP *b d r gat.*, v. 31 sani (*om.* **qui** *et* **sunt**); *etc. Lectiones propriae sunt Lc.* ii. 40 **confortabatur** + aetate P (+ spiritu *f q* δ *aur.*), viii. 4 conuenirent (*pro* **-ret**) P𝔖𝔗; *etc.*

[4] F *cum* AY; *in S. Mattheo uide praefationem p.* xxxiv, cap. xi, § 2 'Idem uerbum graecum diuerse redditum,' *et* §§ 5, 6 *etc.*; *in aliis euangeliis uide praesertim Mc.* ix. 15 **stupefactus est expauerunt** A𝔓*FH*Y; *Lc.* i. 32 *om.* **deus** AFHY; ii. 24 *om.* **domini**; xi. 7 de intus dicat (*om.* **respondens**) A𝔓*FY; xiii. 28 + intrare F, + introire AX°Y, xvi. 11 credit AFOY; *Ioh.* iv. 16 *om.* **huc**; v. 4 *pericope de angelo*; F *cum familia* A–Y *congruit*; xvi. 13 docebit uos in omnem ueritatem; *etc. etc.*

Sed contra Mt. viii. 20 tabernacula ubi requiescant 𝔉FR; x. 12 + dicentes pax huic domui F *etc.* (*non* A𝔓*MO*); xiii. 47 *om.* piscium F (*uide ad loc.*); xxiii. 14 *habet uersum* F; *Lc.* vi. 35 desperantes *et* F, xvi. 11 uestrum F (*non* **uerum**); *Ioh.* v. 10 qui sanus fuerat F, vii. 29 *additamentum* et si dixero *etc. habet* F *fere cum* X *etc.*, xv. 13 maiorem hanc F, 15 quid faciat F, xxi. 22 **si sic** 𝔉F*H*V.

Raro inueniuntur lectiones in F *quae aliorum codicum nostrorum auctoritate carent; sed uide Mt.* xxii. 24 non habens filios F; *Lc.* x. 33 transiens F *d*, xi. 28 quippe enim F, xii. 50 turbor F *cum uett. plur.*; *Ioh.* xxi. 20 qui tradidit F *d f.*

§ 5. *Codex Lucullano-Epternacensis* (𝔓), qui tantam dignitatem sibi uindicat, spes nostras non raro fefellit. Neque enim manus prima, neque corrector textum sibi constantem protulit, et certe abest ut auctoritatem Hieronymianam uere sibi adesse approbet. Amicus quidem noster S. Berger (pp. 52, 53) Hibernicum uel potius Scoticum esse textum huius codicis asserit, et cum forma Kenanensi (Q) maxime consentire. Multae sunt tamen lectiones in eo proditae quae aliam formam ostendant. Exempla quippe in praefatione nostra collecta (pp. xxxiv–xxxvi), pro documento sunt quomodo et manus prima et corrector non solum per Mattheum sed etiam per omnia Euangelia uacillent, et interdum cum AY interdum cum Z in partes eant[1]. Quod ad codices Hiberno-Britannos attinet, cum formula DE𝔓LQR non raro in notulis nostris appareat, orthographiae potius proprietatem quam lectiones tangit; et in lectionum uarietatibus 𝔓^{mg} saepius quam 𝔓* cum DELQR congruit. Considerantibus autem nobis omnia quae de huius codicis indole obseruata sint, cum familia B–Z potius quam cum aliis facere uidetur[2], saepius certe quam antea ferme creditum est.

§ 6. *De Codice Harleiano* (Z) iam partim ex praefatis iudicium nostrum manifestum erit. Antiquitate certe et bonitate praepollens, agmen ducit codicum qui ex altera parte stant contra codices A(FM)Y, ut ex unaquaque fere pagina notularum nostrarum apparet. Antiquas certe et bonas lectiones habet, et quae late dispergantur; et singularem sibi locum uindicat per uerborum distinctiones proprias, ut e.g. in Ioh. i. 3 ubi solus ex omnibus codicibus nostris distinguit 'et sine ipso factum est nihil quod factum est; in ipso uita erat' etc. Sed maxima ex parte, quando suffragia in partes eunt, testimonium horum codicum AFMY, non illius pro uero habemus. Fatendum est aliquando in Z cum paucis aliis, et interdum in Z solo, secundum sententiam nostram, ueras lectiones seruari. Cuius rei praecipuum fortasse exemplum est *pericope de angelo* Ioh. v. 4, quam cum DZ* et quattuor aliis, et graecis ℵBC*D, omisimus[3]. Similiter legimus **uenit** Ioh. iv. 21 cum Z* collatis uersibus 23, 25 et v. 24, ix. 4. Porro cum sine dubio Uallicellanus (V) optimus codicum Alcuinianorum sit, coniunctio VZ ualde fortis est, ut codicibus etiam AFMY interdum anteferenda sit.

---

[1] *e.g.* 𝔓 *uel* 𝔓* *cum codicibus Britannicis et maxime cum* AY *legit Mt.* x. 12 **eam** *sine add.*, xii. 15 **secessit**, xvi. 3 **potestis** *sine add.*, 21 **quia oporteret**, xix. 10 **muliere**, 12 **castrauerunt**, xxi. 9 **qui uenturus est**, 31 praecedent, xxiii. 14 *om. uersum*, 33 **genimina**, xxiv. 13 **perseuerauerit**, 42 *om. uersum*, xxvii. 13 **dicant**, xxviii. 5 **angelus** *sine add. etc.*

Contra, 𝔓 *uel* 𝔓* *cum* Z *legit Mt.* vi. 16 **demoliuntur**, viii. 20 **tabernacula**, x. 14 **de ped. uestris** *sine add.*, xii. 25 **desolatur**, xiv. 9 **iusiurandum**, xxiv. 50 **ebriosis**.

[2] *e.g.* 𝔓 *contra Celticos plures legit Lc.* iv. 25 **facta esset**, viii. 39 **fecerit**, xv. 7 **paenitentiam agente**, *etc.*; *cf. et exempla in nota* 1 *p.* 711, *Mt.* iv. 5 **assumit** 𝔓*FM, *Lc.* xix. 37 **discentium** GM, dicentium 𝔓, *Ioh.* iii. 20 **mala agit** 𝔓FGIM. *In Mc.* i. 2 in profetis 𝔓*, *codex ex graeco correctus uidetur; notandum etiam est in pericope Ioh.* v. 4 *de angelo*, 𝔓* *cum* AΔFH*MSXY, *non cum Hibernicis, congruere, et* 𝔓^{mg} *cum* JMR *r etc. legere; ita ut* 𝔓^{mg} *potius quam* 𝔓* *Hibernicus uideatur* (*om. uersum* DZ*).

[3] *Alios locos ubi* D *cum* Z *sociatus est indicauit Iohannes Lupton, sc. Ioh.* vi. 32, xv. 14 *etc.*; *uide et Lc.* x. 20 caelo DZ*, xii. 11 in synagogis DZ*, xviii. 4 **etsi**: si DZ *uett.*, *cf. omissionem Mt.* x. 19 QZ*, *uide not.* 3 *p.* 713.

Exempli gratia hac auctoritate, sed aliis rationibus suffulta, legimus **natali suo** Mc. vi. 21 [1].

Sequitur ergo conclusio coniunctionem duorum agminum, toties inuicem pugnantium, AYZ etc., fortissimam esse, et praesertim quandocumque ab uncialibus graecis antiquis auxilium trahat. Ideo lectio nostra Mt. vi. 33 forsan mutanda est, omittendo **dei** cum AO*Z* et gr. ℵB. Etiam transpositio Mt. iv. 6 >'es dei' Z* cum graecis, momenti satis magni est [2]; cf. et Mt. iii. 9 'ex lapidibus' (*pro* de) DEFLQZ* (=*gr.* ἐκ τῶν λίθων τούτων), et vi. 12 perfectum 'dimisimus' B*(D)Ψ*JZ*=*gr.* ℵ*BZ.

Sed, ut diximus, quando suffragia in partes eunt, testimonium familiae AY etc. potius plerumque sequimur. Aliquando enim Z cum forma codicum graecorum concinit, quam credamus ab Hieronymo ipso reiectam, aliquando lectiones transmittit quae ex meris erroribus ortae uideantur [3].

4. De indole codicum secundae classis.

§ 1. *Codices Celtici* DELQR. De indole horum codicum uniuersa primo loco disseremus, deinde de singulis quid potissimum obseruandum sit recensebimus. De indole uero quae dicenda uidentur fere quinque sunt. Primo huic

---

[1] *Confer etiam locos ubi, inter alia, coniunctio codicum* V *et* Z *lectionem probabiliorem reddit, ut Lc.* v. 19 **et per tegulas**, *Ioh.* ix. 3 **manifestentur opera** *etc. Sed nonnumquam in errore, ut credimus, consentiunt e.g. Mc.* x. 20 **magister** + bone KMTOV(bona)Z; *Lc.* xvi. 21 uulnera (*pro* **ulcera**) KVZ *ex ueteribus a c e r, et fere similiter* xvii. 33 **saluare**; *Ioh.* xi. 9 > sunt horae VZ, 33 uidens (*pro* **ut uidit**) VZ, xvii. 23 dilexi (*pro* **dilexisti**) VZ *a b d r aur. gat.*, xviii. 13 annan (*pro* **annam**) VZ.

[2] *Item coniunctio codicis* Z *cum* ΨL *t graeco* B* *ita fortis est ut recte legendum sit Lc.* ii. 2 **quirino**; *et forsan Mt.* iv. 4 uiuet BLZ* *cum graeco* ζήσεται *uere Hieronymiana est lectio. Itaque quando* Z *et* A(Y) *concordant auctoritatem coniunctam agnoscimus, ut Mt.* ii. 21 **surgens**, iii. 9 **potest**, vii. 2 **metietur**, ix. 38 **eiciat**, xiii. 43 **aures** (*om.* audiendi), xviii. 26 **orabat**, xx. 4 **uineam** *sine add.*, xxi. 28 **homo** *sine add.*, xxvi. 17 **prima autem** *sine add.*; *Mc.* vi. 14 **inoperantur** Ψ*Z*, inopinantur AX^{c}Y *sed* n *et* 1 *in codicibus Britannicis saepe inter se confunduntur*, viii. 13 **ascendens iterum** (*om.* nauem), x. 40 **dare** AH* MYZ (*om.* uobis), xiv. 20 **intingit** *sine add.*, 40 **ingrauati**; *Lc.* i. 54 **misericordiae** (*om.* suae), vi. 4 **licet**, xi. 20 **praeuenit** (*ubi* peruenit *ex errore scribae ortum uidetur*, ϸ *pro* ϕ), xii. 58 trahat; *Ioh.* v. 45 **uos, moses in quo**, viii. 25 **principium quia** *etc. Sed auctoritatem coniunctam repudiamus* (α) *ubi testimonio graeco omnino caret, ut Mt.* iv. 10 *om.* **enim**, xiii. 47 + piscium; *Mc.* vi. 33 et de, ix. 2 solus; *Lc.* i. 68 *om.* **dominus**, ii. 52 sapientia aetate, xi. 8 + et ille si perseuerauerit *etc.*; (β) *ubi testimonia graecorum habet quidem, sed ipse Hieronymus contra steterit, ut Mt.* xxi. 31 nouissimus; (γ) *ubi codicum auctoritas et graecorum et latinorum qui contra lectionem testantur clare praepollere uidetur ut Mt.* xxvii. 35 *ubi addunt* A–Z ut impleretur quod dictum est per prophetam *etc.*; (δ) *in betacismo, ut Mt.* iv. 6 mandauit, *Lc.* iii. 17 purgauit, *et saepius*; (ε) *in itacismo, ut Mt.* vi. 26 plures estis (*cf. Lc.* xii. 7, 24), x. 29 ueniunt, *et saepius*; (ζ) *ubi scribae manifeste dormitauerunt, ut Lc.* x. 30 suspiciens, xxiii. 51 concilio.

[3] e.g. *Mt.* iv. 10 **uade** + retro *cum gr.* C^{2}DEL MUTZ *etc.*, 12 **audisset** + iesus *cum graec. fere iisdem*, ix. 18 **dicens** + domine *cum gr.* M *etc.*, x. 13 **domus** + illa *cum gr.* M *etc.*, 19 *om.* **dabitur enim uobis in illa hora quid loq.** QZ* *cum gr.* DL *al. plus* 10, xvi. 3 **potestis** + scire *fere cum gr.* GMU *etc.*, xxvi. 71 **alia** + ancilla *cum gr.* D, xxvii. 32 + uenientem obuiam sibi *cum gr.* D; *Mc.* i. 5 egrediebantur *cum gr.* EFHLSVΓ *etc.*, ii. 24 + discipuli tui *cum gr.* DM *etc.*, xv. 40 erat *cum gr.* DΓ; *Lc.* viii. 52 **mortua** + puella *cum gr.* FLMX *etc.*, xi. 3 hodie *cum gr.* D *min.* (*cf. u.* 2); *Ioh.* xvii. 23 dilexi *cum gr.* D *al.* 7.

Errores scribarum uidentur Lc. vi. 42 uides (*pro* **uidens**), xvi. 11 uestrum (*pro* **uerum**); *Ioh.* v. 10 qui sanus (*pro* **sanatus**) fuerat, xv. 13 hanc (*pro* **hac**); *cf. et not.* 2 *supra.*

familiae bonum et antiquum textum subesse et qui aliquando magno nobis adiumento fuerit; secundo codices Hibernicos, praesertim DLR, nonnumquam ex graecis correctos uideri; tertio multas lectiones ueteres, praesertim in Mattheo, ostendere; quarto et quinto his uitiis praecipue obnoxios esse, scilicet redundantiae locutionum et uerborum inuersioni. Quae redundantia non tantum in 'conflationibus' lectionum diuersarum (Kenanensi excepto) constat, quantum in additamentis parui momenti et saepe ex locis parallelis. Inuersiones autem in unaquaque fere pagina commentarii nostri in Mattheum (nota > signatae) occurrunt, et praecipue in R; in aliis euangeliis inueniuntur quidem sed rarius.

De textu bono qui subest indicia satis multa sunt, quae in praefationibus uel argumentis non Hieronymianis, praesertim in editione nostra, luculenter apparent. Et uidemus u. d. Petrum Corssen in tractatu suo erudito *Monarchianische Prologe* etc.[1] cum aliorum codicum lectiones saepius praetulerit, interdum hanc familiam sequi ubi nos deseruimus. In Euangeliis ipsis hanc familiam raro aut numquam solam sequimur, sed saepius quando cum familia A–Y concordet[2]; in canone etiam nostro secundo de uictoria uerae lectionis, notauimus ƎPQ saepius quam alios rectam lectionem prima uice exhibere; uide infra, p. 728. Interdum autem codices ex ea singuli uel plures in lectionibus eminentioribus cum paucis aliis consentiunt[3]. Inter codices Graecos affinitatem notatu digniorem cum minusculis 13. 69. 124. 346. 556 qui 'the Ferrar group' nominantur, ostendunt[4]. Sed credimus hanc familiam haud raro ex Graeco correctam esse[5].

[1] *Texte und Untersuchungen* xv. 1, Lipsiae 1896.

[2] *e.g. Mt.* xi. 12 **rapiunt**, xii. 15 **secessit**, xiv. 9 **iuramentum**, xxiii. 33 **genimina**; *Mc.* iv. 15 **in corda eorum**, v. 15 **mentis** *sine add.*, vi. 32 **in naui** (*sed habent Lc.* xii. 55 **aestus** *contra* ABCTY); *Lc.* xxii. 37 **iniustis**; *Ioh.* v. 2 **super probatica, piscina**, vi. 13 **manducauerunt**, vii. 8 **ascendo**, 34 **quaeritis** *et sic* 36, vii. 21 (xiii. 33); *etc.*

[3] *e.g. Mt.* xxi. 31 **primus** DE *etc.*; *Mc.* vi. 24 **at illa** ƎFDEƎPOWX^{c}; *Lc.* vii. 39 **quae et qualis mulier** CDEJ (*om.* **quae et** CJ), xxiv. 28 **finxit** DE(Ƒ)FGMṂ(R*); *Ioh.* v. 4 *om. uers.* DZ* (*cf. Mt.* x. 19 *ubi clausulam omittunt* QZ*) *etc.* Saepius codices Celtici quando de lectione magni momenti agitur, in partes eunt, et duo uel tres meliori, reliqui peiori lectioni suffragantur; exempla fere passim uidesis.

[4] Uide ad Ioh. vii. 34, et quae congessit uir doctissimus J. H. Bernard Dublinensis ('The Vulgate of S. John,' *Hermathena*, uol. ix, no. xxi, pp. 183 seqq. 1895); satis clare ostendit codices Hibernos cum minusculis Graecis 13. 69. 124. 346. 556 cognationem arctam habere, non tamen, ut iudicat, recta uia, sed ex ueteribus Latinis.

[5] Uide praefationem p. xxxvi; hanc opinionem impugnat inter alios Ioh. Lupton cum moneat uariantes lectiones quas citaueramus omnes uel paene omnes in uett. Latt. inueniri, et probabilius esse correctiones ex illis quam ex Graeco fluxisse. Quod libenter concedimus, sed restant testimonia ita multa et grauia ut etiam nunc codices Hibernos recta uia ex Graeco correctos affirmare audeamus. *e.g. Mt.* x. 23 **persequentur**: persecuntur R *d cum gr.* DΔ (*non δ*) 13. 123. 346. 556; xiii. 35 **per prophetam**: per esaiam prof. R *cum gr.* ℵ* 1. 13. 33. 124. 253 *non uett.*; xiv. 30 *om.* **ualidum** R *cum gr.* ℵB* 33 *non uett.*; xxvi. 50 *ἐφ' ὃ πάρει redditur* fac ad quod uenisti DQ *quod uidetur correctio ex Graeco facta cum in ueteribus non appareat; Lc.* xi. 37 **ingressus** + domum R *aur. cf. καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Φαρ.* 13. 69. 124. 346. 556; *Ioh.* iv. 42 **audiuimus** + ab eo R *cum gr.* ℵΠ^{2} 13. 69. 124. *Tribus locis codex* L *ex Graeco uidetur correctus, sc. Mc.* vi. 40 *πρασιαὶ πρασιαί* per singulas arias L *non uett.*, xiv. 44 *ἀπάγετε ἀσφαλῶς* ducite cum monitione L *non uett.*, xv. 12 **regi** + illi quem dicitis L (*non uett.*) = *gr.* ℵCDXΓΔ(*non δ*)Π *etc. ὃν λέγετε, et* B (*om. ὅν*). Item Ferdomnach libri Armachani (D) scriptor uidetur non solum Graecum alphabetum sed etiam textus graecos cognouisse; saepe enim uerba uel etiam totos uersus, ut e. g. Orationem Dominicam *Mt.* vi. 9–13, litteris Graecis scribit, cf. προφηταc *Mt.* v. 12 etc.; et aliquando lectiones ex Graeco correxit, ut supra *Mt.* xxvi. 50; cf. *Lc.* xv. 15 **uillam suam**: agro suo *a e*, agros D, ubi pluralis ex Graeco *εἰς τοὺς ἀγρούς* fluxisse

Codex quidem *Armachanus* (D), si cum ceteris huius familiae libris conferatur, nihil singulare ostendit (uide notas 3, 5 etc.). Additamenta, sicut ceteri, plerumque in S. Mattheo habet; in aliis uero euangeliis in hac re cum sociis suis Sangermanensi (G) primas defert. Additamenta etiam quae in DELR apparent plerumque explicationis causa illata sunt; conflationes deprehendimus nullas excepta *Lc.* ii. 13 'militiae caelestis exercitus' DL.

Codicis uero *Egertoniani* (E = mm) indoles propria est ut ostendat additamenta satis multa et uarietates lectionis quae in nullo ueterum Latinorum occurrant.

e.g. *Mt.* i. 23 **uocabunt**: uocabitur E*ϛ𝔖, ii. 2 **uenimus** + cum muneribus E, xviii. 12 **montibus**: deserto E, xix. 18 **homicid. facies** + ut in deuteronomio E, xxi. 17 **mansit** + et docebat eos de regno dei E, 33 **turrem** + in medio eius E, 42 **in scripturis** + in psalmo E, xxii. 24 **dixit**: mandauit nobis E; *Mc.* v. 42 **obstipuerunt** + parentes eius E; *deficit* E *a Mc.* vi. 56 *ad Lc.* vii. 24; *Lc.* ix. 14 **conuiuia** + centenos et E. *Conflationes interdum deprehenduntur, ut e.g. Mt.* xviii. 7 ut uenire.

Porro codex iste, uel eiusdem certe generis, subinde a Stephano adhibitus est, necnon a criticis Sixtinis et Clementinis, cum satis multi sint loci ubi E solus, uel cum paucissimis aliis, cum ϛ𝔖𝔈 concordet.

e.g. *Mt.* i. 23 *uide supra*, viii. 33 **nuntiauerunt** + haec E ϛ𝔖 (*sic*); *Mc.* iv. 38 **ei**: illi E *vg.*; *Lc.* vii. 37 **quod** + iesus E ϛ𝔖 *cor. uat.* r*, 48 **peccata** + tua E𝔖 *gat. f ff*$_2$ *l*, ix. 50 **ad illum**: ad illos E ϛ *c q*, xi. 4 **ipsi**: nos E ϛ *uett. plur.* (*cf.* 25 **inuenit** + eam E𝔓ϛ𝔖𝔈 *uett. pl.*; **mundatam** + et ornatam ERW𝔊𝔖𝔈 *uett. plur.*), xii. 2 **autem**: enim EM *corp. ox.* ϛ𝔖 *a d*, 7 **pl. estis** + uos E ϛ𝔖𝔈 *gat. d e cor. uat.*, 35 **ardentes** + in manibus uestris EW *vg. edd. ant.*, xiv. 34 *om.* **quoque** EM𝔊𝔖𝔈 *cor. uat. mg. uett. pl.*; *Ioh.* vi. 41 **panis** + uiuus E ϛ𝔖𝔈, xi. 50 **nobis**: uobis E ϛ𝔖𝔈 *uett.*, xiii. 27 *om.* **tunc** E ϛ𝔖𝔈 *uett. pl.*, xvii. 6 **tuum**: meum E ϛ *gat.*

Codicis autem *Lichfeldensis* uel *Landauensis* (L) proprietates paucae sunt. Correctiones quidem in eo quasdam forsan ex Graeco factas esse supra notauimus; uarietates autem quae ei insunt singulares scribarum erroribus plerumque imputandae uidentur; hae tamen memorari possunt:—*Mt.* xxv. 15 **propriam uirtutem**: opera sua L *non uett.*; *Mc.* ix. 37 **huiusmodi**: cuius modi L, xv. 28 et cum iniquis ueritas deputata est L.

Contra *Kenanensis* (Q) Egertoniano (E) similior est cum ampliorem materiam sibi propriam ostendat; nec quisquam ex hac familia conflationibus magis gaudet.

e.g. *Mt.* vi. 16 demuliuntur exterminant Q, xv. 17 recessit mittitur Q, xxi. 31 dicunt primus ei nouissimus Q, xxiii. 25 pleni estis sunt Q; *Mc.* i. 43 *uide ad loc.*; *Lc.* xviii. 14 descendit hic iustificatus in domum suam ab illo magis quam ille fariseus Q *uide ad loc.*, xx. 34 filii saeculi huius generantur et generant nubunt et nubuntur et ducuntur ad nuptias Q, xxiii. 15 in alio sic remissit eum ad uos nam remissi uos ad illum Q (*cf.* G); *Ioh.* iii. 6 quod natum est ex spiritu spiritus est quia deus spiritus est et ex deo natus est *codd. pler. et* Q: *uide ad loc.*

---

uidetur; porro stichorum numeros ex Graeco codice sumsit, uide infra, p. 736, De notitia linguae Graecae apud Hibernos et Scotos saeculis vi–ix uide W. Reeves (Episcopum Dunensem) in *Irish Ecclesiastical Journal*, uol. v, p. 136, 1848; et G. T. Stokes, 'Knowledge of Greek in Ireland between A. D. 500 and 900' (*Proceedings of the Royal Irish Academy*, uol. ii, pp. 185–202, 1892).

Lectionem *Lc.* x. 42 'paucis uero opus est uel etiam uno' (= ὀλίγων δέ ἐστι χρεία ἢ ἑνός BC^{3}L. i. 33 *Hier. syr. p. mg.*) quae in codice Hiberno *the Book of Moling* inuenitur, credebat Berger (*Hist. de la V.* p. 34) ex Graeco esse correctam; sed nunc monet nos eamdem lectionem inueniri in Cassiani *Collationibus* i. 8, xxiii. 1 (*pp.* 15, 642, ed. Petschenig).

Aliae lectiones propriae uel notatu dignae sunt:—

Mt. xxv. 45 quamdiu non fecistis uni ex his fratribus meis minimis ambulantibus **in nomine meo** mihi nec fecistis Q *non uett.*, xxvi. 26 **corpus meum** + quod confringitur pro saeculi uita Q; *Mc.* iii. 21 **in furorem uersus est** + et expauit Q; *Lc.* xxiii. 53 **in quo nondum quisquam positus fuerat** + et inposito eo inposuit monumento lapidem magnam Q *Mediol. Ambr.* i. 61 *sup.*[2] *et fere c d et gr.* D, *uide ad loc.*

Rushworthianus denique (R) hoc proprium habet ut uerborum inuersionibus perpetuo gaudeat, praesertim in S. Mattheo ubi in omni fere uersu tale quid appareat, ut exempla tradere superuacaneum sit. Correctiones in eo forsan ex Graeco factas supra memorauimus. Paucas uero praeter haec lectionum uarietates ostendit; praecipua sunt additamenta, ut *Mt.* xxi. 13 **uocabitur** + omnibus gentibus R *non uett.*; xxiv. 13 perseuerauit + in amore dei R *non uett.*; *Ioh.* i. 21 **non** + sum ergo profeta R. In *pericope* uero *de angelo* Ioh. v. 4 notandum est R tertiam uersus formam exhibere una cum $\mathfrak{P}^{mg}$JM *r* et libro Moling etc., ubi testes coniunguntur qui raro alias concordant. Hic autem EQ secundam et communiorem formam ostendunt cum &FCGH^{c}ΘIKOTVWZ^{2} *vg.*

§ 2. *Codices Gallici* B&FG. In *Codice Bigotiano* (B) inuestigando non est cur longius immoremur; quem in praefatione nostra (p. x) inter bonos sed non optimos censuimus. Lectiones mixtas ut supra diximus (p. 707) habet, ex duabus familiis, Hibernica scilicet et Gallica. Raro autem lectiones peculiares et proprias habet; sed cum pluribus numero plerumque sociatur et agmini Harleiano accedit[1].

De *codicis Beneuentani* (&F) origine et antiquitate satis diximus (p. 672 *de nouis additamentis*); restat ut pauca de textus indole proferamus. Recte quidem eum inter textus Gallicanos recenset Berger (p. 92), cui suffragatur W. Sanday (uide supra p. 708), quorum codex B supra descriptus pro exemplo est. Lectiones uero in Luca et Iohanne si quis sedulo examinabit, perspiciet eum fere pariter cum familia A–Y et cum familia B–Z concordare, ita ut ex collatione codicum diuersorum, non tamen semper cum prudentia maxima facta, constare uideatur[2].

---

[1] *Berger certiores nos facit de loco ubi* B *solus uerae lectioni ut credimus proximus est, Mt.* xvi. 10 et quattuor milium hominum B (*ubi corrigenda est notula nostra*); *raro cum codicibus numero paucioribus congruit, sed uide Mt.* xv. 15 *om.* **istam** BX (*cum gr.* ℵBZ 1), 22 *om.* **ei** AB*CF *a d e f ff*$_1$ *g*$_2$ *l q et gr.* ℵBCZ *etc.*; *interdum Hibernos deserit ut Mc.* ix. 2 solos BGKMVW *b c f i l*^{c} *et gr.*; *Lc.* xi. 28 quinimmo B*JKVWZ *vg.*

[2] *Exempla consensus cum familia* A–Y, *pauca quidem ex multis, sunt Lc.* i. 8 *om.* **zacharias**, 29 cum audisset, 36 **senecta**, iii. 16 ueniet, vi. 6 *om.* **erat**, 23 **multa** *sine addit.*, viii. 39 **fecit**, 42 turba, 43 **medicos**, xi. 54 **insidiantes** *sine add.*, xiii. 25 **et incipietis**, xvii. 22 **discipulos** *sine add.*, xxi. 12 **tradentes** (*pro* **trahentes**); *Ioh.* i. 19 **hoc** (*om.* **est**) A&FH*Y, ii. 10 **tu** (*sine* **autem**), 13 properabat, iv. 32 **non scitis**, xii. 22 **dicunt**.

Contra, exempla insigniora consensus cum Z *aliisque huius familiae codicibus sunt Lc.* i. 59 **patris sui**, 80 **desertis**, ii. 12 **hoc** + **est** B&FOX*Z, 15 **pastores** + uero B&FOZ, *ib.* **quod dominus ostendit nobis**, iii. 9 **fructum** + bonum, v. 3 **ut a terra reduceret**, vi. 35 desperantes, 42 **uides**, 45 **malo** + thesauro, vii. 39 quae et qualis est mulier, viii. 52 **mortua** + puella, x. 2 *om.* **suam**, *cf.* 4, 22, 23, 25, 41, xii. 8 *om.* **in** *pr.*, *cf.* 14, 41, 54, xiii. 30 **erant**, xiv. 14 retributione &FKVZ, xv. 7 agente (*pro* **habente**), xviii. 14 amen dico, xx. 24 **dixerunt** + ei &FKVWZ; *Ioh.* i. 31 **manifestetur**, ii. 2 **autem** (*om.* **ibi**), iv. 20 *om.* **in** *sec.*, 38 labores, v. 4 *pericope de angelo cum* Z^{2} *et* CEGH^{c}ΘIKOQ

Codex Sangermanensis. Alius codex est qui partim cum hac familia Hiberno-Gallica numerari potest (qui g_1 in Mattheo, et G in ceteris Euangeliis nuncupatur), quamuis multa sibi propria possideat. Prima quidem parte saeculi IX in Gallia meridionali scriptus uidetur, et recensionem exhibet ab Alcuiniana et Theodulfiana plane diuersam, quae tamen subinde in optimis lectionibus cum Uallicellano coniungatur. Lectionibus autem ueteribus inmixtis tantum infectus est ut aliquando paene inter ueteres recensendus sit. Hae tamen facile segregandae sunt; et hoc facto apparet textus maxima ex parte Hiberno-Gallicus, qui tamen multis in locis optimas lectiones Hieronymianas exhibeat, quae uix alibi conseruatae sint[1]. Confer de hoc codice quae optime congessit S. Berger (pp. 68–70) qui inter alia citat conflationem miram Lc. xxiii. 15, quae cum Kenanensi (Q) paene ad uerbum concordat.

§ 3. *Codices Hispanici* (*Cauensis* et *Toletanus* = CT). Hi codices sine dubio recensionem ostendunt certe inter codices nostros singularem; et in unaquaque fere pagina lectiones CT concordantes, si non proprias, lector deprehendet. Propriae quidem sunt satis multae[2], sed non tot ut credamus in his codicibus textus formam inesse, quae a duobus illis magnis familiis A–Y et B–Z plane diuersa sit. Codices enim Hispanici nunc cum hac nunc cum illa concordant, sed cum hac potius et saepius; et idcirco lectiones Hispanicas saepius reiecimus quam accepimus[3].

Concordantia CT cum H Θ, i.e. cum textu Hispanico recentiori, tam facile explicari potest, ut potius miremur cur lectiones plures CH^{c}ΘT non inueniamus contra ceteros nostros[4]. Notatu autem dignior est concordantia CT, uel

---

TVW, vii. 29 **eum** + et si dixero quia nescio *etc.*, viii. 20 **locutus est** + iesus, xvi. 13 **docebit uos omn. uer.** *etc.*

Lectiones interdum reperiuntur quae paucis tantum codicibus communes sunt; e.g. Lc. iv. 34 *om.* **te** ℭDOX*Z, vi. 16 traditor (*pro* **proditor**) ℭ *c f* ff_2 *r*, vii. 10 qui languebat ℭQX, viii. 12 **uiam** + sunt ℭKΜOV, xi. 28 immo (B^{c})ℭFDGHΘ^{mg}QR, xiv. 9 inuitauit (*pro* **uocauit**) ℭG *a d e f*; *Ioh.* v. 45 sperastis ℭEℙH*JOX*.

[1] *e.g. Mc.* ix. 2 **solos** BGKMVW; *Lc.* vi. 7 **accusare** AFGJMQY(DΡ), xi. 8 *om.* et ille si perseuerauerit pulsans B*ℙFGJMPY, xix. 37 **discentium** (ℙ)GM, xxii. 43 **factus in agonia prolixius orabat** CGMWZ; *Ioh.* iii. 20 **mala agit** ℙFGIM, vi. 23 **gratias agente domino** GV, xxi. 12 **discentium** GH*M, 23 **si sic** GMV.

[2] *e.g. Mt.* ii. 6 **nequaquam**: numquid CT ff_1; *Mc.* xiv. 61 **interrogabat**: interrogauit CT; *Lc.* i. 64 **ilico**: statim CT *q*, viii. 34 in uillis CT, xi. 28 **quippini**: manifestissime CT, 48 **quod consentitis**: et consentitis CT *gr. plur.*, xiii. 34 **pinnis**: pinnas CT *q*, xiv. 19 **alter**: alius CT *a d e f m q*, xvii. 2 **inponatur**: ponatur CT, 34 *om.* **uno** CT *gat. c et gr.* B, xx. 14 **heres** + uenite CT *d e δ et gr.* ℵCDL *etc.*; *Ioh.* i. 29 **iesum**: christum CT, iii. 8 **sed**: et CT, iv. 47 **aduenire**t; aduenisset CT, vi. 14 **signum**: signorum CT, vii. 48 **credidit**: crediderunt CT.

[3] *Uide praefationem pp.* xxxiv *seq. ubi exempla ex Matt. congessimus; cf. et Mc.* x. 32 uentura, 33 + et senioribus, xv. 16 intro in atrium; *Lc.* i. 28 inter mulieribus, ii. 2 a praeside (*sed* 14 **in hominibus** C, 15 **quod dominus ostendit nobis**, 24 **in lege domini** *etc.*), vi. 35 desperantes, x. 30 suspiciens (*sed* xvi. 11 **uerum**, xviii. 30 **uenturo**); *Ioh.* i. 24 *om.* **erant**, v. 2 probatica piscina (*om.* **super**), 4 *pericope de angelo habetur cum codd.* ℭFEGH^{c}ΘIKOQVWZ^{2}, vi. 40 *om.* **ego** CΔTX*Z, vii. 4 **quippe**: enim ACGJT, 29 + et si dixero *etc.*, xiii. 10 nisi ut pedes lauet (*sed* xvi. 13 **docebit uos omnem uer.**), xviii. 18 calefaciebant se, xix. 3 **alapas**: palmas (*sed* xx. 31 **uitam** *sine* aeternam).

[4] *cf. Mt.* xxv. 44 **respond.** + ei CH^{c}ΘITW; *Mc.* vii. 4 **a foro** + quum uenerint H^{1}ΘT *uett. plur.*, xv. 35 *om.* **ecce** CΘTX*, 46 **aduoluit**: adposuit CΘT; *Lc.* xxiii. 10 **etiam**: autem CDGΘTX*; *Ioh.* ix. 8 **uidebant**: uiderant CH^{1}TW, xix. 12 **omnis** + enim CHΘKT, xx. 22 **dicit**: dixit CHΘT.

alterius ex illis, cum Celticis DELQR. Quae concordantia satis indicare uidetur commeatum peregrinantium inter Hiberniam et Hispaniam, posterioribus temporibus frequentem, ex longo usu uiguisse[1].

Quamuis tamen tam saepe concordent C et T et unam plerumque faciem ostendant, non ubique similes sunt, nec tam arcte inter se cohaerent quam, exempli gratia, A et Y. Discrepantiae enim satis multae sunt et satis magnae; et cum lectiones inter se comparentur, nostro iudicio meliorem textum constanter exhibet C; T uero recentior est et corruptior. Cauensis quidem inter libros optime et accuratissime scriptos recenseri debet; Toletanus autem omissionibus, inuersionibus, erroribus a manu prima factis insignitur, et additamenta multa in textum illata exhibet, partim ut uidetur Hispaniae propria, partim in codicibus etiam Celticis deprehensa, quae a Cauensi absunt. Discrepantias igitur horum codicum enumerare longum esset; sed iudicium nostrum de eis plane ostendi potest monendo nos, cum inter se uarient, locis plus quingentis (508) in Euangeliis lectionem Toletani reicere et Cauensis retinere, et locis tantum sexaginta quatuor Toletani lectionem Cauensi praeferre[2]. In lectionibus

---

[1] *e.g. Mt.* xiv. 8 *om.* **hic** CDERT *b c f ff*$_{1.2}$ *g*$_1$ *h*, xviii. 15 **eris**: es CQRT *uett. pl.*, xxii. 17 **an**: aut BCELQT, xxiv. 37 **autem**: enim CEQRT, xxvi. 63 **dei** + uiui CDQRT *ff*$_2$, xxvii. 43 **in deo**: in domino CEQT; *Mc.* iv. 11 **scire**: nosse CEΡ^{mg}K LQRT *c ff*$_2$; *Ioh.* i. 26 **non scitis**: nescitis CDE GHRT, iii. 5 **spiritu** + sancto CDERTW, vi. 71 **simonis**: simonem (sy. CE) CEΡ^{mg}JRT, ix. 6 **leuit**: linuit CDEΡRT *a d*, xviii. 4 **quem**: quid BCDEGRT *e*.

De commeatu inter Hiberniam et Hispaniam saeculis IV–VIII *uide* F. E. Warren *Liturgy and Ritual of the Celtic Church*, p. 62, Oxon. 1881.

[2] *Exempla insigniora errorum in codice* C; *Mt.* i. 24 *om.* **ioseph** C, viii. 20 **tabernacula**: nidos C *etc.*, x. 20 *om.* **qui** C, xi. 4 audistis et uidetis CR, xxvii. 24 **coram** + omni CEQ; *Mc.* viii. 19 **sustulistis**: sumpsistis C, xii. 11 **mirabile**: admirabile ACΘMX, 14 **dei**: domini C *etc.*, xiii. 13 **omnibus** + gentibus C, xiv. 5 **uenundari**: ueniri C *etc.*; *Lc.* ix. 43 **faciebat**: fiebant CW, xxii. 29 **dispono**: disponam C *c e*; *Ioh.* iii. 7 **uos**: nos C *gr. min.* 69. 118 *etc.*, v. 10 illi qui sanus fuerat C *etc.*, 43 **accipitis**: accepistis C *etc.*, viii. 54 **noster**: uester CRW *uett. plur.*, ix. 3 manifestetur opera C *etc.*, xiv. 10 **credis**: creditis C *etc.*

In T *pauca exempla ex multis damus; notabit lector codicem saepius in errore cum familia Hibernica coniunctum:—Mt.* iv. 19 **illis** + iesus DLQRT, vi. 23 **erunt**: sunt BEΡ^{mg}QRT, viii. 20 nidos ubi requiescant (EQ)T, ix. 28 **ad eum** + duo DLRT, x. 8 **date**: reddite T, xi. 12 **rapiunt**: diripiunt T *etc.*, xii. 34 **os** + eius T, 35 **thesauro** + suo T, xiii. 36 **dissere**: edissere E^{2}ΘTW *f*, 47 **genere** + piscium T *etc.*, xiv. 6 **medio** + triclinio T *etc.*, xvi. 3 **potestis** + cognoscere RT, xix. 20 **custodiui** + a iuuentute mea EΡ^{mg}FRTW, xx. 7 **uineam** (meam) + et quod iustum fuerit dabo uobis T *uide ad loc.*, xxi. 21 **in mare**: in uia T *non uett.*, xxii. 7 **succendit**: subuertit T *non uett.*, xxiii. 14 *habent uersum* FH^{mg}Θ QRT, xxviii. 3 uestimenta T *etc.*; *Mc.* iii. 15 *ad fin.* + et ut circum euntes praedicarent euangelium DE LQT, vi. 3 fabri filius et marie T, viii. 15 **herodis**: erodianorum T (*i k*), ix. 27 **surrexit** + et reddidit illum patri suo T, 49 omnis enim uictima salietur T *c*, xii. 14 **doces** + dic ergo nobis DLQT *gat.*, xiii. 10 **gentes** + sed constanter estote T (g_2) *cf.* set confortamini *k*, xiv. 61 dei benedicti T *etc.*, xv. 8 **faciebat illis** + per dies festos ut dimitteret eis unum uinctum T* *fere cum* LQ *gat. et k*, 34 **sabacthani**: sabtani T *cf.* zaptani KV *uide ad loc.*; *Lc.* ii. 33 **pater eius et mater**: parentes eius T *non uett.*, vi. 49 **terram**: arenam T *gat. b e*, viii. 4 **plurima**: multa D*T (*c d δ*), ix. 34 **et timuerunt** intrantibus autem illis *etc.* DET, xi. 2 + fiat uoluntas tua sicut in celo et in terra T *etc.*, 3 **cotidie**: odie T *etc.*, xii. 3 **in tectis**: in tecto T *non uett.*, 16 **fructus**: fruges T *non uett.*, 53 **matrem** + suam HΘT, xiv. 3 **respondens**: intuens T *non uett.*, xv. 21 **filius tuus** + fac me sicut unum de mercennariis tuis EQT *gat.* (*d*), xvi. 21 **diuitis** + et nemo illi dabat KTW *l m*, xviii. 11 **hominum**: homines DEMTX* *uett. pl.*, xx. 9 **plebem**: turbam T (K), xxii. 43 et factus est in agonia prolixius orabat (E)IT *e i q*, xxiii. 41 **gessit**: fecit T *a l*, xxiv. 32 *om.* **nobis** *sec.* T; *Ioh.* i. 26 **stetit**: stat DEΡ^{mg}RTX* *uett. plur.*, ii. 10 **inebr. fuerint** + conuiue T *cum* Z* *c*, iii. 28 **ante illum**: ante christum T *non uett.*, iv. 12 **puteum** + hunc (G)H ΘTX *uett. pl.*, v. 10 dic. (ergo) iudaei illi qui sanus factus fuerat JKT (> illi iudei) *correctio forsan lectionis* illi qui sanus fuerat *quae in* CDEΡFMV

reiectis additamenta paulo plura sunt quam omissiones, quamuis in capitulis posterioribus euangeliorum Lucae et Iohannis omissiones satis multae sint. Sed de hac re recordari oportet omissiones erroribus scribarum aliquando imputari posse, additamenta non ita. Plus ergo ualent additamenta quam omissiones ad definiendam textus indolem.

Cap. V. DE TEXTUS HISTORIA.

Cum propositum nostrum praecipue fuerit ut textum secundum mentem S. Hieronymi, quantum fieri possit, constituamus, non opus est ut multum tempus in historia eius recensenda insumamus, cum saeculis recentioribus de tempore in tempus interdum correctus sed plerumque deprauatus fuerit. Quae tamen historia non sine fructu explorari potest, praesertim cum uiri duo eruditi de ea optime scripserint, Petrus scilicet Corssen in uolumine magno *Die Trierer Ada-Handschrift* (Leipz. 1889) inscripto, et Samuel Berger in *Histoire de la Vulgate pendant les premiers siècles du moyen âge* (Paris 1893). Sed quamuis leuiter a nobis res perstringenda sit, aliquid saltem dici debet de recensionibus praesertim duabus saeculi VIII–IX, Theodulfiana scilicet et Alcuiniana.

1. Recensio Theodulfiana $H^c\Theta$.

Theodulfi quidem *recensio*, ut obseruat Berger (l. c. pp. 146–148), neque Carolo Magno neque Alcuino obnoxia fuit. Theodulfus enim, quamuis Aurelianensis episcopus, patria Hispanus fuit, et litteris fere ab A. D. 795 ad 818 incubuit. Codex Theodulfianus dictus (Θ) de quo supra (praef. p. xii) breuiter disseruimus, qui saeculo saltem XI Aurelianensi ecclesiae pertinuit, recensionem eius optime exhibet. Huius tamen recensionis indoles talis est ut parum adiumenti nostro operi conferat. Interpolationem enim et lectionum 'conflationem' seu contaminationem amat. Quae indoles supra satis forsan indicata est (p. 709 *n.* 2, 710 *n.* 1), sed alia exempla a Bergero (l. c. pp. 157–158) addita sunt. Plura etiam de nostro infra subiungimus[1].

WZ *inuenitur*, vi. 39 **ex eo** + quicquam D$\mathfrak{P}^{mg}$K RT *b r gat.*, vii. 8 **ascendo**: ascendam $\mathfrak{F}$KOTW XZ, viii. 12 **ambulabit**: ambulat HJKOTZ, 31 **manseritis**: permanseritis E$\mathfrak{P}^{mg}$QRT, ix. 3 manifestaretur opera T *d q*, xi. 3 **sorores** + eius T *etc.*, 24 **in resurrectione**: in die resurrectionis T *non uett.*, 27 **dei** + uiui ETW*X^c *ff*$_2$, xii. 28 **de caelo** + et dixit ei T *non uett.*, xiii. 10 **qui** + semel EGT, xiv. 9 **cognouistis**: cognouisti T *non uett.*, 14 *om.* **me** DERTW *uett. pl.*, xv. 17 **dil. inuicem** + sicut dilexi uos T *non uett.*, xvi. 30 **existi**: uenisti T *a f*, xviii. 4 **processit** + et uenit T *non uett.*, xix. 33 *om.* **iam** T *c ff*$_2$ *q r*, xx. 9 **scripturam**: scripturas T *f aur.*, 19 *om.* **una** T *non uett.*, 25 **fixuram**: fixuras T *Ambr.*, xxi. 1 **autem** + se ΘT *c e f q*, 3 *om.* **et** *sec.* D$\mathfrak{P}$*GT, 6 **miserunt ergo** + retia DEHKTVZ, 7 **simon** + itaque D$\mathfrak{P}^{mg}$T *b r*, 17 *om.* **tu scis** ERT *r gat.*

[1] *Mc.* vii. 4 **a foro** + quum uenerint $H^1\Theta$T, viii. 32 *ad fin.* + dicens domine propitius esto tibi nam hoc non erit $H^c\Theta$, 38 angelis **suis sanctis** $H^1\Theta$, xiii. 14 + quod dictum est a danielo propheta HΘ; *Lc.* ix. 54 *ad fin.* + sicut helias fecit ΘMO^{gl}; *Ioh.* iii. 23 *ad fin.* + ab eo HΘ, iv. 1 **baptizat** + plures $H^{mg}\Theta$, vi. 59 **docens** + sabbato GHΘ, xx. 26 **medio** + eorum HΘ; *in his locis recensio Theodulfiana parum cum codicibus Northumbricis congruit, (ut notat Berger p. 158) et in Mc.* vii. 4 *lectioni Toletanae id est Hispanicae suffragatur; uide supra de indole codicum* CT *p.* 717.

2. Recensio Alcuiniana KV, 𝕄.

Contra *Alcuiniana recensio* saltem in euangeliis, uera cum scientia facta, id egit ut textum Hieronymianum restitueret, et magna ex parte res proposita bene cessit. Alcuinus enim, ex Eboraco ope quaesita, et codicibus optimis Northumbricis inter alios usus, meliorem textus recensionem Carolo Magno anno 801 obtulit[1]. Lectiones ergo codicum K et V cum familia A–Y saepe concordant; et obseruandum est capitula codicis V eadem esse quae in AUY (et H in Marco, Luca, et Johanne) exhibentur[2]. Hibernicis tamen quam Northumbricis propior est haec recensio, ut notat Berger[3].

Huius recensionis codex optimus *Uallicellanus* (V), uenustate scripturae praecellens, cum Romae seruaretur facile a correctoribus Sixtinis et Clementinis usurpari poterat[4]; et hac ratione explicari potest concordantia lectionum quarumdam Uulgatae hodiernae quae in nullo fere alio codicum nostrorum inueniuntur[5]. Coniunctionem VZ nonnihil ualere iam diximus (supra p. 712); similiter DZ familias diuersas concordantes ostendit. Non tamen KV, cum codicibus Northumbricis partim fulta sit recensio Alcuiniana, coniunctioni A–Y multum addit.

His codicibus (KV) *Turonensem* (𝕄) recte sociamus, qui saec. VIII–IX forsan a scriba Hibernico descriptus, recensioni Alcuinianae prope conformatur. Quae similitudo etiam in orthographia apparet (*e.g. Mt.* iii. 3 isaiam *et saepius*, 4 locustae *etc.*); sed colorem magis Hibernicum ostendit quam ipsi Alcuiniani[6]; aliis locis plus cum familia B–Z consentit[7]; aliis uero, interdum per sectiones longiores uel etiam capitula, riuuli quidam lectionum ueterum discernendi sunt[8]. Quod singulare uidetur in 𝕄 est omissio uerborum sine significatione[9].

3. Codex Sarisburiensis W.

De *codice* olim *Sarisburiensi* (W), nunc Musei Britannici, hoc dicendum est. Operae pretium est ut lectiones eius citentur ut ostendamus qualis esset textus

---

[1] Cf. Berger, p. 190 seqq., Scrivener-Miller, *Introduction* ed. iv, uol. ii, p. 59.

[2] Uide quae de hac capitulorum familia optime congessit E. von Dobschütz, *Studien z. Textkritik d. Vulg. pp.* 60–64, qui credit eam ex Graeco et post Hieronymi tempora translatam esse, cum sententiae et uocabula cum Uulgata magis quam cum ueteribus Latinis concinant.

[3] pp. 201–202; *cuius exemplis addi possunt Lc.* vi. 26 pseudoprophetis V = ℙOQ; *Ioh.* viii. 25 principium qui K𝕄VWY, xiv. 24 sermo D℞QR*T^{c}V.

[4] Aderat etiam alius codex Carolinus insignis qui olim in thesauris monasterii S. Callisti erat, nunc uero ad S. Paulum extra muros adseruatur; cf. Berger p. 292.

[5] *e.g. Mc.* iv. 15 in cordibus eorum VW *vg.*; *Lc.* xix. 37 discipulorum V *Laud. Lat.* 26, *cod. caraf.* ℂ, xx. 32 nouissime V *vg. d ff$_2$ l^{c} q r*, xxiii. 8 eo quod audierat V𝔖ℂ; *Ioh.* v. 24 **transiit** Vℂ *cum codd. aliquot Parisinis*, vi. 64 non credentes V𝔎ℂ.

[6] *e.g Mc.* ii. 22 + et utraque seruantur, iii. 14 **praedicare** + euangelium, vii. 9 **praeceptum**: mandatum, xiv. 44 cum omni sollicitudine; *Ioh.* v. 4 *de angelo, eandem cum Northumbricis formam uersus ostendit;* xviii.𝔑8 calefaciebant se quia frigus erat 𝕄 *fere cum* ℙO *r*.

[7] *e.g. Mt.* iv. 25 **et iudaea**; *Mc.* ii. 18 **quare**: cur, xiii. 1 **lapides** + sint, **structurae** + templi, 2 **illi** + nonne, xvi. 14 **resurrexisse** + et nuntiantibus illis, 15 **eis** + iesus.

[8] *e.g. Mc.* i. 5–15, ii. 19 **nuptiarum**: sponsi; *Lc.* xi. 47–xvi. 8; *Ioh.* i–iv.

[9] *e.g. Mt.* x. 41 *om.* **prophetae**, xviii. 16 *om.* **adhuc**; *Mc.* vii. 14 *om.* **dicebat illis**; *Lc.* ii. 10 *om.* **nolite timere**, xviii. 8 *om.* **ueniens putas**, xx. 28 *om.* **frater eius**, xxii. 8 *om.* **ut manducemus**, xxiii. 32 *om.* **nequam cum eo**; *etc.*

scholasticorum medii aeui manibus tritus, et is quidem non ita malus sed idem non ita bonus. Quod illius codicis proprium est non magni momenti uidetur, et constat plerumque ex uerbis explicationis uel elegantiae causa additis uel mutatis[1]. Idcirco cum libris impressis magnam affinitatem habet, et interdum cum editionibus ϛ𝔎𝔖ℭ contra omnes alios codices nostros concordat[2].

4. Libri impressi.

De libris impressis pauca explicationis causa proferri possunt. Editiones priores ex codicibus qui praesto fuerant deriuatae sunt, id est ex eis qui facillime ad typographorum officinas deferri possent. Qui libri certe non erant Biblia magna Alcuiniana, neque ornamenta Bibliothecarum sicut codex Amiatinus, sed libri non ita magni pretii et uulgares, ut erant plurimi saeculis XIII et XIV descripti, similes paruis istis uoluminibus graecis, quae Basileae ostenduntur, ex quibus Erasmus Testamentum Nouum primus typis mandauit. Inde euenit ut libri impressi interdum ostendant lectiones quae in codicibus nobis cognitis nusquam inueniantur, uel in recentissimis tantum e. g. *Mt.* vii. 6 **conuersi** + canes ϛ *edd. ant. plures et codd. Sarum* 74, 182ᶜ.

Hac ratione explicandae sunt lectiones editionum ϛ𝔎𝔖ℭ pro quibus testimonium nullum ex codicibus afferre possumus, cum aliquae tamen in correctorio Uaticano appareant. Quarum seriem satis longam subiungimus, lectorem monentes pro multis testimonium ueterum Latinorum afferri posse, quamuis nullum in codicibus uere Hieronymianis inueniri possit. Quod ostendit quam longum tempus mixtura codicum permanserit.

Elenchus lectionum praecipuarum in quibus editiones Stephanica, Henteniana, Sixtina, Clementina, auctoritate codicum nostrorum omnino carent:

Ex Mattheo: i. 18 **eius**: iesu ϛ, ii. 13 *om.* **et** *pr.* 𝔖, iii. 11, 12 igne 𝔖 (*et* xiii. 40, *Lc.* iii. 17), iv. 13 **in** + ciuitate ϛ, 16 ambulabat ϛ𝔖, v. 29 **gehennam** + ignis ϛ, 42 **qui** + autem ϛ, vi. 21 *om.* **enim** ϛ, 26 **quoniam**: quae ϛ, 30 **autem**: enim ϛ𝔖 (*sic*), vii. 1 et non iudicabimini *et* + nolite condemnare et non condemnabimini ϛ𝔖, 29 *om.* **eorum** 𝔖, viii. 1 **desc.** + iesus ϛ, 4 **munus** + tuum ϛ, 15 **eis**: ei ϛ𝔎, 28 **uenisset** + iesus ϛ𝔖, ix. 1 **ascendens** + iesus ϛ𝔖, 25 **eius** + et dixit puella surge ϛ𝔖, x. 5 *om.* **et** *pr.* ϛ𝔎ℭ, xii. 50 *om.* **et** *sec.* ϛ, xiii. 20, 22 **uerbum** + dei ϛ, xiv. 22 statim compulit iesus discipulos 𝔖ℭ, 28 aquam ϛ, xv. 14 **sunt** + et ϛ𝔖ℭ, xviii. 22 dixit (*pro* **dicit**) ϛ𝔎, xix. 4 **fecit** + hominem ϛ𝔖ℭ, 19 *om.* **et** *sec.* ϛ𝔎, xx. 23 **et**: uel ϛ𝔖ℭ, 28 **suam** + in 𝔖, xxi. 37 **uereb.** + forte ϛ𝔖 *sed cf.* ET, 42 > est factus ϛ𝔎, xxiii. 33 **serpentes** + et ϛ, 34 **ideo** + dico uobis ϛ, xxv. 31 **angeli** + eius 𝔖, xxvi. 59 princeps ϛ, xxvii. 11 dixit illi ϛ.

Ex Marco: i. 6 **cameli**: camelorum ϛ𝔖, 24 **uenisti** + ante tempus ϛ𝔖; **qui sis**: quod sis ϛ𝔖, 30 **decumb.**: recumbebat ϛ, 40 **dixit**: dicit ϛ𝔎𝔖, ii. 12 **abiit** + inde ϛ𝔖, 16 **dicebant**: dixerunt ϛ𝔖, 23 **cum** + dominus ϛ𝔖ℭ, iii. 9 **dixit** + iesus ϛ𝔖, iv. 22 **sed ut**: quod non ϛ𝔖, 29 et cum ex se produxerit fructus ϛ𝔖, 32 **seminatum**: natum ϛ𝔖; **ascendit** + in arborem

[1] *e.g. Mt.* v. 48 **perfectus**: misericors, vi. 15 **hominibus** + peccata eorum, vii. 11 **bona** *sec.*: spiritum bonum; *Mc.* iv. 10 **parabolas** + exponere, v. 7 **deum** + uerum, ix. 5 **faciamus** + hic, xii. 6 **quia** + forte.

[2] *e.g. Mt.* iii. 7 a uentura ira W *vg.*, xviii. 13 gaudet W *vg.*, 24 **debebat** + ei W *vg.*, xix. 11 **dixit** + illis W *vg.*, xxi. 5 *om.* **et** Wϛ𝔖ℭ; *Mc.* i. 2 ecce + ego W𝔎𝔖ℭ, 27 **et** *sec.*: etiam *iidem*, 40 **dixit** + ei W *vg.*, ii. 1 **post dies** + octo Wϛ𝔖, v. 43 **dixit**: iussit WX*ϛ𝔖, viii. 1 **esset** + cum iesu O^{c}Wϛ𝔖, xiv. 25 **de** + hoc Wϛ𝔖ℭ, 62 **uirtutis** + dei *iidem*; *Lc.* v. 7 **ita ut** + pene Wϛ𝔖ℭ, 25 **tulit** + lectum Wϛ𝔖ℭ, xv. 17 mercenarii + in domo *iidem*, xvii. 6 dicetis *iidem*, xxii. 2 **eum**: iesum W𝔖ℭ; *Ioh.* viii. 23 de superius Wϛ𝔖, *etc.*

ϛ𝔖, v. 8 **homine** + isto ϛ𝔖, 11 **pascens** + in agris ϛ𝔖, 35 **ueniunt** + nuntii ϛ𝔖, vi. 11 *om.* **et** 𝔖, 26 **et** *sec.*: sed 𝔖, 27 **sed** : et 𝔖, 48 *om.* **et** *sec.* 𝔖, vii. 4 **a foro** + uenientes ϛ𝔖, 8, 9 fecistis ϛ𝔖, 14 turbas ϛ, 18, 23 coinquinare, -nant 𝔖 (*pro* **commun.**), 28 > comedunt sub mensa *vg.*, viii. 14 > panes sumere *vg.* (panem ϛ), 27 *om.* **in** *pr.* ϛ, ix. 5 *om.* **et** *tert* 𝔖, 9 **quae** : quod ϛ, 25 uidisset ϛ, x. 39 baptisma (*non* **-mum**) 𝔐, xi. 6 **eis** *sec.* : eos ϛ𝔖, 28 **illi** : ei *vg.*, xii. 25 **angeli** + dei ϛ𝔖, xiv. 1 > dolo eum ϛ, 2 **enim** : autem ℭ, 29 **fuerint** + in te 𝔖ℭ, 44 > eis signum ϛ, 46 **eum** *pr.* : iesum ϛ𝔖, 55 omnes ϛ, 60 **exsurgens** + autem ϛ.

Ex Luca : i. 1 narrationes ϛ, 13, 15 *om.* **et** *pr.* 𝔖, ii. 4 **iudaeam** + in 𝔖ℭ, 33 > pater et mater eius 𝔖, iii. 14 **et** *tert.*: sed 𝔖, 16 *om.* **eius** 𝔖, v. 22 **cogitatis** + mala ϛ𝔖, 37 **ipsum** : uinum ϛ, vi. 29 **maxillam** + unam 𝔖, 42 **et** *ad init.* : aut *vg.*, vii. 6 > sum dignus *vg.*, 21 **languoribus** + suis ϛ, 24 **moueri** : agitatam ϛ𝔖ℭ, 31 + ait autem dominus *vg.*, 33 **enim** : autem ϛ𝔐, 44 *om.* **in** 𝔖, viii. 18 **quomodo** : quid ϛ, 23 **nauig. autem** : et nauigantibus *vg.* ; **complebantur** : compellebantur ϛ𝔖, 27 **et cum** + de naui ϛ𝔖, 31 rogauerunt ϛ, **ix. 1 conuocatis autem** + iesus ϛ𝔖, x. 21 exultauit in sp. sancto ϛ𝔖, exultauit spiritu 𝔐, xi. 1 > docuit et ioannes 𝔐𝔖ℭ, docuit iohannes (*om.* **et**) ϛ, 13 **uester** + caelestis ϛ𝔖, 26 **spiritus** + secum ϛ𝔖ℭ, 37 **et** *sec.*: iesus autem ϛ𝔖, 45 > contumeliam nobis *vg.*, xii. 1 **circumstantibus** : concurrentibus ϛ𝔖, 14 **ei** : illi ℭ, 30 **enim** : autem ϛ, 31 **regnum dei** + et iustitiam eius ϛ𝔖ℭ, 44 **quia** : quoniam *vg.*, 50 baptismo 𝔐𝔖ℭ (*pro* **-ma**), 51 **dare** : mittere ϛ, xiii. 6 **autem** + et ϛ𝔖ℭ, 8 dicit *vg.* (*pro* **dixit**), 15 hypocrita 𝔐 (*pro* **-tae**), xiv. 1 **intraret** : introisset ϛ𝔖, xv. 8 **inueniat** + eam ϛ𝔖, 22 calceamentum ϛ (*pro* **-ta**), xvi. 11 credat 𝔐, 19 **et** *pr.* : qui ϛ𝔖ℭ, xvii. 7 > pasc. boues ϛ𝔖, **transi** + et ϛ, 20 ueniet *sec.* ϛ𝔐𝔖 (*sic*), xviii. 9 **istam** + dicens ϛ𝔖, 10 ascendebant ϛ𝔐𝔖 (*sic*), xix. 23 *om.* **et** *ad init.* 𝔖, **et** *sec.* : ut 𝔖ℭ, xx. 10 **tempore** + illo ϛ𝔖, 20 **et** *sec.* : ut ℭ, 36 **enim** : etiam 𝔖, xxi. 4 quo 𝔖 (*pro* **quod**), 8 *om.* **ergo** ϛ, 21 **in** *sec.* : ad *vg.*, xxii. 10 **homo** + quidam ϛ𝔖(*sic*)ℭ, 26 **iunior** : minor ϛ𝔖ℭ, 63 **eum** : iesum ϛ, 64 interrogauerunt ϛ, xxiii. 33 *om.* **et** *tert.* ϛ, 37 et dicentes 𝔖ℭ, 40 **quod** : qui ϛ𝔖 (*sic*), 49 > eum erant *vg.*, 55 **ipso** : eo *vg.*, xxiv. 11 **credebant** : crediderunt *vg.*, 33 **ipsis** : illis *vg.*

Ex Iohanne : ii. 9 **qui** : quod 𝔐, 14 > oues et boues ϛ, iii. 22 > terram iudaeam 𝔖ℭ, 31 *om.* **est** *sec.* ϛ, 33 acceperit ϛ (*pro* **accipit**), iv. 4 **per** + mediam ϛ𝔖, 29 dicit ϛ (*pro* **dixit**), *et* 32 dicit 𝔖ℭ, 41 **crediderunt** + in eum ϛ𝔖ℭ, 42 *om.* **iam** ϛ, v. 11 *om.* **tuum** 𝔖, 28 **eius** : filii dei ϛ𝔖ℭ, 29 egerint ϛ, 31 **me** + ipso *vg.*, 36 *om.* **mihi** 𝔐 ; > misit me *vg.*, 44 > uos potestis *vg.*, vi. 5 dixit 𝔖ℭ (*pro* **dicit**), 13 **hordiaciis** + et duobus piscibus ϛ𝔖, 14 **quod** + iesus 𝔐𝔖ℭ, 33 **dei** : uerus ϛ𝔖, 35 **eis** : ei 𝔖ℭ ; **umquam** : in aeternum ϛ𝔖, 40 **enim** : autem 𝔐𝔖ℭ, vii. 4 **aliquid** : quidquam 𝔖, 7 **quia** : quod *vg.*, 32 **eum** : iesum ϛ, 48 > ex principibus aliquis *vg.*, viii. 7 *om.* **eum** ϛ, 9 **audientes autem** + haec ϛ𝔖, 38 **patrem** *pr.* + meum 𝔖ℭ, 45 **quia** : si ϛ𝔖ℭ, 46 **dico** + uobis 𝔖ℭ, ix. 6 **haec** : hoc ϛ, 25 **ergo** + eis *vg.*, 39 *om.* **ei** ℭ, x. 8 **sed** : et 𝔖ℭ, 14 **cognosco** + oues ϛ𝔖, 17 > diligit pater *vg.*, 18 meipso + et 𝔐𝔖ℭ, xi. 11 dixit 𝔖ℭ (*pro* **dicit** *et sic* 44 *vg.*, xviii. 4 *vg.*) ; **exsuscitem** : excitem 𝔐𝔖ℭ, 56 **festum** + istum ϛ, xii. 28 **caelo** + dicens ϛ𝔖, 29 **alii** + autem ϛ𝔖, 34 **hominis** *pr.* + et ϛ𝔖, xiii. 16 **maior** *sec.* + est *vg.*, xv. 25 adimpleatur *vg.* (*pro* **impl.**), 27 **quia** : qui 𝔖, xvii. 12 **mihi** + ego ϛ𝔖, 18 **mundum** *pr.* + ita ϛ𝔖, 22 **quam** + tu ϛ𝔖, xviii. 21 **sum** : sim *vg.*, 34 > dixerunt tibi *vg.*, 40 **clamauerunt** + ergo 𝔐ℭ, xix. 4 **exiit** + ergo 𝔖ℭ, 28 > omnia iam 𝔐 ; dixit 𝔖ℭ (*pro* **dicit** ; *et sic* xx. 29, xxi. 5, 17), 40 **ergo** : autem ϛ, xx. 12 erat ϛ (*pro* **fuerat**), 20 **hoc** : haec ϛ, 25 **eis** : ei ϛ, 31 *om.* **christus** ϛ, xxi. 4 *om.* **iam** ϛ𝔖ℭ, 16 **dicit ei** *sec.* + iterum ϛ𝔖, 17 **scis** *pr.* : nosti ϛ𝔖ℭ, 22 dixit 𝔖 (*pro* **dicit**).

In his omnibus idem color obseruari potest, ac in codicibus Graecis recentioribus quando cum antiquioribus conferantur. Interpolationes et additamenta, uel ex aliis euangeliis, uel sententiae explendae causa, uel ut sermo facilior reddatur, iterum atque iterum occurrunt. Tempora etiam uerborum saepissime mutantur, ut constans sibi locutio reddatur ; nihil tamen boni fructus inest.

Obseruabit etiam prudens lector editiones Stephanicam et Sixtinam saepius consentire cum aliis editionibus citatis ; Hentenianam autem et Clementinam ex alia parte stare. Quae diuisio[1], si non constans, adeo tamen frequens est,

[1] Haec diuisio exempli gratia in his locis apparet *Mt.* xv. 2, xvii. 1, xix. 21, xxiv. 42, xxviii. 3, 7 ; *Mc.* i. 10, ii. 15, viii. 1, 28, 38, ix. 41, x. 17, 41, xi. 15, 31 ; *Lc.* i. 8, ii. 15, iii. 9 ; *Ioh.* i. 29, v. 32 etc.

ut Sixtinam potius ex Stephanica 1538 pendere dicamus, Clementinam, ubi differt, ad Hentenianam maxime reuerti, id est ad editionem a Iohanne Hentenio Louanii anno 1547 primum publici iuris factam, quam ex Bibliis Plantinianis anni 1583 perpetuo citamus (𝔄).

Uersuum etiam *numeratio noua* in editionem Sixtinam inferebatur[1], forsan ut obscurior redderetur affinitas eius cum editione Stephanica. Ea enim numeratio quam Stephanus primum in Testamento Graeco-Latino anni 1551

---

[1] Haec tabula numerum uersuum in editione Sixtina ostendit :—

S. Matthei cap.	i	continet uersus	46
	ii	,, ,,	17
	iii	,, ,,	15
	iiii	,, ,,	17
	v	,, ,,	37
	vi	,, ,,	33
	vii	,, ,,	25
	viii	,, ,,	28
	ix	,, ,,	39
	x	,, ,,	31
	xi	,, ,,	26
	xii	,, ,,	42
	xiii	,, ,,	45
	xiiii	,, ,,	35
	xv	,, ,,	33
	xvi	,, ,,	26
	xvii	,, ,,	23
	xviii	,, ,,	30
	xix	,, ,,	26
	xx	,, ,,	27
	xxi	,, ,,	38
	xxii	,, ,,	34
	xxiii	,, ,,	32
	xxiiii	,, ,,	33
	xxv	,, ,,	33
	xxvi	,, ,,	65
	xxvii	,, ,,	53
	xxviii	,, ,,	15
S. Marci cap.	i	continet uersus	37
	ii	,, ,,	24
	iii	,, ,,	27
	iiii	,, ,,	31
	v	,, ,,	33
	vi	,, ,,	43
	vii	,, ,,	28
	viii	,, ,,	35
	*ix	,, ,,	42
	x	,, ,,	46
	xi	,, ,,	27
	xii	,, ,,	38
	xiii	,, ,,	30
	xiiii	,, ,,	65
	xv	,, ,,	43
	xvi	,, ,,	18
S. Lucae cap.	i	continet uersus	58
	ii	,, ,,	44
	†iii	,, ,,	14
	iiii	,, ,,	37
	v	,, ,,	36
	vi	,, ,,	44
	vii	,, ,,	44
	viii	,, ,,	50
	ix	,, ,,	55
	x	,, ,,	36
	xi	,, ,,	47
	xii	,, ,,	50
	xiii	,, ,,	32
	xiiii	,, ,,	25
	xv	,, ,,	22
	xvi	,, ,,	26
	xvii	,, ,,	28
	xviii	,, ,,	32
	xviiii	,, ,,	40
	xx	,, ,,	32
	xxi	,, ,,	27
	xxii	,, ,,	60
	xxiii	,, ,,	48
	xxiiii	,, ,,	40
S. Iohannis cap.	i	continet uersus	42
	ii	,, ,,	22
	iii	,, ,,	32
	iiii	,, ,,	46
	v	,, ,,	41
	vi	,, ,,	60
	vii	,, ,,	51
	viii	,, ,,	50
	ix	,, ,,	35
	x	,, ,,	37
	xi	,, ,,	46
	xii	,, ,,	41
	xiii	,, ,,	37
	xiiii	,, ,,	29
	xv	,, ,,	25
	xvi	,, ,,	26
	xvii	,, ,,	21
	xviii	,, ,,	39
	xix	,, ,,	39
	xx	,, ,,	26
	xxi	,, ,,	25

* Incipit capitulum uerbis **et post dies sex.**

† Genealogiae Christi uersuum numeri non adponuntur.

et in Bibliis anni 1555 (modica cum uarietate) intulerat, eodem anno 1555 (ut e. g. per Frellonium) et sequentibus in editionibus Bibliorum adhibebatur, et tam celeriter in usum communem uenerat ut uariationes ab ea incommodum maximum inferre uiderentur. Itaque in Clementina, Francisco Torleto editore[1], ad usum Stephanicum reuersum est.

Defectus et errores qui in Bibliis Sixtinis apparent plerumque festinationi eorum tribuuntur qui imprimendi curam agerent, et culpa ab editoribus ad typographos et typothetas translata est[2]. Critici etiam exteri animos ad id uerterunt quod miro modo correctiones aliquot factae essent, uerbis quibusdam separatim in fragmentis cartae minutis impressis et super errores adglutinatis. Si tamen liber ille accuratius examinetur signa incuriae pauca inuenientur; immo singulari cum cura textus Bibliorum impressus uidetur. In Euangeliis enim unum tantum uerbum isto modo correctum reperimus (*Mc.* x. 1 inde), et rarissima preli uitia (*Lc.* xvi. 20 vulceribus *pro* ulceribus, *Ioh.* xi. 34 et *sec. bis repetitum*). Thomas etiam James[3], Bibliothecarius Oxoniensis, qui uitia huiusmodi ex proposito et acri cum studio quaerebat, exempla xxvii tantum per tota Biblia inueniebat quorum duo solum in Nouo Testamento occurrunt. Causae igitur aliae erant quae uoluntatem operis tam cito 'sub incudem reuocandi' explicarent. Probabile nobis uidetur correctores re accuratius tractata obseruasse se in errores aliquot incidisse uel optimorum genere codicum non usos esse. Opinio etiam uiri eruditi Eberhardi Nestle[4] nonnihil uerisimilitudinis habet patres Societatis Iesu id egisse ut liber recuderetur, cum offensionem eis praebuisset Sixtus V Bellarmini libro 'De dominio Papae directo' in *Indicem librorum prohibitorum* relato.

Ab anno uero 1592 quo editio Clementina (𝔈) in lucem prodiit, textus impressus uix mutatus est, nisi quod preli uitia lapsu temporis non pauca irrepserint, et editores, ut testatur Carolus Uercellone[5], paene omnes post 1592 innumeris in locis uel interpungendi uel scribendi rationem pro libitu immutarint. Item anno 1592 iam tres editiones ex typographia Uaticana iussu Clementis VIII prodierunt quae nonnihil inter se diuersae fuerunt; ex quibus iudicat Uercellone 'editionem principem reliquis praehabendam, eiusdemque exemplum pro archetypo adsumendum atque unice exprimendum esse, demtis tamen typographi mendis accitisque paucis illis lectionibus quae nouissime ingestae fuerant.' Hoc itaque pro fundamento suae nouae editionis ponit, tabella in praefatione subiuncta 'in qua omnia loca exhibentur, in quibus,' ut dicit, 'ratus sum aliquod typorum uitium in laudata Uaticana editione latitare.'

[1] Uide Paulum Fabre *La Bibliothèque Vaticane* p. 60, Parisiis 1895.

[2] Uide *Praefationem ad lectorem.*

[3] Uide librum eius dictum *Bellum Papale siue Concordia discors* etc., Londini 1600, et in eo Indicem Locorum manu ipsius *Sixti Quinti uel aliorum post impressum correctorum;* qui liber paginarum numeris caret. Nos, Bibliis Sixtinis et in ueteri et in nouo Testamento iterum examinatis, non plus duodecim locos his addere potuimus; *cf.* van Ess *Gesch. d. Vulg.* pp. 331–335.

[4] *Ein Jubiläum der Lateinischen Bibel* p. 17, Tübingen 1892.

[5] Biblia Sacra Uulgatae Editionis Sixti V et Clementis VIII Pontt. Maxx. iussu recognita atque edita. Romae, Typis S. Congregationis de propaganda fide, anno MDCCCLXI [edidit C. Uercellone]; uide praefationem ad lectorem pp. iii seqq.

Cap. VI. DE REGULIS A NOBIS IN TEXTU CONSTITUENDO ADHIBITIS.

Codicibus igitur recensitis principia enuntianda sunt quae nobis in lectionibus eligendis praesto fuerint, quamuis plurima in hac re prudens lector ex dissertatione cap. I (pp. 653–672) pro se collegerit. Quae tamen, ut iam indicauimus, non in eo consistunt ut aliquam familiam codicum semper sequamur, quamuis sint inter codices nostros qui 'optimorum' nomine iure signandi sint. Quattuor ideo canones proponimus quos longo experimento ueros esse didicimus.

I. Ubi codices nostri in partes eant, lectio quae in ueteribus Latinis non apparet, probabilior est.

Exempla huius canonis qui per se euidens est, dari non opus est. Unde enim oriri poterat lectio uel emendatio quae in codicibus pluribus Hieronymianis non autem in ueteribus Latinis inueniatur, si non ex Hieronymo? Dicimus uero 'ubi codices nostri in partes eant,' nam in unoquoque fere capitulo inuenies locos ubi codices Uulgatae omnes uel paene omnes contra ueteres suffragia dant, qui tamen parum lucis ad distinguendos inter se codices nostros uel familias codicum adferunt. Pauciores certe sed satis multi sunt ubi codices nostri in partes eunt et alii lectioni ueteri fauent, alii lectionem uere Hieronymianam ut credimus ostendunt. Exempla insigniora addimus, rei illustrandae causa non probandae; utilia enim uel criticis fieri possunt, ut iis quasi *βασάνῳ* utantur ad nouos codices distinguendos. Codices *c ff*$_{1,2}$ *g*$_1$ *l* δ *aur.* mixti sunt, quorum si quando unus et alter cum Uulgata legant credendum est eos lectionem Hieronymianam praebere, non Hieronymum ueteres sequi.

Mt. xiv. 14 **misertus est eius** (*ἐπ' αὐτόν* L *Orig.*) *codd. plur., et ff*$_2$ (illi): eis BDEℙ*JMQRX*Y$^{g^1}$ *fere cum uett. et gr. plur.*

Mt. xvi. 13 **quem dicunt** (*om.* me) *codd. plur. c et gr.* ℵB: quem me dicunt BE*JLORTZ* *uett. et gr. plur.*

Mt. xxii. 17 **uideatur** AFH*MXY: uidetur *codd. rell., uett., et gr.* δοκεῖ.

Mt. xxvii. 9 **et tunc** AHΘMO*Y *cum gr.* ℵ*: *om.* **et** *codd. rell., uett., et gr. rell.*

Mt. xxviii. 8 **magno gaudio** AFHMY *uide ad loc.*: > gaudio magno *codd. rell. uett. et gr.*

Mc. ix. 2 **adsumit** (*uel* ass.) ABCHΘIMMΌXYZ^2 *l et gr.*: adsumpsit (*uel* ass. *etc.*) DℙGKLQRTV WZ* *uett. rell. qui perfectum habent.*

11 **oporteat** AℙHΘIMMΌWXY: oportet BCGKLQRTVZ *uett. et gr.* δεῖ; *def. a, om. i*; *cf. Mt.* xvii. 10 **oporteat** *codd. plur. ff*$_2$ δ: oportet CEJLQRTWZ* *uett. rell. et gr.* δεῖ.

36 **quem ut complexus esset** ADℙHΘMOY: q. cum compl. esset BCGIKMΌQTVWXZ *uett.*

Mc. xiii. 9 **conciliis** (*sic melius uertitur εἰς συνέδρια*) ABCℙ*H*JTY: in conciliis *codd. rell. et uett. plur.*, in concilia *n*, in conciliabula *k*.

Mc. xv. 38 **a sursum** ABCℙ^{mg}GH*IJMRXY *l* δ: a summo Dℙ*H^{1}ΘKLMΌOQTVWZ *uett. plur.*, acutu *k*.

Lc. iii. 13 **quam** *sine add.* AℙFHΘOQY δ *gat.*: + quod *codd. rell. et uett.*

Lc. vi. 35 **inde sperantes** AIMΌ^{c}V^{c}WY *c*; *uide ad loc.*

Lc. xi. 28 **quippini** Aℙ*Θ*MMΌOPXY; *uide ad loc.*

Lc. xii. 58 **trahat** (*κατασύρῃ*) AƎƎPHΘKMQRVWX²YZ: tradat *codd. rell. et c e f δ aur.*; condemnet *uett. rell. cum gr.* D.

Lc. xvi. 23 **uidebat** ABCDFHJQTXY *c uide ad loc.*: uidit *codd. rell. b f i q δ aur., sed* uidet M *uett. rell.*

Lc. xix. 30 **in quod** *codd. plur. δ aur., correctio ut uidetur contra graecum facta*: in quo (*ἐν ᾗ*) ƎFDEƎPGOX*Z *uett. plur.*, ubi *s.*

Lc. xx. 19 **in illa hora** (=*gr. plur.*) BDEGH*JKMM̄ORY *δ aur.*: *om.* **in** (*cum gr.* D) *codd. rell. uett. plur.*

Lc. xxiii. 53 **inuoluit sindone** (=*gr. plur.*) ABCƎP*G(-nem)JKMM̄TVWX^cYZ *δ*: inuoluit in sindone (-nem) ƎFDEƎP^mg HΘIOQRX* *uett. rell.*

Ioh. i. 31 **manifestetur** (*φανερωθῇ*) BƎFGH*IJKMVWXZ: manifestaretur *codd. rell. et uett.*

Ioh. ii. 9 **hauserant** ACHΘKOQTVWZ²: haurierant *codd. rell. et uett.* (-bant *c f δ*).

Ioh. viii. 25 **principium, quia** *codd. plur.* (*uide ad loc.*), *cf.* inprimis quia *b*: principium quod DE ƎP^mg GΘM *f ff₂ l q δ gat.* (*a c d r*), principium qui KM̄VWY *e.*

Ioh. ix. 6 **leuit** AΔFMXYZ (*uide ad loc.*): linuit *uel* liniuit *codd. rell., a d δ aur.*; superlinuit *uel* superunxit *uett. rell.*

Ioh. xi. 3 **sorores** *sine add.* ACDΔƎPFHΘMQRY *δ*: *om. b l*; + eius BƎFEGIJKM̄OSTVWXZ *uett. rell. et gr.* DS *min.*

Ioh. xiii. 26 **cui** *ad init. codd. plur.*: *om.* CDEIJKQRTVWZ *uett. et gr. plur.*

Ioh. xviii. 18 **calefiebant** *uide ad loc.*

Ioh. xx. 25 **fixuram** ACΔEGΘKM¹(T)VWZ¹, *uide ad loc.*

II. Codices qui cum graecis ℵBL concordant plerumque textum Hieronymianum ostendunt.

Supra enim (pp. 658–669) monstrauimus graeca exemplaria, ad quorum fidem Hieronymus euangelia correxit, maxima ex parte, quamuis non semper, cum eis stare. Exempla certe satis multa attulimus ubi codicum illorum lectiones omnibus uel paene omnibus codicibus nostris suffultae sunt. Hinc sequitur, probabili saltem ex coniectura, ubi codices nostri in partes eant, eam familiam praeferendam esse quae cum ℵBL concordet. Quae familia praecipue constat ex codicibus AFHMY (A–Y), aliquando aliis additis: quamquam negari non potest aliquando familiam his oppositam, quam B–Z nominamus (nam plerumque in ea codices BƎFƎPGJOWXZ uel omnes uel plures inuenies, et familias Hibernicam DELQR, Hispanicam CT, recensiones quoque Theodulfianam et interdum Alcuinianam), eadem ex ratione, a nobis praelatam fuisse. Locos aliquot notabiliores delegimus qui consuetudinem a nobis in hac re adhibitam satis illustrent, et ut credimus confirment.

Prudens tamen lector obliuisci non debet eorum quae sub tabula VI, classe ii, supra (pp. 670–671) dicta sunt, et praesertim p. 671 de euangelii Lucae cap. xvii ad finem et de priori parte euangelii Iohannis, ubi codices ℵBL plerumque deserit Hieronymus. Confer etiam lectiones ibidem sub classe iii collectas pp. 671–672.

Mt. iv. 10 **uade** *plur. sine add. cum gr.* ℵBC*KP *etc.*: + retro DEƎPLQRX^cZ* *et gr.* C²DELMUTZ *etc.*
12 **audisset** *plur. cum gr.* ℵBC*DZ: + iesus DEKLM̄QRVWZ *vg. et gr.* C²EKLMP *etc.*

Mt. viii. 29 **fili** *plur. cum gr.* ℵBC*L 1. 33. 209 *al.*: iesu fili BDKLM̄QRVZ⁴ *vg. et gr.* C³EKMSU *etc.*

Mt. xiii. 43 **aures** ACFJKMM̄O^cT*VXYZ *et gr.* ℵ*B: + audiendi BDEƎPHΘLQRT^cW *vg. et gr. plur.*

Mt. xxi. 28 **homo** ABƎP*FH*JLOYZ* *et gr.* ℵBDLZΠ *al. plur.*: + quidam CDEƎP^mg H²ΘKMM̄QR TVWXZ³ *vg. et gr.* CEMUΔ 1. 33. *etc.*
31 **dicunt** *plur. et gr.* ℵBDL 13. 33. 69. 124: + ei BDEƎP^mg KMM̄RV *vg. et gr.* CXΔΠ *etc.*

Mc. ii. 20 **in illa die** ADƎP*HΘMQXY *cum gr.* ℵABCDΔ *etc.*: in illis diebus *codd. rell. et gr. plur.*

Mc. viii. 13 **ascendens iterum** AC(D)ƎP*GHRTYZ *et gr.* ℵBCLΔ: + nauem *rell. et gr. plur.*

Mc. ix. 24 **credo** *sine add.* ACDƎPGH*LMRY *et gr.* ℵABC*DL: + domine *codd. rell. et gr. plur.*

Mc. xv. 40 **et** *sec.* ABCF^{mg}H*MRTVX^{c}Y *et* καί ℵBL : erat *codd. plur. cum gr.* DΓ *etc.*, erat et L δ *cum gr.* AC*Δ *etc.*

Lc. iii. 2 **caiapha** AFHΘM(caiafa)Q *et* καϊάφα ℵABLXΓΔ *etc.* : caipha, caifa *etc. rell. et* καΐφα CD ; *cf. Ioh.* xi. 49, xviii. 13.

Lc. xi. 2–4 *oratio dominica.*

Ioh. i. 42 **filius iohanna** ADΔMOQRSWXY *et fere* BFEFH* *cum gr.* ℵB*L 33 : filius iona C(GΘ) IJKMTVZ *et gr.* AB^{3}XΓΔ *etc.*

Ioh. viii. 20 **est** ACDΔFGHΘIJMQSTY *et gr.* ℵBDKLT *etc.* : + iesus FEKMTORVWXZ *et gr.* XΓΔΛ *etc.*

Ioh. x. 11 **dat** *plur.* = δίδωσιν ℵ*D : ponit KOQX*Z = τίθησιν *gr. plur.*

Ioh. xiii. 10 **ut lauet** *codd. plur.* = νίψασθαι ℵ *Orig.* (*uide ad loc.*) : nisi ut pedes lauet AC(D)IMTO^{c}T VWX^{c} *et* ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι *gr. plur.*

Uide etiam quae supra scripsimus de lectionibus codicis Z reiectis (p. 713).

Paucis etiam in locis possibile uel probabile est textum nostrum corrigendum esse ut cum graecis ℵB concordet ; e. g.

Mt. vi. 12 **dimittimus** : *sed* dimisimus B*D(dimiss.)F*JZ* = ἀφήκαμεν ℵBZ 1. 124^{mg}.

Mt. vi. 33 **regnum dei** : *sed om.* **dei** AO*Z* *cum gr.* ℵB.

Ioh. iv. 42 **hic est uere** : *sed* > uere hic est AΔFHΘMQSXY *cum gr.* ℵ.

Ioh. vii. 39 **spiritus datus** : *om.* **datus** ΔFGS*YZ* *cum gr.* ℵKLTΓΔ *etc.* *Sed si* **non** (*pro* nondum) *ut correctio Hieronymiana legatur, sequitur ex ratione sententiae* **datus**. *Ergo nihil immutandum hoc loco credimus.*

Aliquando, ut diximus, codices ex familia A–Y in contrariam partem eunt ; e. g.

Mc. iii. 25 **poterit** *codd. plur.* = δυνήσεται ℵBCLΔ ; potest AQW *gr. plur.*

Lc. ix. 28 **petr. et ioh. et iac.** *codd. plur.* = *gr.* ℵABC* *etc.* : > petr. et iac. et ioh. ADEGHΘMQWY *et gr.* C^{3}DLM *etc.*

Lc. xxii. 10 **in quam** (εἰς ἣν ℵBCL) *cum* DEFHΘIJQTVWX^{c} : in qua (ἐν ᾗ X) ABFCFGKMT ORX*YZ^{2} (qua *sine* in Z*).

Ioh. i. 43 **iesus** (*cum gr.* ℵABEGKL *etc.*) *codd. plur.* : *om.* AFΔEFFSX^{c}Y *et gr.* EHMT *etc.*

Ioh. v. 4 *habent uersum* A–Y *contra gr.* ℵBC*D *min.*

Ioh. xvi. 22 **habetis** (ἔχετε ℵ*BCYΓΔ *etc.*) *cum* CEΘ*IJKMRTVWZ : habebitis ABFDFGHΘ^{c}T OQSXY *et* ἕξετε ℵ^{c}ADL *min.*

Et interdum, sed raro, ubi A–Y contra graecos ℵB testantur, auctoritatem codicum nostrorum graecis praeferimus ; e. g.

Lc. viii. 52 **est** *sine add. codd. plur. cum gr.* AEHK *etc.* : + enim EGHΘKOPVXZ *et gr.* ℵBCDEL *etc.*

Lc. xx. 5 **quare ergo** : *om.* **ergo** EFMTZ* *cum gr.* ℵBEG *etc.*

Lc. xxiv. 20 **eum tradiderunt** (αὐτὸν παρέδωκαν ADKP *etc.*) *cum* AF(E)FGHIMMTX^{c}Y : > trad. eum *codd. rell. et gr.* ℵBLMX *etc.*

Ioh. vi. 39 **illum** (αὐτόν EGHL*) *codd. plur.* : illud (αὐτό ℵABCD *etc.*) CIWX.

Ioh. xi. 29 **surgit** (ἐγείρεται AC^{2}ΓΔ *etc.*) *codd. plur.* : surrexit DF^{mg}GKMTQRVWZ = ἠγέρθη ℵBC*DL *etc.*

Ioh. xiii. 32 **si deus clarificatus est in eo**, *codd. plur. et gr.* ℵ^{c}AC^{2}ΓΔ *etc.* : *om.* EFGH*X*Z *et gr.* ℵ*BC*DL *etc.*

III. Uera lectio ad finem uictoriam reportat.

Haec regula, quamuis paucos tantum locos tangat, fidenter tamen adhiberi potest ; cuius sententia haec est. Ubi eadem uel fere eadem locutio pluries occurrat eodem in contextu, lectio ad quam codices tendunt, et cui ultimo loco fere unanimes suffragantur, probabilis est in omnibus locis. Hunc canonem ad Mt. iv. 5 protulimus notando ‘saepe enim scribae quod primo loco pro mendo habebant, secundo pro uero agnoscunt.’ Hoc per euangelia uerum esse inuenimus ; et probabile est Hieronymum in margine semel notasse correc-

tionem quam uellet pluries fieri, scribas tamen id non statim obseruasse, sed primo loco, quod solebant scribere, scripsisse. Cuius regulae exempla notabiliora subiungimus:

Mt. iv. 5, 8 **assumit**; vi. 16, 19, 20 **demoliuntur**; vii. 22 **in tuo nomine**; xxi. 28, 33 **homo** *sine add.*; xxii. 37 **in toto (tota)**; xxiii. 16, 18 **debet**; xxv. 21, 23 **serue bone.**

Lc. vi. 29, 30 **aufert**; xi. 11, 12 **aut si**; 17, 18 **in se ipsum**; 42, 43 **pharisaeis**; 43, 44, 46, 47, 52 **quia**; xii. 47, 48 **multis** (*et* **paucis**); xvii. 7, 8 **dicet**; xix. 21, 22 **austeris**; xxii. 67, 68 **credetis** (**respondebitis, dimittetis**).

Ioh. i. 9, 10 **mundum** (*sine* hunc); iii. 20 (*cf.* v. 29) **mala agit**; iv. 21, 23, 25, v. 24, ix. 4 **uenit**; iv. 20, 21 **in** (**hieros.**); vi. 39 40, 44, 54 **in nouissimo die**; 53, 54 **habetis** (*et* **habet**); vii. 34, 36, viii. 21, xiii. 33 **quaeritis.**

Sed Ioh. xxi. 22, 23, **si sic** *primo loco testes habet* ΦF*H*V, *secundo* GMV.

Haec tamen regula, quamuis uerissimam credamus, non magno adiumento est ad codicum uirtutem distinguendam. Uariant enim mirum in modum qui primo loco rectam lectionem exhibent. Si locos enim enumeremus, ΞPQ decies semel ex uiginti duobus, et EFK decies ex totidem, ceteri etiam minori in numero rectam prima uice ostendunt.

IV. Cum breuior lectio probabilior sit, codices AFH*MY plerumque praeferendi sunt.

Scribarum sollenne uitium est ut uerba addant quae sententias libri faciliores reddant. In Euangeliis autem interpolationis uitium tribus ex causis increbruit: (1) ex aliis euangeliis scribae addebant, ut animaduertit Hieronymus, quod in alio deesse putabant (uide supra p. 3); (2) nomina sacra et similia explicationis causa ad usum ecclesiasticum addita, ut in lectionariis, exscribebant; (3) notas alias marginales, e. g. uarias lectiones et glossas, similiter exscribebant. Quae omnia Hieronymus, praesertim ex textu antecedenti ut in *f q* praebetur, deleuisse uidetur (uide supra pp. 666–669).

Codices ergo qui breuiorem textus formam ostendunt, qui sunt praesertim A–Y (et notabit lector duos ex hac familia sc. FM antiquissimos omnium uideri), Hieronymiani potius credendi sunt.

Lectiones, quae hanc regulam plenissime illustrant, duas in classes distinguendae sunt. *Prima* est earum ubi integra clausula additur, uel locutio quae sententiam loci immutet, et quae uarietatem graecae lectionis subesse ostendat. *Secunda* est ubi uerba fere singula explicationis causa inferuntur, et quae uarietatem graecae lectionis non aeque certo modo ostendant, quamuis similis uarietas saepius etiam in codicibus graecis inueniatur.

Prima classis interpolationum, id est longiorum, magna uarietate lectionum saepissime significatur, ita ut ex incerta traditione ortae primo aspectu uideantur[1]. Notissimus est locus uersus Iohannis v. 4 qui tribus modis exhibetur, cum magna mixtura et uarietate lectionum. Qui a duobus tantum ex codicibus nostris (DZ*) omittitur; eorum autem testimonium, cum ipsi ad interpolationem proni sint, una cum illa magna uarietate codicum reliquorum et testimonio graecorum ℵBC*D etc., satis est ad textum Hieronymi stabiliendum. Alia exempla sunt

[1] Uide Burkitt, *The Old-Latin and the Itala* pp. 46 seqq.

pericope Mt. xx. 28 'uos autem quaeritis de modico crescere' etc., quae tantum a $H^{mg}\Theta O$ legitur, Lc. xi. 2 sq. interpolationes in oratione Dominica, Ioh. iii. 6 **caro est** + 'quia de carne natum est,' et **spiritus est** + 'quia deus spiritus est et ex deo natus est,' Ioh. vii. 29 **ego scio eum** + 'et si dixero quia nescio eum ero similis uobis mendax.' His omnibus locis, primo excepto, Z uel Z* interpolationem exhibet, cui suffragantur saepius BΦFOQ etc.; familia A–Y ab eis additamentis immunis est. In Ioh. xiii. 32 notandum tamen est uerba **si deus clarificatus est in eo** in codd. EFGH*X*Z cum graecis ℵ*BC*DLXΠ omitti, ubi familia AFHMY in duas partes scinditur. Homoeoteleuton autem et in graecis et in latinis omissionis causa credi potest.

Contra pericope de adultera (Ioh. vii. 53–viii. 12) sine dubio Hieronymiana est, et modicam lectionis uarietatem, quod ad codices nostros pertinet, ostendit.

Secunda classis interpolationum, id est breuiorum, quae explicationis causa adduntur, similiter praestantiam familiae A–Y ostendit, a qua fere semper absunt.

(1) Additamenta *nominum propriorum, et praecipue sacrorum*, primo loco recensenda sunt.

De nomine *iesus* (cf. p. 669) uide *Mt.* iv. 12, 18, v. 1, viii. 26, 29, xvi. 15, xvii. 20, xxii. 43; *Mc.* vi. 39, vii. 29, xiv. 3, xvi. 9, 15, 19; *Lc.* iv. 38 (vii. 19), xx. 3; *Ioh.* viii. 20. His in locis uox in familia A–Y fere non occurrit (semel in HM), sed plerumque additur in BDEΘKLMRWXZ. Duo autem sunt loci, sc. *Mt.* iii. 16 et *Ioh.* i. 43, ubi legimus **iesus** contra auctoritatem A et Y cum pluribus aliis.

De nomine *christus* uide *Mc.* xiii. 6; *Lc.* xxi. 8 (ex *Mt.* xxiv. 5).

De nomine *dominus* uide *Mt.* ix. 18, xiii. 51, xviii. 26, xxviii. 5; *Mc.* i. 40, ix. 24. Duobus autem in locis uerbum admisimus contra auctoritatem AFG et aliorum, sc. in *Lc.* i. 68 et ii. 24.

De nomine *deus* uide *Mc.* xii. 32, xiv. 61; *Ioh.* viii. 27. De *Mt.* vi. 33 **regnum dei**, supra obseruauimus **dei** forsan omittendum esse; cf. autem ad *Mc.* i. 14. Interdum uerbum **deus** admisimus, ubi contra graecum omittunt AFY, ut *Lc.* i. 32, *Ioh.* xi. 22. Notanda sunt etiam *Mc.* i. 10 **spiritum** + sanctum $H^{c}\Theta OR^{c}Z$, + dei B; et *Lc.* i. 8 **fungeretur** + zacharias B–Z.

(2) Additamenta uerborum *eum, eius, ei, illud, me, te, nos, uos, tuus, suus, hic* etc. *Mt.* vi. 15, 22, ix. 5, x. 13, xii. 44, 49, xiv. 12, 22, xv. 6, xvi. 8, 13, 17, xvii. 9, 24, xix. 19, xx. 4, 7, 17, xxi. 21, 31, xxii. 4, xxiii. 37, xxiv. 3, xxv. 38, 44, xxvi. 10, 20, 39, 40; *Mc.* ii. 5, 9, v. 7, x. 20, 40, xi. 31, xii. 16 (non tamen xiv. 19); *Lc.* i. 54, ii. 46, ix. 58, x. 22, 23 (non tamen x. 2, xii. 41), xi. 28, 54, xvii. 22, xix. 30, xx. 24, xxiv. 39; *Ioh.* i. 9 (non tamen 15), x. 11, 15, xi. 3, 16, 27, xiv. 27, xvii. 18, xxi. 14.

(3) *Substantiua* interdum explicationis causa adduntur; ut *Mt.* vii. 11 **bona** (+ data); x. 22 **omnibus** (+ hominibus); xiv. 6 **medio** (+ triclinio); xxvi. 17 **prima autem** (+ die) *cf. Lc.* xiii. 32 **tertia** (+ die); xxvi. 58 **finem** (+ rei); 71 **alia** (+ ancilla); *Mc.* ii. 24 **faciunt** (+ discipuli tui); x. 33 **et scribis** (+ et senioribus); xiii. 1 **structurae** (+ templi); xiv. 20 **intingit** (+ manum); *Lc.* ii. 21 **circumcideretur** (+ puer); vi. 45 **malo** (+ thesauro); viii. 52 **mortua** (+ puella); *Ioh.* vii. 52 **scrutare** (+ scripturas); viii. 10 **ubi sunt** (+ qui te accusant, -abant); xxi. 6 **miserunt ergo** (+ retia).

(4) *Adiectiua etc.* similiter: *Mt.* vi. 23 (ipsae) **tenebrae**; xxi. 28 **homo** (+ quidam); xxvii. 16 (unum) **uinctum**; *Mc.* ii. 26 (solis) **sacerdotibus**; vii. 13 **traditionem uestram** (+ stultam); x. 20 **magister** (+ bone); *Lc.* iii. 9 **fructum** (+ bonum); xiii. 35 **uestra** (+ deserta); xxiv. 12 (sola) **posita**; *Ioh.* xx. 19 **discipuli** (+ congregati); 31 **uitam** (+ aeternam).

(5) *Uerba* etiam similiter adduntur: *Mt.* xvi. 3 **potestis** (+ scire); xxvi. 39 **sicut tu** (+ uis); *Mc.* vii. 19 **in uentrem** (+ uadit); x. 17 **rogabat eum** (+ dicens); *Ioh.* ix. 2 **interrog. eum disc. sui** (+ dicentes).

(6) *Interiectiones*: *Mt.* xxvii. 40 **dicentes** (+ uah); *Mc.* xiii. 2 **ait illi** (+ nonne); *Lc.* xviii. 14 (amen) **dico**; *Ioh.* i. 29 **dei** (+ ecce); xviii. 11 **non** (+ uis *uel* uis ut); 36 **ministri mei** (+ utique).

(7) Additamenta *particularum, enim, autem, quia* etc. non congessimus, sed alia explicationis causa illata notari possunt: ut *Mt.* xxvii. 8 **acheldemach** (+ hoc est); *Mc.* i. 2 **uiam tuam** (+ ante te); *Lc.* i. 35 **quod nascetur** (+ ex te); vi. 40 **erit** (+ si sit); *Ioh.* i. 18 **deum nemo uidit umquam** (nisi) **unigenitus filius** *etc.*

(8) Additamenta *praepositionum*, praesertim *in*, sunt: *Mt.* xvi. 9, 10, xvii. 25; *Mc.* i. 21, ii. 26, iii. 9, iv. 35, v. 18, xiii. 9, xv. 46; *Lc.* ii. 15, vi. 7, 11, vii. 1, 25, viii. 39, 51, ix. 51, 53, xvii. 34; *Ioh.* ii. 20, xxi. 8. Non tamen semper pro omissione stant A–Y; uide *Mt.* iv. 25, x. 18, *Mc.* x. 33, xiv. 43, *Lc.* ii. 14, xi. 40, xii. 8, xiii. 14, xxi. 12, 25, *Ioh.* i. 31, iv. 20, viii. 23.

(9) *Locutiones* quaedam *longiores* (uncis inclusae) quae ex A–Y fere absunt, sunt: *Mt.* iii. 9 **potest** (potens est) *cf. Lc.* iii. 8; iv. 10 **uade** (+ retro); x. 22 **perseuerauerit** (usque) **in finem**; xxiii. 16 **debet** (debitor est); xxvi. 51 **percutiens** (percussit et); *Mc.* i. 43 **comminatus ei statim** (comm. est ei statim et *uel* statimque); iii. 33 **quae est mater mea et** (qui sunt) **fratres mei**; xv. 16 (intro) **in atrium**; *Lc.* i. 55 **semini eius** (usque) **in saecula**; v. 3 **a terra reducere** (ut a t. reduceret); vi. 7 **accusare** (unde accusarent); viii. 12 **sunt qui audiunt** (hi sunt *uel* sunt hi qui aud.).

Contra alia sunt quae in A–Y apparent; uide *Mt.* vi. 25 corpus plus est quam uestimentum; x. 14 **uestris** (+ in testimonium eorum); xviii. 25 **reddi** (+ debitum); xxvii. 40 **templum** (+ dei); *Mc.* iii. 14 **praedicare** (+ euangelium); *Lc.* ii. 15 quod fecit dominus et ostendit nobis; iv. 7 (procidens) **adoraueris** (ubi *procidens* non ostendit subesse graecum *πεσών* sed *procidens adorare* pleonastice adhibetur pro *προσκυνεῖν*, *cf. Ioh.* ix. 38); xiii. 28 **prophetas** (+ introire); xxii. 37 **et quod cum**; 43 et factus est in agonia et prolixius orabat; *Ioh.* i. 15 **dixi uobis**; viii. 11 **amplius iam.** Credimus tamen, si etiam ex hoc exemplorum genere iudicaueris, familiam A–Y familiae B–Z praecellere.

(10) His coniungi possunt exempla *uerborum compositorum* pro simplicibus. Hic saepe, et forsan saepius quam alii, A–Y habent uerbum simplex: *Mt.* ii. 21 **surgens** (cons.), iv. 14 **impleretur** (adimpl.), vii. 2 **metietur** (remet.), xi. 12 **rapiunt** (dirip.), xxv. 27 **mittere** (committ.), xxvi. 61 **aedificare** (reaed.); *Mc.* xiv. 28 **surrexero** (resurr.) *cf. Lc.* xvi. 31 ubi forsan rectius legendum *surrexerit* (sed contra uide *Lc.* xxiv. 6 ubi compositum in A–Y inest, et *Ioh.* xxi. 14 ubi formam compositam habet A, sed simplicem habent FMY etc.); *Mc.* xv. 31 **ludentes** (inlud.); *Lc.* vi. 49 **cecidit** (concidit), vii. 22 **nuntiate** (renun.), xxiii. 35 **spectans** (expec.); *Ioh.* iii. 3 **natus** (ren.), xi. 33 **fremuit** (infrem.), xv. 5 **fert** (adf.), xvi. 23 **rogabitis** (interrog.).

Sunt tamen loci satis multi ubi uerbum compositum ab A–Y testatum in textum a nobis receptum est: *Mt.* xxiii. 21 **inhabitat** (habitat), xxv. 41 **praeparatus** (paratus); *Mc.* iv. 6 **exaestuauit** (aestuauit), vi. 14 **inoperantur** (operantur), x. 32 **euentura** (uentura), xiv. 40 **ingrauati** (grauati); *Lc.* xvii 5 **adauge** (auge), xviii. 2 **reuerebatur** (uerebatur); *Ioh.* iii. 23 **adueniebant** (ueniebant).

(11) *Ablatiuus absolute dictus* interdum in ablatiuum agentis aut loci, adiecta praepositione *a*, immutatur: *Lc.* ii. 2 (a) **praeside syriae quirino**; *Ioh.* v. 13 (a) **turba constituta in loco**; quibus in locis lectio nostra conseruanda est, et cum sit breuior et graeci sermonis tenacior.

(12) *Ellipsis uerbi substantiui* nota codicum antiquiorum est, et graeci sermonis indolem saepe conseruat. In codicibus autem recentioribus 'est' uel 'sunt' etc. a scribis facile inferebantur. In hac re etiam praestantia codicum A–Y apparet, quamuis non sine exceptione. Locis autem sequentibus uerbum substantiuum ab omnibus paene codicibus nostris omittitur: *Mt.* i. 17 **generationes** (+ sunt DE^{c}R); xii. 10 **ecce homo** (+ erat DÆPLQR); xxiv. 17 **qui in tecto** (+ est BFH^{c}ΘO^{saec}); *Mc.* xiii. 1 **quales lapides** (+ sint BMO X*Z); xiv. 38 **sp. quidem promtus** (+ est DÆ^{mg}LMOR); *Lc.* ii. 25 **cui nomen** (+ erat DÆPLR); ix. 29 **factum est dum oraret species uultus eius altera** (*omnes nisi* EGΘJ^{c}W); 32 **petrus uero et qui cum illo** (+ erant GKVWZ^{1}); xix. 2 **et ipse diues** (et ipse erat d. EKMQ); 42 **quae ad pacem tibi** (+ essent K, + est D); xxi. 21 **qui in medio eius** (+ fuerint D) . . . **qui in regionibus**; *Ioh.* xix. 14 **hora quasi sexta** (*cum gr.* 157. 9^{pc} *al.* 7): h. erat qu. s. E *cum gr. plur.* In aliis locis ellipsis uerbi substantiui codicum auctoritati minus stabili firmatur; sed cum Hieronymus ipse, ut iudicamus, talem locutionis breuitatem amauerit, nos in textum admisimus etiam in locis, certe perpaucis, ubi contra Graecum est: *Mt.* x. 26 **nihil enim opertum** (*contra gr.*) *codd. plur.*: *habent* est BEHΘJLQRTX*; xxiv. 23 **ecce hic christus** *plur.* (hic est chr. BEΘO^{c}TWX*Z*); *Mc.* vi. 26 **contristatus rex** (*cum graeco*) AÆP*HOX^{c}YZ^{c}: contr. est rex BCDEÆ^{mg}FGΘIKLMQRTVWX*Z*; ix. 23 **omnia possibilia** (+ sunt BH^{c}Θ MOTWX); xv. 40 **inter quas et maria** (*cum gr.* ℵBL): inter q. erat m. GH'ΘIKMOQ WX*Z; *Lc.* vi. 23 **multa** (*cum gr.*): + est BCJKMOQTVWX*Z; vii. 39 **quae et qualis mulier** (*τίς καὶ ποταπὴ ἡ γυνή*) *cum* (C)DE(J) *tantum, uide ad loc.*; xxiv. 21 **tertia dies hodie** ACDÆPFGIJMRY: + est BÆFEHΘKMOQTVWXZ *et gr. τρίτην ταύτην*

ἡμέραν ἄγει. In locis autem sequentibus uerbum substantiuum omittere noluimus: *Mt.* xxv. 36 **in carcere eram**: *om.* **eram** ADΞΨFH*Y *contra gr.*; xxvii. 41 **dicebant** (*cum gr. plur.*) EΞP*FJKMMTOVWXZ: dicentes ABCDΞ^{mu}HΘLQRTY *et gr.* D 7^{pe}; *Lc.* vi. 6 **erat arida** *cum gr.*: *om.* **erat** AΞΨPFH*XY; xii. 38 **beati sunt** (*cum gr.*): *om.* **sunt** AΞP*FGHΘMY; *Ioh.* i. 19 **hoc est**: *om.* **est** AΞFH*Y (sed hoc, ut innuit J. Lupton, ex omissione symboli palaeographici ÷ forsan ortum est, uel propter sequentiam uerbi **testimonium**); 24 *om.* **erant** CDEΘQRT; xiv. 20 **quia ego sum in patre meo**: *om.* **sum** CDEJRTX*Z *gr. plur.*

Notandum est in his locis omnibus familiam A–Y fere semper pro omissione stare, quam fatemur breuitatem paulo magis quam par est sequi; ut mox ostendemus. Ultimo in loco *Ioh.* xiv. 20 forsan omitti debet **sum**, cum a graecis pluribus absit, et a codicibus nostris omittatur qui breuitatem plerumque non curent.

Has ob causas et alias similes familiam A–Y ceteris praeferimus; non tamen diffitemur hos codices (A) breuitatem, ut diximus, magis quam par est sequi, et (B) interdum lectiones continere quae sine dubio deprauatae sint.

(A) Breuitatem praecipue sequuntur A–Y (interdum cum eis sociatur Z).

(1) *omissa uoce* 'et,' saepe recte, sed saepe perperam. Recte omittunt in lectione ex duabus conflata *Mc.* ix. 15 **stupefactus est** [**expauerunt**], et cum textu nostro saepissime, ut *Mt.* iii. 16, v. 41, vii. 29, viii. 7, xii. 13, xv. 9 (non A), xvi. 19, xix. 8, xxiv. 31, xxv. 17, xxviii. 6; *Mc.* ii. 11, vi. 3, vii. 7, viii. 15, (ix. 15), x. 28, xvi. 7; *Lc.* v. 24, 35, vii. 41, xvii. 23, xxiii. 49; *Ioh.* ii. 16, v. 8, ix. 7, 12, 39, xiii. 12, xvii. 21, 22, xix. 12.

Omittunt tamen etiam ubi nos legimus **et**, ut *Mt.* v. 47, vi. 19, xi. 14, xiii. 47; *Mc.* ii. 12, iii. 8, iv. 6, vi. 31, ix. 26 (*ubi legunt* exclamans multum discerpens AΞP*Y), x. 34, xii. 22; *Lc.* ii. 52 (sapientia aetate, *sed non* Y), viii. 4 (46), 51, xii. 41, xix. 44, xxi. 11; *Ioh.* i. 16, iv. 10, v. 5, vi. 11, x. 28, xi. 28, xii. 3, xxi. 17.

Contra habet **et** nobiscum ubi alii omittunt, ut *Mt.* vii. 25, 27, viii. 20, 27, x. 28, xii. 50, xviii. 17, xxiv. 37, xxv. 20, 24, xxvii. 9; *Mc.* ii. 9, 15, iii. 19, vi. 12, viii. 20, ix. 13; *Lc.* vi. 6, 17, vii. 12, (viii. 46), ix. 28, 59, xi. 1, xiii. 25, xiv. 7, xvii. 28; *Ioh.* vii. 26, xi. 52, xii. 42, xiv. 6, xvii. 23, 25, xx. 23.

Sunt uero etiam ubi contra nos 'et' addit, ut *Mt.* x. 3; *Mc.* iv. 39, (v. 5), vi. 33, viii. 19; *Lc.* v. 12, xxi. 19; *Ioh.* iv. 29, ix. 8; sed hi loci ualde pauciores sunt.

(2) *omittendo uoces minores*, quales sunt

(a) *eius, ei, suus, tu, uos* etc., ut *Mt.* v. 40, xiii. 10, xvii. 11, 13, xx. 22, xxvi. 29; *Mc.* vi. 37; *Lc.* ix. 60, xix. 21, 44, xxii. 30; *Ioh.* i. 25, vii. 36, xi. 54, xii. 35 (non 36), xiii. 1, xviii. 19, 31; non tamen *Lc.* x. 2, xii. 41; *Ioh.* xii. 36.

(b) *praepositiones*, ut *Mc.* iii. 1, x. 46; *Lc.* iii. 9 (non Y), viii. 14, xx. 19; *Ioh.* iii. 10, vi. 21, 39, 44; non tamen *Mt.* x. 18; *Mc.* viii. 34; *Lc.* xi. 40, xii. 8, xiii. 14, xxi. 25; *Ioh.* i. 31.

(c) *uerba*, ut *Lc.* xi. 7 *om.* **respondens**, xiv. 3 *om.* **dicens**.

(3) *Clausulas breuiores reddunt*, e. g. *Mt.* xxvi. 39 *om.* **a me**; *Lc.* ii. 48 *om.* **sic**, ix. 41, xiv. 21, et *Ioh.* iv. 16 *om.* **huc**; *Lc.* xiv. 3 *om.* **si**.

(4) *Uerba simplicia pro compositis exhibent*, e. g. *Mt.* i. 20 **paruit**; *Lc.* xvi. 31 **surrexerit**, xix. 10 **saluare** (*pro* **saluum facere**); *Ioh.* i. 18 **narrauit**, iii. 22 **morabatur**, vii. 6 **uenit**, xix. 16 **duxerunt**; non autem *Lc.* xxiv. 6, *Ioh.* xxi. 14.

(5) *Singularem* numerum pro *plurali* et in nominibus et in uerbis amant, saepe recte, sed saepe perperam, e. g. *Mt.* viii. 26 **uento** (uentis), xiii. 54 **uirtus** (**uirtutes**), xvi. 27 **opus** (opera), xxvii. 20 **princeps** (**principes**), xxviii. 3 **uestimentum** (-ta); *Mc.* ii. 20 **in illa die** (-lis diebus), ix. 2 **solus** (**solos**), xii. 14 **hominis** (**hominum**); *Lc.* i. 80 **deserto** (-tis), vi. 45 **bonum** et **malum**, viii. 13 **radicem** (**radices**), 42 **turba** (**turbis**), xiv. 3 **sabbato** (-tis), xxiv. 11 **deliramentum** (-ta); *Ioh.* iv. 38 **laborem** (-res), ix. 3 **manifestetur opus** (**manifestentur opera**), xi. 1 **sororis** (-rum), 11 **post hoc** (p. haec); in uerbis, e. g. *Mt.* xiii. 5 **habebat** (**habebant**), xv. 35 **discumberet** (-rent), *Mc.* i. 5 **egrediebatur** (-bantur), iv. 19 **efficitur** (-iuntur), v. 40 **ingreditur** (-iuntur), ix. 33 **esset** (essent), xi. 24 **ueniet** (-ent); *Lc.* v. 4 **laxa** (**laxate**), xiv. 24 **gustabit** (-bunt); *Ioh.* vi. 2 **uidebat** (**-bant**), 21 **ibat** (**ibant**), viii. 9 **incipiens** (**-entes**), ix. 18 **uiderat** (-ant), xx. 9 **sciebat** (**-bant**). Haec tamen consuetudo non sine exceptione est, e. g. *Mt.* xii. 31 **blasphemiae**, *Mc.* iv. 15 **corda**, 36 **erant**, vii. 8 **mandata**; *Lc.* vi. 1 **transirent**, 19 **quaerebant**, xx. 26

responsis; *Ioh.* xii. 29 dicebant, xiv. 10 creditis, 23 mansiones. Exceptiones tamen pauciores numero sunt, ita ut consuetudo abbreuiandi pro uera nota huius familiae haberi possit.

(B) Lectiones etiam aliquas familia A–Y continet quae sine dubio deprauatae sunt, et a negligentia scriptorum ortae uidentur.

Quae quidem interdum in AY solis apparent, ut *Mc.* x. 30 **persecutionibus**: persecutoribus AY (*ex confusione facili, praesertim apud Anglo-Britannos, inter* n *et* r, *cf. Mc.* vi. 14 inopinantur), xiii. 36 et (*pro* ne) cum uenerit; *Lc.* i. 59 uocant, xvii. 34 tecto; uide supra p. 709.

Aliquando autem in plurimis eius familiae codicibus inueniuntur, ut *Mc.* xiv. 18 discumbentibus cum eis A*HΘY; *Lc.* x. 33 iter transiens A*H*OX²Y (*ubi lectiones duae* transiens *et* iter faciens *confunduntur*), xiii. 15 respondens autem ad illum dominus et dixit AOX²Y, xxiii. 19 seditionem quondam ACFGHQTY; *Ioh.* ii. 13 properabat AΦΔΠ*SX^cY, x. 17 ut (*pro* et), xvi. 13 docebit uos in omnem ueritatem ADΞΠFGMQRSXY.

Hae tamen lectiones, a ceteris facile distinguendae, utiles sunt ad demonstrandam codicum affinitatem inter se, et antiquitatem exemplarium ex quibus deriuatae sint.

Quibusdam uero in locis hae lectiones maiori numero codicum Hieronymianorum communes sunt: e. g.

Lc. x. 30 suspiciens *codd. plur.* (*errore facili pro* **suscipiens**), xix. 37 discendentium (*uel* desc.) *pro* **discentium**; *Ioh.* vi. 23 gratias agentes *pro* **gr. agente**, xxi. 12 discumbentium *pro* **discentium**.

Denique in uno et altero loco hi errores ab omnibus uel fere omnibus codicibus nostris propagati sunt: e. g.

Mt. xviii. 9 **unoculum**, *Lc.* xv. 8 **euerrit**; his locis emendationes in textum admisimus, et sic *Mt.* xvi. 9, 10 ubi **quinque milium** et **quattuor milium** sine auctoritate codicum nostrorum legimus; resciuimus tamen ex amico nostro S. Berger haec in codice Sangallensi 1395 inueniri, et codicem Bigotianum nostrum (B) uersu 10 habere **quattuor milium** (*praemisso* et); *Lc.* vi. 1 **secundoprimo** uno uerbo cum Ambrosio legimus.

Huiusmodi sunt ergo regulae (praeter eas quae his studiis plerumque communes sunt), quae nobis in hoc perplexo opere enucleando duces fidissimi uisi sunt. Quas experimento satis longo ueras esse didicimus. Opus enim quod lectori iam proponitur examinandum per annorum fere uiginti spatium elaboratum est. Satis fidenter ergo doctorum iudicio labores nostros submittimus; non quod credamus nos semper quod rectum sit perspexisse; sed cum normae iudicandi a nobis adhibitae criticis omnibus iam pateant, et per se (certe post exempla supra adlata) satis euidentes sint, et cum lectorum oculis, quantum potuimus, in notulis testimonia utrinque extantia perpetuo subiecerimus, iudicii nostri correctio (si alicubi fieri debeat) praesto adest.

Cap. VII. MISCELLANEA QUAEDAM.

1. De colis et commatibus codicis Amiatini et editionis nostrae.

In prologi nostri capite IX *De textus nostri forma* (supra, p. xxxiii), ita scribebamus : 'In sectionibus describendis, quae litteris maioribus incipiunt, et in lineolis per cola et commata, distinctionum loco, diuidendis, codicem Amiatinum sequimur, qui liber mentem saltem Cassiodorii senatoris, si non Hieronymi, de hac re exprimere credendus est.'

Codicis Amiatini pagina, sicut nostra, duas columnas exhibet. Textus, sicut nostra, in sectiones, cola, et commata diuiditur. Sectiones (quae fere, sed non semper, cum sectionibus Ammonii concordant) litteris maioribus incipiunt ; sed punctis ad finem non distinguuntur[1]. Puncta hodierno modo nos in lectoris commodum subiecimus. Sectiones in periodos proprie dictas (Anglice *sentences*) non diuiduntur, sed tantum in cola et commata, quae sunt periodi partes maiores et minores[2]. Sectionum numeri in margine adpinguntur. Ad sinistram columnae partem incipiunt sectiones et cola. Sectionum uero et

---

[1] Qui plura de 'distinctione' uel 'positura' orationis solutae scire uelit, adeat imprimis Ciceronis *Oratorem ad M. Brutum*, capp. lxvi, lxvii. Quae enim de hac re scripsit M. Varro artem metricam tangunt ; uide fragmentum eius 68* apud Aug. Willmanns *de M. Terenti Varronis libris grammaticis* Berolini 1864 p. 198. Ciceronis locus grammaticis Latinis pro fundamento est, qui tamen inter se non omnino concordant. Isidori Hispalensis temporibus (A.D. 622–632) distinctionis ratio per puncta tria, Graecorum more, adhuc in usu erat (cf. *Origines* uel *Etymologias* lib. i, cap. xx *De positura*). Periodus, Anglice *a sentence*, Ciceroni pluribus nominibus dicta est, ambitus, circuitus, comprehensio, continuatio, circumscriptio (cf. Quintil. ix. 4), quae uix sibi in arte grammatica locum uindicauerunt. Isidori temporibus periodus 'distinctione,' id est puncto ad caput litterae posito (·), notabatur. Colon, id est 'membrum,' Anglice *a clause* pars periodi maior est, et 'media distinctione,' id est puncto ad mediam litteram posito (·), notabatur. Comma, quod Ciceroni 'incisum' est, aliis 'caesum,' Anglice *a sub-clause* uel *a dependent clause*, pars periodi minor est, et 'sub-distinctione' notabatur, ubi respirare oporteret, puncto ad imam litteram posito (.), quod nobis mirum uideri possit cum hoc punctum iam pro periodi signo sit.

